I. DRVSII

OBSERVATIONUM SACRARUM

LIBRI XVI.

Quorum duodecim anteà editi, sed nunc primùm renovati: reliqui quatuor planè novi prodeunt.

Secundæ curæ meliores.

Pro Johanne Heidfeldio

EVI 6

FRANEKERAE,
APVD ÆGIDIVM RADÆVM
ORDINVM FRISIÆ TYPOGRAPH.
CIↃ. IↃ. XCIIII.

ILLVSTRISSIMIS ATQVE AMPLISSIMIS ORDINIBVS BELGII, QVOS STATVS GENERALES VOCANT.

I. DRVSIVS.

OPTIMI officium parentis esse iudico, Viri Amplissimi, cum alias semper liberis suis studere, tum imprimis quum iam grandiores evaserint. Nam parvi dum sunt, si eos alat ac vestiat honestè, satis est. Grandiores effecti præter victum & amictū, etiam rebus ad tuendā familiæ digni-

tatem neceſſariis inſtruẽdi ſunt. Qd ipſum mihi nunc uſu venit in partu quodam meo, quem abhinc annis fermè decem edidi atq; ad ſenatum Antverpienſem miſi. Nam cùm exemplaria iam omnia diſtracta eſſent,& typographus de iteranda editione ſeriò cogitaret, cœpi experiri num eam novâ curâ meâ meliorẽ ornatioremq; efficere poſsẽ. Ad hanc rem calcar addiderũt ornamẽta Eccleſiarum veſtrarũ I. Taſſinus & D. Ieremias Baſtingius, quorum ille inſuper de his aliiſq; obſervationib. meis quid ſibi videretur, perſcribere ad me non eſt gravatus. Cui eo nomine tantum me debere agnoſco, quantum alii nemini. Vtinam ad eius exemplũ ceteri quoq; me monerent, nec abſentem rõderent, à quo ſe quam plurima didiciſſe, quæ priùs ignorabant, velint nolint fateri debent. Sed ad propoſitũ.

Pec-

Peccem in commoda populi veſtri, ſi longo ſermone vos detineam. Dicam paucis. In hac ſecunda editione multa immutavimus, vel quod ea leviora nobis nunc viderentur, vel quod alia magis arriderent, quæ in ipſorum locum ſubſtituimus. Iam verò quæ in margine primæ editionis decem annorum ſpatio privatæ memoriæ gratia, ex variis autorib. collecta, annotaveramus. ea omnia ad finem ſingulorum capitũ bona fide appoſuimus. Nec his contẽti adiecimus inſuper libros quatuor, qui nunquam antehac vulgati fuerunt. In quibus libris nova multa & recondita ex hiſtoria Ebraica eruimus: quibuſdã etiam in locis eam correximus & illuſtravimus. Quæ omnia ut ad intelligẽdas res ſacras plurimum conducũt, ita non parum profutura ſunt iis, qui animum poſt me applicabunt ad quæren-

dam veritatem interpretationis: quam adeò negligenter hodie haberi & doleo & miror. Ceterùm fecit pietas vestra ut hæc omnia qualiacunque sint (nam laudare aut vituperare non est meum) sub clarissimi nominis vestri patrocinio publicare non sim veritus. Pietas dico, quam cum aliæ multæ res declarant ac testantur, tum imprimis illud magnificum est, quod vos de nova translatione Belgica nomine Ecclesiarum vestrarum, sed impẽsis ac sumptibus vestris proditurâ decrevisse audio. Quo facto, mihi credite, conversis omnium piorum in vos oculos, & vestri quoque populi animos conciliastis; qui futuri unà nobiscum sunt prę-cones laudum vestrarum, si hæc res ad eum, quem optamus, exitum feliciter perducetur. Quanquam non tam nova tralatio requiritur, quam illud ut

vetus

vetus iis in locis ubi manifestè corrupta est, emendetur. Nam ambigua & incerta moveri nolim. Variantem lectionẽ, qui me consulet, notabit in margine, relicta vetere ubi erat, si aliquo modo tolerari poterit. Sed nec mutabit, nisi quæ mutanda necessario: idq; propter populum qui nimia novitate offenditur. Verum de his deliberabũt quibus cura huius negotii cõmissa erit. Vtrum horũ fiat, non minor ad Ecclesiam utilitas, quàm ad vos gloria inde manabit. Quam immortalem reddent Musæ sacræ, si eas in clientelam vestrã semel receperitis, & à contemptu, in quo sunt, vindicaveritis. Quod volo dicam apertiùs. Ad litterarum sacrarũ intelligentiam nihil tam necessarium, quàm cognitio linguæ sanctæ. Hoc pariter mecum sciunt ac fatentur, quicunque diligentiùs paulò quàm vulgò

ſolent, illas litteras inveſtigant. Cùm res inter doctos minimè controverſa ſit; non utar ad hoc probandum iis argumentis quibus poſſem, ſi vellem. Satis mihi verbo uno indicaſſe, quod pluribus fecere alii ante me, & in his vir è Sabaudia clariſsimus Theodorus: cuius verbis hoc addo, ut hæc lingua fideliter ac diligenter, quemadmodum ille monet, doceatur, requiri duos ad minimum in unaquaq; Academia Profeſſores. Vnum videlicet qui Grammaticam: & alterum qui Scripturam Ebræam interpretetur. Hunc volo eſſe virum varia eruditione inſignem, Orientalium linguarum callentiſsimum, nec Theologiæ ignarum, aut in Ebræorum, Chaldæorúmve libris, ſi qui exſtēt, hoſpitem peregrinúmve. Huius officium erit ſecretiora linguæ aperire, locos Scripturæ diligenter inter

fortaſſe Bezā

ter ſe conferre, hiſtoriam rituſq; Ebræorum illuſtrare, deniq; variantes interpretationes examinare excutereque, ut veram ac germanam ſuis auditorib. indicare poſsit. Qui quidem fructus præcipuus eſt, quem ex ſtudio huius linguę percipimus. Hoc uno cõtentę eſſe poſſent Academię, ſi elementa Grammatices traderentur in ſcholis trivialibus. Quod ut ſæpè optavimus, ita ſperare nunq; auſi ſumus. Nam Satan impedimẽta plurima hactenus ſemper obiecit Cui operam in eo navant viri, me Deus amet, nec mali, nec indocti. Quippe verentur ut pueris atq; adoleſcentib. rerum ſacrarũ inſcitia, qua præditi ſunt, innoteſcat. hinc illę lachrymę. Accedit prava cõſuetudo, qua tanq; æſtu quodã abrepti, ut Carolus Sigonius rectè ſcripſit, vehementer erramus, *ab iis fermè*, inquit, *luſtrandis monumentis exordientes:*

tes, quæ falsorum deorum traditiones, & commentitias fictorum heroum actiones à Græcis, acutissimis hominibus, sed veritatis planè ignaris proditas complectuntur: quibus neque ad aliquem prudentiæ usum, neq; ad ullum pietatis fructum excolimur, cum si quid in nobis sensus, ne dicam sanitatis inesset, ab iis potius, quæ sacris continentur Ebræorum litteris initium ducere deberemus. Nam si prima rerum principia quærimus, non altiùs repetere, quàm ab ipso mundi hominũq;, quod ibi tractatur, opificio possumus: si vera, nihil tam verũ existit, quàm quod Dei ipsius vivẽtis ore prolatum est: si gravia, quid magnificentius iis inveniri monumentis potest, in quibus sancta Dei mandata, salutaria promissa, certa oracula, ceteráque his adnexa salutis nostræ adminicula concluduntur? porrò autem unde aut virtutum exempla præstantiora ad persequendum, aut vitiorum detestationes acriores

nus

ad declinandum, aut actiones insigniores ad memorandum, quàm ab ipsis Ebræorũ peti commentariis possunt? in quibus solis apertè docetur, quantum humanum genus aut religione colẽda summo præsentis Dei auxilio sublevetur, aut ea negligenda acri ejusdem iracundia conteratur. Hucusq; Sigonius. Ceterùm ut multi ubique sunt qui Grammaticæ præcepta tradunt: ita pauciſsimi reperiuntur, qui alterum illud munus, de quo dixi, ritè obire posſint. Si cauſſam quærimus, non eſt alia, quàm quòd ſtipendia vel nulla vel exigua talibus propoſita ſint. Hîc profectò pecunia, ſi uſquam alibi, negligi maximè deberet. Nam grande lucrum eſt, quicquid ita impẽditur. Sed longius provectus ſum, quam volebã. Ignoſcite, viri præſtantiſsimi, ſi abuſus ſum patientia, ſi æquanimitate veſtra. Date hoc mihi. Accipite munus literarium

rium ab animo vobis deditiſsimo profectum: accipite eo vultu quo alia omnia huiuſmodi ſoletis. Quod ſi feceritis, me non ſolùm ad prædicandum veſtram humanitatem excitabitis, ſed etiam æternum vobis devinctum habebitis.

Valete, viri illuſtres, & feliciter gubernate.

NOMINA AVTORVM ET LIBRORVM QVI CITANTVR IN HIS XVI. OBSERVATIONVM LIBRIS IUXTA ORDINEM ALPHABETICUM DIGESTA.

Per IOHAN. BOGERMANNVM.

*A*Baus I.C.
Abenezra. Abraham Hiſpanus. Ezræ filius. Scholiaſtes Ebræorum alter.
R. *Abraham Davidis F.*
Abraham de Balmes ſive Balmeſius, artium & medicinæ doctor.
Adamantius. aliàs Origenes.
Additiones apocrypha.
R. *Adonim Halevi.*
Ælianus.
Æmilius Probus.
Æneas Gazeus.
Æſchylus poeta.
Ambroſius.
Ammianus Marcellinus
Andreas Bellunenſis.
Andreas Ptolemaï ſatelles.
Angelus Caninius.
Angelus Politianus.
Annales templi ſecundi
Antiquitates Biblicæ.
Antonius Cevallerius.
Apollinaris Sulpitius
Apollinaris theologus.
Apollophanes.
Apophthegmata Ebræa & Arabica.
Apuleius.
Aquiba legendum lib 7. cap. 17. ubi Aquila editum. Aquiba id eſt, עקיבה *præceptor Aquilæ Pontici.*
Aquila interpres Chaldæus.
Aquila interpres Græcus.
Aratus.
Ariſteus.
Ariſtobulus.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Arrius.
Athanaſius.
Athenæus.
Auguſtinus.
Auguſtinus Steuchus Eugubinus.
Aulus Gellius.
Auſonius.
Autor incertus de cereo Paſchali.

B.

Baal Aruch.
R. *Bagbag.*
Baſius.
R. *Bar, Hannæ filius.*
Baſilius theologus.
Bellarminus.
Ben Sira.
Benedictus Arias Montanus.
Benjamin Tudelenſis.
Beroaldus.
Biblia latina in 4. exeditione Plantini.
Biblia Græca ad exẽplar Complu-

Complutenſe.
Biblia Graca ex editione Romana.
Biblia Ebraica M. S. ex Bibliotheca Electoris Palatini.
Borchardus Monachus.
Breſith Rabba. id latinè ſonat ut ſi dicas Geneſis magnus.
Brutus.

C.

Cabbala R. Abraham.
Catullus.
Caſar Vopiſcus.
Celſus.
Chares.
Chryſoſtomus.
Cicero.
Clemens Alexandrinus.
Collectanea nominum propriorum.
Copernicus.
Crateles comicus.
Cratylus.
Cteſias Cnidius.
Cteſibus Alexandrinus.

D.

David Cambi vel Kimchi vel Camius. David grammaticus Ebraus.
Deuteroſis Iudaorum.
Didymus theologus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laertius.
Diomedes grammaticus.
Domus Elia.
Dones Labrati filius.
Dorotheus.
Dras.

E.

Eccleſiaſtica cantiones.
R. Elchanan.
Eleazarus.
Elias Levita.
Ennius.
Epiphanius.
Eraſmus.
Etymologicum magnum.
Euangelium Nazareorum, quod ſecundum Ebraos, & Matthai authenticum.
Eucherius.
Euripides.
Euſebius.
Euſtathius.
Euthymius.

F.

Fauſtus Manichaus.
Feſtus Pompeius.
Fragmenta interpretum veterum in Pſalmos.
Franciſcus Nanſius.
Franciſcus Raphelengius
Franciſcus Senenſis.
Fulgoſus.

G.

Gemara.
Gennadius.
Georgius Agricola.
Gerardus Veltuickius.
Gloſſa Ordinaria.
Gloſſa Philonis.
Gloſſa Thalmudica.
Gloſſarium vetus. Hoc nomine intelliges Lexicon vetus editum ab H. Stephano: & aliquando interpretationes nominum, quæ in veteribus Bibliis, Gloſſa veteres.

H.

Hananel, qui & Iaddus Pontifex Iudaorum temporibus Alexãdri magni.
R. Haza filius Abba.
Hellel Phariſæus.
Helvius Cinna.
Herodotus.
Heſychius.
Hieronymus.
Hilarius.
Homerus.
Horatius.
Huillus Patriarcha.
Hymni Eccleſiaſtici.

I.

Iaddus, vide Hananel.
Ieſus Sirachi F. Sirachides.
Ignatius.
Interpres Latinus vetus.
Interpres Syrus.
Interpretes Chaldæi.
Interpretes Graci lxx.
Interpretationes nominũ Biblicorum.
Ioachimus Camerarius.
Iohannes Baptiſta.
Iohannes I. C. Ebraus.
Iohannes Mercerus.
Iohannes Theologus.
Ionathan Vzielis F.

Ioſephus

Iosephus Gerionides.
Iosephus Matthiæ F.
Iosephus Scaliger.
Irenæus.
Isaacus Gronbeccius.
Isidorus.
Iulius Scaliger.
Iustinus theologus.
Iustinus historicus.
Iustus Iehielides. Vide Nathan Iustus. nam idem est.
Iustus Vulteius.
Itinera deserti.

L.

Labeo Antistius.
Laurentius Valla.
Leonclavius.
R. Levi.
Lex Iulia.
Lexicon Græco-latinum vetus, &
Lexicon Latino-græcum vetus.
Lexicon Thalmudicum sive lexicon iuris Ebraici.
Liber de nom. Ebraicis
Liber Pædias.
Liber Præceptorum maior.
Liber Synonymorum.
Libri apocryphi.
Liber Fidei.
Libri V. & N. testamẽti
Livius.
Lucanus.
Lucretius.
Ludovicus Vives.

M.

Macarius Ægyptius.
Macrobius.
Manahẽ Ricinensis, vulgo de Recanati.
Martialis Poeta.
Massorita. Critici Ebraorum.
Massora magnum.
Massoreth Hamassoreth.
Mebaser Ebræus.
Medras Esther.
Medras Missle .i. Proverbiorum.
Megella.
R. Meir.
Megastenes Persa.
Middoth. Liber Ebræus ita dictus.
Minutius Felix.
Monachus, qui scripsit vitam Alexandri.
Moschopulus.
Moses Ægyptius Maimonides sive Maimonis F.
Moses Gerundensis.

N.

Navius.
Nannius.
Nathan is qui super Avoth commẽtatus est.
Nathan Iustus Iehieli.
Nazianzenus. (des
Nicander.
Nicolaus Lyranus.
Nonius Marcellus.
Nonnus.

O.

Oecumenius.
Onkelos. Aquila Chaldæus.
Optatus Milevitanus.
Origenes.
Ovidius.

P.

Pacuvius.
Patres concilii Chalcedonensis.
Patres concilii Niceni secundi.
Paulus Æginetа.
Paulus Episcopus Burgensis.
Paulus Fagius.
Pausanias.
Persius.
Petrus Ciacconius.
Petrus Galatinus.
Petrus Victorius.
Philo Iudæus.
Philippus Marnixius.
Physiologus.
Pierius.
Pindarus. Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Pollio Pharisæus.
Polybius.
Polycarpus.
Pomponius Mela.
Porphyrius.
Præsidius diaconus.
Primasius.
Prosper Aquitanicus.
Prudentius.
Ptolemæus.

P. Nigidius.

Q.

Quæſtiones ſuper libros Regum.
Q. Claudius Quadrigarius.
Q. Curtius.
Q. Metellus Numidicus
Quintilianus.

R.

Rabanus.
Rabbenu Hananel.
Rabbi vel Ribbi.
Reuchlinus
Ruffinus.
Rupertus.

S.

Saadias.
Salomo Abrahamidas.
Salomo Iarchi vel Iarius.
Salluſtius.
Samaus ſenex.
Santes Pagninus.
Scholia Græca in N.T.
Scholia in Euripidem.
Seneca Philoſophus.
Seder Olam maior. Chronicon Ebræorum maius.
Sebbole Lecheth.
Sebile Thohu .i. Itinera deſerti.
Sepher Emana .i. Liber fidei.
Sepher Muſar, id eſt, liber Pædias.
Sepher Mitſvoth hagadol, id eſt, liber Præceptorum major.
Servius.
Sigiſmundus Gelenius.
Strachides. vide Ieſus.
Solinus.
Suidas ſive Sudas.
Sulpitius Severus.
Symmachus interpres.
Syneſius.

T.

Terentius.
Tertullianus.
Thalmud Iudæorum.
Thargum Ionatha filii Vzielis.
Thargum quod ab urbe nomen habet. Thargum Ieroſolymitanum.
Thargum Miſle, id eſt, Proverbiorum.
Theodoretus.
Theodorus.
Theodotio.
Theophraſtus.
Theophylactus.
Tremellius.

V.

Valgius.
Varro.
Vatablus.
Verſus Apollinis Clarii.
Vitruvius.
Virgilius.
Vlpianus.
Volumen Ieiunii.

X.

Xenophon.
Xiphilinus.

FINIS.

I. DRVSII
IN LIBROS XII. OBSERVATIONVM PRÆFATIO,

Ad Senatum populumque Antuerpiensem.

IN more positum est, Viri amplissimi, ut, de quibus honorificè sentimus, iis dicata esse, & in eorum nomine edire nostra scripta cupiamus. hunc morem nunc secutus, mitto ad vos observationes quasdam meas, variis à me temporibus scriptas: quas, cùm in adversariis meis dispersæ atque neglectæ jacerent, nunc in unum corpus collectas edi ac vulgari sum passus. Vt autem vobis potissimum eas dedicarem, multæ ac graves causſæ impulerunt. nam præter literarum ac religionis studium, in quo plerique nostr-

cellitis, vt ad summam eruditionem summamque pietatem nihil desideretur, impulit me cùm humanitas vestra & erga bonas artes propensio, quam singularem esse experiuntur omnes, quicunque eas artes tractant: tum etiam admiratio virtutis ac prudentiæ vestræ: qua clarissima Respublica, cui præestis, hoc ancipiti tempore in mediis bellorum tempestatibus, tanquam in pace atque ocio tuta conquiescit. Neque me deterruit sanè dignitas vestra, quandò hoc in se litteræ habent, vt dicari eas sibi homines nobiles & honestum & gloriosum semper duxerint. sic adeo ut etiam de elementis ac syllabis scripti libri, principum virorum nomine exornati in publicum prodierint. Est quidem, fateor, genus argumenti, quod tracto, Grammaticum: veruntamen. illud quidem certè negari non potest, quin ad docendam veritatem in Ecclesia Dei summoperè necessarium sit. Nam cùm veritas omnis, per quam Religio orthodoxa consistit, ex recta sacrarum litterarum intelligentia, tanquam ex fonte dimanet: Sacræ autem litteræ Ebraica & Græca lingua scriptæ sint, & ad eas linguas intelligendas harum rerum cognitio imprimis conducat: illud profectò consequitur, ut, nisi cui hæ res cognitæ ac perspectæ sint, ad veritatem docendam

plenè

plenè instructus esse non possit. *Vir eruditus nostri ævi dicere, solebat, Nihil esse, aliud Theologum, quàm Grammaticum verbi divini. Hoc quanquam non optimè ab eo dictum (nam in Theologo alia præterea requirimus) tamen ex parte verum esse, iampridem eorum qui in exponendis sacris scriptis laborarunt, industria comprobavit. Etenim quo minus quisque notitiæ rerum Ebraicarum habuit, eo minus assecutus est quod voluit. certè non eam lucem, quam aliàs potuisset, rebus sacris attulit. Omitto hæreses quæ ex ignoratione huius sermonis natæ fuerunt, ut Pharisæorum, de odio habendis inimicis ex non intellecta voce proximi, in illo,* Dilige proximum tuum ut teipsum : *ut Apollinaristarum ex non intellecto nomine carnis in illo,* Verbum caro factum est : *Helvidij ex non intellecta particula* donec, *in illo,* Donec peperisset primogenitum: *&* fratris, *in illo,* Fratres tui proforibus sunt : *Arrij ex non percepto loco Solomonis,* Dominus condidit me; *vel, ut Græca editio habet,* Dominus creavit me : *& aliorum, quas enumerare longum esset. Cùm igitur hæc ita se habeant, agite viri humanissimi, & meum hunc laborem non tam pium quàm necessarium, ad studia eorum, qui divinis aluntur litteris, excitanda, ab ho-*

mine dignitati ciuitatiq; vestræ deuotissimo susceptum, hilari, quemadmodum spero, fronte recipite: vobisq; persuadete, si hanc unam gratiam ab A A. vestris impetrauero, me antiquius nihil esse habiturum, quam ut ad vestram laudem omnia mea studia, omnem curam industriamq; conferam. Quinetiam animum addetis ad præstantiora in hoc genere aggredienda. ad quam rem utinam mihi Deus ocium sine curis largiatur.

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER PRIMVS.

CAP. I.

De nomine tetragrammo, quod ineffabile dixerunt; deq; varia ejus lectione.

ADMONET nos Synesius à Deo semper incipiendum esse, cùm sic ait, Θεὸς ἡγείσθω πάντος ἔργου καὶ λόγου. A Deo igitur sit initium: cujus nomen Ioth, he, vau, he, antiqui dixerunt ἄφραστον, ἄῤῥητον & ἀνεκφώνητον id est, ineffabile, ut mea fert opinio, non quod effari illud non possent; sed quod religione & εὐλαβείᾳ quadam ab eo effando abstinerent. Hanc εὐλάβειαν prisci omnes interpretes diligēter servāt: etiam Hieronymus, ut paret ex trāslatione ipsius. Sed & Iudæi hodie adhuc nefas ducunt ædere hoc nomen. Itaque in sacris literis ubicunque obviam fit, pro eo legunt ADONAI: nisi cùm præcedit aut sequitur ADONAI: tum legunt ELOHIM, quod notæ vocalium, quibus nunc utimur, satis declarant. Cæterum pro Ioth, he, vau, he, reperio

Scribi potest etiam IAVO. *ιαὼ*, IAVO *ut* Δᾶος, IEHOVA, *apud quosdam autem* IOVA; *quod tetragrammum est, & similè habet in antiquitate Iuda. Sed in Iehovah, quod nonnulli scribunt cum he in fine, ablatis vocalibus, remanent literæ consonantes quatuor* I. H, V. H, *quibus respondent apud Ebræos Ioth, he, vau, he. Porrò Ioth & vau, similitudinem habent cum* יו : *he verò cum* ה *Græco. Itaque Græci olim quod scriptum erat Ebraicis characteribus Ioth, he, vau, he, videlicet* יהוה *legebant* ΠΙΠΙ I. Pipi.; *sed perperam, ut ante me Hieronymus annotavit.*

apud veteres Theologos IAOH a & IAVEH b: quorum posterius usitarunt olim peculiariter Samaritani, ut Theodoretus scribit. Hodie vulgatum est

a *Vel* IAHO, *quod scribunt ιαὼ; sed Græci, qui omnino carent aspiratione in medio. Reperitur apud Epiphan. ad Gnosticos hæres. 26. Irenæum lib. 2 cap. vlt. Theodoretum quæst. 15. in Exodum. Clementem Alexandrinũ, & alios. Occurrit quoq; apud Macrob. Satur. lib. 1 cap. 18. in versibus Appollinis Clarii, & apud Diodorum Siculum lib. 1. cap. 59.* b *ιαβὶ scriptum Theodoreto in Quæstionibus, & ιαβα in epitome diuinarũ dogmatum, pag. 116. Σαμαρεῖται δὲ ιαβαὶ αὐτὸ λέγουσι· ἀγνοοῦντες τὴν τοῦ ῥήματος δύναμιν: Samarita Labe illud dicunt verbi vim ignorantes.*

CAP. II.

Participia generis passivi, quando nomina fiunt, actionem denotare.

IOh. Mercerus maximi viri iudicij, qui unus optimè de litteris Ebraicis meritus est, cùm refelleret opinionem eorum, qui Pharisæos ab enarrando dictos censent confirmavit id argumento ducto

ducto ex forma nominis Ebraici פְּרוּשִׁים. *nam si enarrantes*, inquit, *significaret*, *tum in Benoni scribendum fuerat* פּוֹרְשִׁים PHORESIM. Si quis autē est, qui propterea putet probabilius, quod dixit Mercerus, quoniam in Pharusim forma participij passivi, sciat participia eius generis, si quando nominascunt, actionem significare. Nam sic Pharusim enarrantes significare potest, ut RACVB, equitantem: NASVI, eum qui uxorem duxit: IACVS aucupem: NOSA σώζοντα Zach. 9. 9. NEPHILIM ἐπιπίπτοντες, id est, irruentes. Sic enim beatus Hieronymus explanat Iesa. 66. Elias Levita Thesbite: *Solitum magistris uti participio passivo pro activo, quod tum refert formæ nominis adiectivi.*

CAP. III.

Locus ex libro hymnorum explicatus.

APud Davidem lib. hymnorum in nono & decimo supra centesimum vers. 137. ita scriptum libris Ebræis omnibus invenimus: *Iustus es Domine, & rectum iudicia tua.* Rectum iudicia tua, id ab alijs versum, *recta iudicia tua.* & potest fieri, ut sit enallage in numero: tamen videbatur nobis, cùm eum locum explicaremus, potius κατ' ἔλλειψιν dictum, figura Ebræis perfamiliari. Quod si damus, erit subaudiendum *verbum*: ut sit, *verbum rectum.* id significat, res recta. Qualia Latini per genus neutrum enuntiant; ut, *Triste lupus stabulis.* Ebræi Grammatici annotant huius figuræ eam esse vim, quæ tantundem valet ac si dicas, Vnum-

quodque iudiciorum tuorum rectum est.

CAP. IV.

Salomonis locus ex libro proverbiorum aliter quam à Mercero declaratus.

SI plus habuissem, inquiebat ille, plus dedissem; sic nos, Parva damus, quia magna nõ habemus; & tamen hæc parva, quis credat, latuerunt viros magnos. Proverb. 15. 20. *Stultus homo despicit matrem suam*: Expono *filius stultus*; quod testimonio locorum duum, in quibus ita usurpatur vocabulum homo; alibi confirmo, tamen, miremur quis phrasi dixerit *stultus homo*. dixisset enim potius, homo stultus. Postulat enim ratio, & usus linguæ ut substantivũ præcedat, adiectivum sequatur. Sed moneo in Ebræo esse *stultus* ADAM, id latinè verti potest, *stultus hominum*: & est genus loquendi ut, *Sapientes mulierum: nivæ lanarum*: *principes hominum*; quod postremum offendes Mich. 5. 5. Non vidit hoc profectò (venia dicto sit) Mercerus, & ideo mirè at novè exponit, *stultus provectæ ætatis*.

Quæstionum lib. 2. quæst. 76.

CAP. V.

Carnem proximè poni, & contrà.

QVod apud Davidem, psal. 102. 6. *Adhæsit os meum carni meæ.* Sententia postulat ut exponamus, Ossa mea cuti meæ adhæserunt. quo genere locutionis extremam maciem denotant. Similiter Comicus: *Ossa*

atque cutis sum, miser à macritudine. & idem David alibi, *Numerare possem omnia ossa mea.* Carnem pro cute sumi admonet hoc in loco Grammaticus Ebræus. Contra cutis pro carne ponitur, Iob. 18. 13. ut idem observat.

CAP. VI.

Hieronymus notatus super voce GIORA.

DOcebo nunc Hieronymum, qui me tam sæpe tamque multa docuit: non enim omnia scimus omnes. Si viveret, mutaret, scio, à me monitus, & cederet veritati. In sexto commentariorum super Iesaiam capite decimo nono:

Pro advena, inquit, *id est* προσηλύτου, lxx γηώραν *interpretati sunt, qui Ebraicè* GER *dicitur. unde puto & Mosi filium, qui advena erat in terra, nominatum à patre Gersam. Ergo Giora non est Græcum verbum, sed Ebraicum Græca consuetudine declinatum.*

Hoc ubi legimus, mirabamur Græca consuetudine visum Hieronymo declinatum GIORA ab eo quod est Ebraicè GER. nam à GER diceretur GERA, non GIORA. Id etiam mirum nobis visum est, quod GIORA, Ebraicum verbũ esse affirmavit, cùm sit Syrum, Syri enim advenam appellant GIORA. Non ergo à GER vocabulo Ebraico; sed à GIORA, Græca consuetudine, factum Gioras addito σ. Sicuti enim à Iuda Iudas, & à Messia Messias; ita à Giora Gioras. Non me fugit sic posse defendi Hieronymum, si dicamus Ebraicam

linguam dici pro Syra: sed non est dignum eis, qui hoc dixerint, responderi.

CAP. VII.

Hominem, qui ab Ebræis Belial, à latinis autoribus dici nequam.

VOcabulum Belial quærens uno latino vocabulo secundum rationem nominis exprimere, aptius non inveni, quã quod ab Ant. Cevallerio memini usurpatũ, *Nequam*. ut enim ex ne & quidquam, media extrita syllaba, nequam fit: sic ex בְּלִי, & יָעַל compositum est Belial. Vtroq; significatur homo nihil, neque rei neque frugis bonæ. Quod genus Græci fere ἄχρηστον, ἢ ἀνόλυτον, ἢ ἄχρεον, ἢ ἄχρειον, ἢ κακόζηλον, ἢ μιαρὸν dicunt. Agellius lib. 7. cap. 11.

CAP. VIII.

Corrigitur & explicatur locus è libro psalmorum.

DAvidis versum quintum in psalmo centesimo vigesimo primo pleriq; libri ita legunt:

Dominus umbra tua ad manum dextram tuam.

ab interpunctione non bene. Emendo,

Vmbra tua: ad manum dextram tuam.

Sententia est: Vmbra tua, & ad manum dextram tuam. Ad manum dextram esse dicitur, qui alicui præsto est, paratus ad eum iuuandum, si opus sit.

CAP. IX.

Vocabulum Ebraicum, quo significatur fides, nonnunquam veritatem denotare.

ET

ET fides, quæ Ebræis EMVNA dicitur, & veritas, id eſt, EMETH conſuetudine loquendi differunt; ſed qui penitus inſpexerit, origo & radix utriuſq; una eſt. Nam dicta EMETH veritas, quaſi EMENETH, extrita ſyllaba à verbo, quod eſt AMAN: à quo etiam EMVNA, id eſt, fides. Autores quoque Ebræi ſæpe EMVNA ponunt pro EMETH, ut pſal. 119. 86.

Omnia mandata tua EMVNA.

Id eſt, veritas, conſenſu omnium qui eum locum enarrarunt. Sed & interpretes ipſi nonnunquã ita uſurpant nomen fidei. Cave aliter intelligas Davidem pſ. eodem verſ. 30. tranſlatione Hieronymi

Viam fidei elegi: iudicia tua &c.

CAP. X.

Locus quidam Iſidori correctus. Itemq; aliter Hieronymi.

GEnus auri, quod Ebræis OPHAZ dicitur, Græci χίρριον vocant, ſ. credimus Hieronymo. In libro de nominibus Ebraicis:

OPHAZ *obryſum, eſt autem genus auri, quod Græci* χίρριον *vocant.*

Neque mihi dubium eſt, quin hic ille locus ſit, quem Iſidorus tranſcripſit in obryſum, ubi vulgo corruptè legimus,

Eſt enim coloris optimi, quod Ebræi OPAX, *Græci* cairon *vocant.*

Cùm ſit legendum OPHAZ & χίρριον: ut in ſexto commentariorum ſuper Ieſaiam cap. 13.

Tunc pretiosior erit vir auro, quod dicitur Phaz, & Aquila interpretatus est κίτρον,

Non dubito, quin melius omnino sit, quod in libro meo vetere legitur:

Et Aquila interpretatus est citron.

CAP. XI.

Vocabulum κάμηλος non significare funem nauticum, ut quidam volunt.

Κάμηλον annotant quidam dici non animal, quod vulgo notum; sed funem nauticum in loco Matthæi ubi Christus ait, *facilius esse camelum intrare per foramen acus, quam divitem in regnum cœlorum*. id autem probant testimonio Suidæ grammatici, apud quē, κάμηλος, τὸ παχὺ σχοινίον. Ego autem, ut probent κάμηλον ita accipi non puto hoc satis esse, nisi doceant etiam κάμηλος eam significationem habere. Videndum illud quoque arbitror ea, quam adferunt, interpretatio, linguæ, qua usus Christus, conveniat ne an minus. Nam si quod significat κάμηλος, dicerem etiam κάμηλος in eo, quem adduxi, loco significare, eo minus probabiliter dicerem, quoniam vox Syra, quæ camelum significat, quaque usus Syrus interpres in eo loco, & à qua originem trahunt voces Græca & Latina, ut Varro autor est, eam significationem nullo pacto admittit. Quanquam igitur dem κάμηλος interdum idem valere quod funis nauticus: tamen qui eo modo Syrum GAMAL à Christo, ut credibile est, usurpatum, exponat, labi ipsum ac decipi puto.

pi puto. Sed & illud considerandum proverbij figuram esse in illo, *Facilius camelus per foramen acus.* & similem parœmiam reperiri in iure Ebræo; *Non est Elephas, qui intret per foramen acus,* περὶ τοῦ ἀδυνάτου. Nec miremur si Christus usurpans eam parœmiam in elephanti locum posuit camelum, quum id genus animantis in Syria notius sit, & eadem res utroque designetur. Sic idem oculum posuit pro dentibus; dum Ebræorum adagium

Exime ex dentibus tuis festucam,
Exime ex oculis tuis trabem.

ita effert Matth. 7. 3. *hypocrita ejice prius ex oculo tuo trabem, & ita demum cernes ut ejicias ex oculo tui fratris festucam.*

CAP. XII.

Arare mendacium, eodem planè modo dictum à Sirachide, quo, Arare malum à Solomone.

IN libro vetere vulgatæ interpretationis, qui inscribitur Ecclesiasticus, cap. 7. vers. 13. scriptum quidem sic erat:

Noli arare mendacium adversus fratrem tuum.

Et rectè hoc quidem. Sed falsi & audaces emendatores, quibus ea phrasis ignorata, ideo locus in vitio videbatur, è scripto per libros *amare* fecerunt; tanquam *arare mendacium* vana & nihili dictio esset. Quin ipsi potius nequam & nihili sunt, qui ignorarunt, *Arare mendacium* dictum à Sirachide, ut *Arare malum* à Solomone. Locus Solomonis, si quis requirat, habetur Proverb. 5. 29.

Ne arato contra ſocium tuum malum.

Quod Hieronymus doctè, ut alia, expoſuit, *ne moliaris.* Eiuſdem figuræ eſt, *Serere iniquitatem*, Proverb. 22. 8. & *ſerere fallaciam*; Plauti Pſeudolo.

CAP. XIII.

Annum Ebræorum duplicem eſſe.

ANnum Ebræi duplicem habent. Vnum qui à Niſan incipit: alterum qui à Theſri. hunc vulgarem appellant: illum ſacrum. Vulgarem Ægyptii. Sacrum Moſes inſtituit. huius anni exordium eſt Niſan, vt diximus: quo menſe Ebræi egreſſi ſunt ex Ægypto. Quocirca Moſes eum voluit eſſe caput menſium. Sacrum autem ideo vocant, quod in ſacris iiſque quæ ad rem divinam pertinẽt, eo utãtur. Qua de re locus inſignis exſtat apud Ioſephum Orig. lib. 1. cap. 4. ad quem ſi adibis, cognoſces ex eo annum vulgarem in foro ſemper uſitatum fuiſſe. Quapropter nonnulli annum civilem eum vocant. Alij appellatione anni civilis ſacrum intelligunt, & vulgarem alio nomine vocant annum naturalem. Fortè quod initio huius anni mundum conditum fuiſſe putarint. Qua in ſententia ſunt etiam ipſi Ebræi. Olim, hoc eſt ante latam legem, in uſu erat duntaxat annus vulgaris, quem & Ægyptium nuncupant propter cauſſam ſuprà commemoratam. Moſes Gerundenſis, *Initium anni eſt à Theſri, & ab eo menſes olim numerabantur uſque ad exitum ex Aegypto.* Igitur menſis ſecundus, de quo Gen. 8. 14. non eſt alius quàm

quàm October qui à Macedonibus Dius, ab Ebræis verò Marheſvan vocatur: ſed perperam in Ioſephi loco citato Marſonane legitur, id eſt μαρσουάνη. hoc mendum tolles mutatione vnius litteræ. Nihil enim dubito quin Ioſephi manus ſcripſerit μαρσουάνη id eſt marſuane: in quo eliſa littera Cheth, more antiquo. Porrò facilis lapſus de ν in ν. Quod dico, firmari poteſt ex Rufino, cuius editio Ammarſuane præfert, id eſt המרחשון cum articulo. Res non eget ampliore probatione. Pergamus ad alia. Vt Moſes annum inchoavit à Niſan, ſic olim Romulus à Martio: quod ab ipſo Quintili, qui à Martio quintus eſt, probari poteſt. is poſtea Iulius dictus eſt, vt Sextilis, Auguſtus. Reliqui menſes antiquum nomen hodieque retinent, September, October, November, December. Claudam caput, ſi notavero Chriſtianos quoque duplicem annum habere. Vnum quem Solarem vocāt, & alterum Lunarem, quem obſervant in Eccleſia Romana propter ritum Paſchatis. Vide Rupertum in Gen. lib. 1. cap. 45. Beroaldum Chronolog. lib. 1. cap. 7.

CAP. XIIII.

Allatus locus unus Solomonis non diſſimilis Enny, & alter eiuſdem non diſſimilis AEſchyli.

QVod ſapientiſsimus mortalium Solomo ſanè quàm venuſtè ſcripſit de homine Belial, quē nos latinè appellare poſſumus hominem nequam ſive nihili:

Nictat oculis suis, loquitur pedibus suis, docet digitis suis.

Idem Nævius planissimè dixit de muliere impudica:

——quasi in foro pila
Ludens datatim dat se, & communem facit,
Alium tenet, alii adnutat, alibi manus
Est occupata: ast alii pervellit pedem,
Alii dat annulum exspectandum de labris,
Alium invocat, cumq; alio cantat: attamen
Aliis dat digito litteras.

Sicut & illud quod apud eundem Solomonem legitur capite septimo, versu tertio:

Scribe ea in tabula cordis tui.

Non minus lepidè est apud Græcos poëtas Æschylum & Pindarum, ἐγγράψω κἀπὶ δέλτοις φρενῶν. Et apud Comicum, *Etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo.* Forma locutionis, qua exactam & firmam comprehensionem significamus.

CAP. XV.

Prudentij locus de stirpe Goliæ illustratus.

PRudentij verba sunt in ἁμαρτιγν.

——sed pristinus Orpha
Fanorum ritus præputia barbara suasit
Malle, & semiferi stirpem propagare Goliæ.

Quæ de Goliæ stirpe scribit, cum in sacris libris nusquam, quod sciam, legantur, & vulgo minus nota sint: ego autem insignem, in quo hoc ipsum Philo nescio quis fusè exposuit, locum repererim, operæpretium facturum me duxi, si eum hic apponc-

ponerem, & cum Prudentij contenderem. Scribit igitur Philo, an pseudophilo? In libro antiquitatum biblicarum,

Et profectus est David ad Goliam, & dixit ei: Audi verbum, antequam moriaris. Nonne sorores erant duæ mulieres, ande natus es tu & ego? Et erat mater tua Orpha, & mater mea Ruth. Et elegit sibi Orpha deos Allophylorum, & abiit post eos. Ruth autem elegit sibi vias fortissimi, & ambulavit in iis. Et nunc nati sunt de Orpha tu, & fratres tui, &c.

CAP. XVI.

Festum poni pro hostia festi. explicatus locus quidam ex editione Ierosolymitana.

DAvidis ex psalmo 118. vers. 27. locus est, qui sic ad verbum legitur in Ebræo:

Ligate festum funibus.

Quis autem est, duntaxat Ebraicarum litterarum ἀγύρτος, qui non animadvertat festum hic poni pro hostia, quæ die festo immolatur? sanè quidem Iesaias idem verbum eodem significatu usurpat, Ies. 29. 1. Quo fit ut in translatione latina vetusti interpretis Chaldæi, quæ habetur bibliis Antverpsæ impressis, ubi sic legimus:

Ligate puerum ad sacrificium solennitatis,

Non dubitem, quin melius omnino sit:

Ligate agnum &c.

Non enim TALIA hoc in loco puerum denotat: sed agnum; qui Ebræis TALE dicitur. Res non eget ampliore probatione.

CAP. XVII.

Iudicium pro consuetudine sumi: itemq; pro aequitate.

IVdicium Ebrei scriptores interdum vocāt morem & consuetudinem: & ita hoc nomen interpretes exponunt, Psal. 119. 132.

Secundum judicium, erga diligentes nominis tui.

Sic enim ἀνάμφισβητήτως accipitur, Exod. 21. 9.

Secundum judicium filiarum faciet ei.

& Genes. 40. 13.

Dabis calicem Pharaoni in manu secundum judicium prius.

Ad eandem sententiam referunt:

Secundum judicium tuum vivifica me. &

Iuxta judicia tua vivifica me.

Posse tamen: videtur in his locis accipi judicium pro æquitate. etiam in illo,

Secundum judicium erga diligentes nominis tui:

Vt sit sensus: Miserere mei pro ea æquitate, qua es erga tui amantes. Talis sensus vocis in illo, *Bilances judicij*, id est, justæ, æquæ.

CAP. XVIII.

Loci aliquot Sirachidis qui expressi videntur è Solomone.

QVod Iesus Sirachi filius non minus verè quā eleganter scripsit, quosdam laborare ac satagere, qui tamen tanto magis indigent, respexisse eum putē ad locum quendam Solomonis è proverbiis, ubi scribit conatus omnes festinantis ad

 egesta-

egestatem spectare, verba Sirachidis hæc sunt,

Ἔστι κοπιῶν ἐ πονῶν ἐ σπεύδων, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ὑστερεῖται.

Solomonis autem hæc,

Et omnis festinans utique ad egestatem.

Quæ obscuriusculè dicta, idem alibi apertius extulit:

Qui festinat ditescere, non impune erit.

Apud Iesum eundem est Ecclesiasti. 11. 22.

Κοῦφον ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου διὰ τάχους ἐξάπινα πλουτίσαι πένητα.

Videtur autem cùm hæc scriberet Iesus, in mente habuisse versum illum Solomonis:

Benedictio Domini ditat, & non adfert laborem secum.

Sicuti cùm ait Ecclesiasti. 20. 29.

Ὁ ἐργαζόμενος γῆν αὐτοῦ, ἀνυψώσει θημωνείαν αὐτοῦ.

haud dubiè respexit ad illud, quod habetur Proverb. 2. 11.

Qui colit humum suam, satiabitur pane.

Sed & hanc sententiam Ecclesiasti. 20. 8.

Ἔστιν εὐδοκία ἐν κακοῖς ἀνδρὶ ἁμαρτωλῷ.

Expressit ex illa,

Stultitia gaudium est deficienti corde.

Et hanc Ecclesiasti. 19. 4.

Ὁ ταχὺ ἐμπιστεύων κοῦφος καρδίᾳ.

Sumsit ex decimo quinto capite decimi quarti:

Imperitus credit omni verbo.

Et hoc præceptum, Ecclesiasti. 7. 23.

Κτήνη σοι ἐστιν, ἐπισκέπτου αὐτά.

Ex decimo capitis duodecimi,

Nouit justus animam jumenti sui.

Idem scribit opes malè partas non prodesse ἐν ἡμέρᾳ ἐπαγωγῆς, significans tempus illud quo Deus mala & calamitates importat hominibus propter scelera ipsorum. Eius verba sunt Ecclesiasti. 5. 10.

Χρήματα ἄδικα οὐ συλλύσει ἐν ἡμέρᾳ ἐπαγωγῆς.

Solomo quoque iisdem pene verbis dixerat. Proverb. 11. 4.

Non proderunt opes in die ira.

Et Proverb. 10. 2.

Non prosunt thesauri improbitatis.

Quod autem sequitur in iisdem locis:

Iustitia liberat à morte.

Id Iesus ita expressit, ut pro justitia posuerit ἐλεημοσύνην, & pro illo, à morte, ἐκ πάσης κακώσεως elegantèr. Sic enim ait Ecclesiasti. 29. 16.

Συγκλείσατε ἐλεημοσύνην ἐν ταμείοις σου, καὶ αὕτη ἐξελεῖται σε ἐκ πάσης κακώσεως.

Claudam caput, si prius hoc unum addidero. Ecclesiast. 25. 5.

Ἐν γήρᾳ σου μὴ ὑπομείνῃς, καὶ πῶς ἂν εὕρῃς ἐν τῇ γενέᾳ σου;

Proverb. 10. 5.

Colligit in æstate filius prudens: stertit in messe filius pudendus.

Hæc pauca è sexcentis: nam omnia notare, quæ autor ille è Solomone expressit, hulus neque loci neque temporis est.

CAPVT XI.

Vocabulum astutiæ in Solomone ambiguum esse.

Astutia

ASTutia in Solomone dupliciter dicitur, ut & in laude & in vitio nomen hoc ſit. Nam & fraudulenta calliditas aſtutia dicitur, & eſt aſtutia prudentia, quam qui habent, ſibi cavent ne dolis cuiuſquam circumveniantur. Hoc ſignificatu dictum accipio. 1.4. *Ut detur parvulis aſtutia.* & 8. 14. *Ego ſapientia habito cum aſtutia.* & 13.16. *Aſtutus omnia facit cum conſilio.* Item. 14.15. *Aſtutus conſiderat greſſus ſuos.* & 15.5. *Cuſtodiens increpationem aſtutior fiet.* Auguſtinus in epiſtola quadam ad Hieronymum exiſtimat eandem ſignificationem eſſe in illo Saluſtij: *Neque illi tamen ad cavendum dolus, aut aſtutia deerat.* Sed vereor ut hoc hominibus Romanæ literaturæ peritis probare poſsit.

CAP. XX.

Mos adorandi antiquus explicatus.

ADorationis apud veteres, qui falſos deos colebant, ritus hic fuit: ut cùm fanum aliquod præterirent, manum ori admoverent, atque ad oſculum referrent. Minutius Felix in Octavio:

Cæcilius ſimulachro Serapidis denotato, ut vulgus ſuperſtitioſus ſolet, manum ori admovens, oſculum labiis preſsit.

Apuleius Apologia prima:

... ſi fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere.

Plinius libro vigeſimo octavo, capite ſecundo:

In adorando dextram ad oſculum referimus, totum corpus circumagimus, quod in lævum feciſſe Galliæ re-

ligioſius credunt.

Eodem geſtu honorem exhibebant aſtris, quos Deos putabant. Iob. 31. 26.

Si vidi ſolem cùm fulgeret, & lunam gloriosè incedentem,

Et deceptum fuit in occulto cor meum, & oſculata eſt manus mea os meum.

Ita vertendum, non, ut Pagninus & alij,

Et oſculatum eſt manum meam os meum.

Eſt autem ſententia, Si vidi ſolem & lunam, & manum meam admovi ad os meum, ac ſi diceret: Si cùm vidi ſolem & lunam, adoravi ea manu videlicet ori admota, atque ad oſculum relata. Videatur Hieronymus in commentarijs ad hunc locum, & Hoſeæ decimo tertio, & Apologia prima in Ruffinum. Verba Apologię adduxi, Lib. 1. Quæſt. 72. Ex hoc more gloſſema eſt, in latina vetere:

Omne os quod non adoravit eum, oſculans manum.

Namque illud, *oſculans manum*, libris Ebræis omnibus abeſt, neque eſt apud interpretes Græcos.

CAP. XXI.

Vivum pro Crudo.

Vivum ſacri ſcriptores Ebræi interdú ponunt pro crudo: cujus contrarium coctum. Et ita hoc nomine uſus eſt autor hiſtoriæ Samueliș. Libro enim primo, capite ſecundo, verſu quinto & decimo, clarè ſcriptum invenitur:

Non accipiet abs te carnem coctam; ſed vivam.

Ea cauſa eſt, ut pſ. 124. 13. ubi legimus, *Tunc vivos*

vos absorpsissent nos: & in verbis Solomonis, quæ habentur Proverb. 1. 12. *Deglutiamus eos vivos & integros*: existimem metaphoram esse à carnibus, quæ crudæ & integræ devorantur. Sed si cui hoc non probetur (nam quot homines, tot sententiæ) ei per me licet, ut ita locum Solomonis enarret: Deglutiamus eos *viventes* & integros: *viventes*, id est, valentes, facilè agentes. Nam *vivere* quãdoque valet jucundè vivere. ex quo illud, *Vivat rex.* 1. Sam. 10. 26.

CAP. XXII.

Illustratus Solomonis locus unus, & item alter è Proverbiis.

NVllus tam acerbus dolor est, quin parentes eum sustineant, si liberi vitam improbè ac insipienter instituant. Quam in sententiam apud Solomonem est:

Non gaudet stulti pater.

Verum enim verò videri hoc posset jejunè & leviter dictum, neque satis esse ad exprimendum dolorem, quem parentes concipiunt ex filiorum inobedientia, quam hîc stultitiæ vocabulo Sapiens significat. Sed de hoc loco, & alijs similibus ita responderi posse judico. Nemo quisquam unquam ita dolet, quin idem aliquando gaudeat. Sed enim qui in omni momento dolet, is verè dicitur non gaudere. Sumus enim dolor semper lætitiæ vacare. Quocirca Epicurus maximam voluptatem, detractionem privationemq; omnis definivit doloris. Eadem credò ratione idem Solomon, ut significa-

Prov. 17. 20.

Hujus loci est, *Suscipere personã in judicio non est bonum*: item, *Iuramentũ falsũ ne dixeris.* hoc postremũ invenies. Zach. 8. 17.

ret opes improbè partas imprimis obesse.

Prov. 10. 2. *Non prosunt*, inquit, *thesauri improbitatis*.

Nam quod in omni tempore nocet, de eo verissimè enunciatur, Non prodest. Sicuti enim non gaudere κατὰ στέρησιν gaudij; ita non prodesse intelligitur κατὰ στέρησιν utilitatis.

CAP. XXIII.

Alius locus ex eodem libro explicatus.

VErsu 9. è nono Proverbiorum Solomonis, sensus verbi dare non satis à priscis interpretibus percipi potuit, ubi sic vir sapientissimus loquitur: *Da sapienti & amplius sapiet*. Si enim rectè percepissent illud, *da sapienti*, profectò nunquã addidissent, quod in Ebræo non habetur: *Da sapienti occasionem*. Quanquam fieri illud potest, ut post ab aliis ea vox addita sit. Sanè glossemata hujusmodi quam plurima sunt à scribis in omni genere librorum. Vt ut sit (neque enim licet nobis certi aliquid statuere.) *Dare*, a hoc in loco, est docere: & illud, *Da sapienti*, valet, doce sapientem. Cõtrà, b *capere* valet discere, ut in eodem libro Proverbiorum capite 1. vers. 3. *Ad capiendam disciplinam intelligẽtiæ*. Alterum discipuli est; alterum magistri.

a Affine est in Latio, *tradere* pro docere, & *traditio* pro doctrina. b Primasius distinguit. Nam commentario in epistolã ad Galatas ita scribit: *Inter accipere & discere hoc interest, quod accipiat Euangeliũ cui primũ insinuatur, & ad fidem ejus adducitur, ut credat vera esse quæ scripta sunt: discit is qui ea quæ in illo per ænigmata & parabolas figurata sunt, explanata & disserta cognoscit*. Huc usque Primasius.

CAP. XXIIII.

Ira vocabulum, quod est CESEPH, *unde appellatum.*

IRæ vocabulum, quod est CESEPH cum S, sade, qua sit ratione dictum, quæve ejus etymologia, olim quærebamus. Sed omnia penticulatius tum cogitantibus, nihil verisimilius visum, quàm iram sic dictam ab eo, quod irati qui sunt, quandoque in spumam efferveſcunt. id enim signũ iræ prætet alia esse solet. CESEPH autem propriè spumam significat: & ita hoc vocabulo usus est ὁ μακάριος Hoseas:

Sicut spuma super faciem aquæ.

Quod autem diximus, in spumam efferveſcere, si cui id verbum insolens videtur, sciat ante me ita locutum fuisse A. Gellium in ijs verbis, quæ de Plutarcho transtulit. verba eius ex libro primo, cap. 26. hæc sunt:

Mihi quidem neque oculi, opinor, truces sunt, neque os turbidum, neque immaniter clamo, neque in spumam ruboremq; efferveſco, neque pudenda dico aut pœnitenda, neque omnino trepido ira, aut gestio: hæc enim omnia, si ignoras, signa esse irarum solent.

CAP. XXV.

Locus quidam Hieronymi, allato alio loco ejusdem autoris, manifesti erroris convictus.

HIeronymi verba sunt ex comment. Sophō. 2. *Nec non & Azotus, quæ Ebraicè dicitur Asdod, & in lingua nostra sonat ignis generationis, clara luce vastabitur.*

In quibus, cùm error perspicuus subsit, non tamen facilè homini in veterum scriptis minus exercitato eum deprehendere. Sciendum igitur in eo quod ait, *Asdod in lingua nostra sonat ignis generationis*, erratum esse ex prava ejus vocis lectione. Certè generatio apud Ebræos DOR appellatur; non DOD. Sed erat olim proclivis lapsus D in R; cùm, ut Hieronymus scribit, tantùm apice hæ literæ distinguerentur. Vt ut sit, hanc lectionem ipsemet Hieronymus damnat: cujus hac de re sana verba sunt in commentarijs Amos 1.

Azotus, id est, Asdod, ignem uberis sive patrui. Licet quidam DOR, *pro* DOD *male legentes, ignem generationis putent.*

Quod cùm ibi scripserit, mirari satis non possum, quid hominem & magna doctrina, & acri ingenio præditum moverit, ut alibi aliter scriberet, erroremque, quem sciebat, non annotaret.

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

Proverbium, quo Apostolus usus, sumptum videri ex monumentis Ebraeorum.

QVOD Ruth fecit in agro Booz: idem ego facio in novo testamento. Colligo spicas post messores, hoc est, notas, quas interpretes, qui ante me, non annotarunt.

καὶ γὰρ ὅτε ἦμεν πρὸς ὑμᾶς τοῦτο παρηγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω.

Verba sunt Apostoli Pauli 2. Thes. 3. 10. in quibus proverbium est hodie vulgatissimum:

Qui non operatur non comedet.

Vetus autem esse, primus observo ex Genesi majore, ubi ita scriptum est: דאי לא לעי לא נגים Id est, qui non operatur non edit. Neque dubito quin Apostolus noster inde acceperit. Citatur in lexico Iuris Ebraici, & in libro Synonymorum, quē edidit Salomo Abrahamides domo Vrbinas.

CAP. II.

Anima pro homine: pro cadavere.

ANima ponitur pro homine, ut cùm dicitur: *Octo animæ fuerunt in arca Noæ*, &, *Capit animas sapiens*.[a] ejus autem rei ratio & caussa in prõptu est. Nã etsi homo ex anima & corpore compositus sit, tamen anima ipsa, non corpus, homo est. *Non enim*, ut rectè scriptum est in Somnio Scipionis, *homo is est, quem forma ista declarat: sed mens cuiusque, is est quisque, non ea figura quæ digito monstrari potest*. Contrà ponitur homo pro anima, hoc est, totum pro parte: ut cùm aliquis esse in cælis dicitur, aut apud inferos. Non enim hoc de corpore intelligi potest: sed de anima tantùm. Interdum autem *animæ* vox aliter accipitur, ut ubi legimus, *Pollutus anima*, de eo qui tactu cadaveris pollutus erat. *Anima* enim ibi accipitur pro corpore anima casso. sic etiam accipitur in illo, *non relinques animam meam in inferno*, id est cadaver meum. Locus ubi legitur *pollutus anima*, si quis requirat, est Hag. 2. 14. ad quem locum Hieronymus, *Immundus*, inquit, *anima dicebatur, qui corpus hominis mortui attigerat*. Idem confirmat Augustinus epistola 147. quem vide ibi, si vacat, & si vis.

a Vsurpat hoc sensu poëta nescio quis, *Felices animæ quibus hæc cognoscere primum Inque domos superum scandere cura fuit*. ψυχὴ quoque ita sumitur ut notatum ab alijs in illo Polybij, lib. 16. ψυχῆς ἐστι ἀπηλγηκύας, id est hominis deplorati.

CAP. III.

Collatio locorum aliquot Ioelis, cum Apocalypsi Iohannis.

Verba

VErba Iohannis Theologi de locuſtis hæc ſunt: Apoc. 9. 7.

καὶ τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον.

Credi autem poteſt Iohannes imitatus eſſe hac in ſimilitudine locum Ioëlis ex capite ſecundo, verſu quarto, ubi ait de locuſtis loquens:

Tanquam aſpectus equorum aſpectus eius:

& paulò poſt:

Vt populus validus inſtructus pugnæ.

Sed ſuper hoc dubitari poteſt. Quæ autem ſequuntur in Apocalypſi:

καὶ οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὡς λεόντων ἦσαν,

quin ex eodem Ioële expreſſerit, non ſanè admodum dubito. Locus Ioëlis, unde illa expreſſa eſſe credo, hic eſt: Ioel. 1. 6.

Dentes eius dentes leonis, & molares vetuli leonis ei.

Ex eodem Ioële ſumptum puto:

καὶ ἡ φωνὴ τῶν πτερύγων αὐτῶν, ὡς φωνὴ ἁρμάτων, ἵππων πολλῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον.

Apud Ioëlem enim capite ſecundo, verſu octavo, ita legitur:

Quaſi vox quadrigarum ſuper cacumina montium.

CAP. IV.

Locus quidam Hieronymi expenſus.

BEatus Hieronymus commẽtario in Matthæũ, loco ubi explicat verba illa, *Sed potius timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in Gehen-*

nam, ad hunc modum ſcribit:

Duplicem eſſe Gehennam nimij ignis & frigoris in Iob plenißimè legimus.

Id quoniam hodieque à multis creditur, viſum eſt locum Iobi, ut in Ebræo legitur, proponere. Locus autem ex quo id colligit Hieronymus, niſi me fallit opinio, habetur Iob 24. 19. in vulgata tranſlatione, his verbis:

Ad nimium calorem tranſeat ab aquis nivium, & uſque ad inferos peccatum illius.

ſed in Ebræo legitur paulò aliter, & verbum è verbo ita ſonat,

Siccitas, etiam calor rapient aquas nivis; ſepulchrum peccaverunt.

Ex quibus verbis num, quod Hieronymus vult, confici poſsit, viderint alij. mihi ſanè niſi quid certius ac ſolidius attulerit, nullus perſuadet.

CAP. V.

Funis pro cœtu: David explicatus.

VErſum 16. ex centeſimo decimo nono Davidis, Hieronymus ſic convertit:

Funes improborum implicaverunt me.

Chaldæus autē minimè contemnēdus interpres, in ea paraphraſi, quam in Davidem fecit, non funes enarrat, ut Hieronymus: ſed cœtus ſive catervas. Id quod mihi, cùm eum locum enarrarem, non planè omnino diſplicuit. Nam & verbum Ebræum, quod ſequitur, alio ſenſu quàm Hieronymus plerique omnes interpretantur: & certè nomen

men est ab eo verbo, quod prędā significat. Quod autem funes appellat Cœtus hominum David, non hoc fecit primus insolenter: sed ante ipsum ita quoque locutus est Samuel, si modò is autor libri, 1. Sam. 10. 11.

Et ecce funis prophetarum in occursum ejus.

Vbi manifestè funis ponitur pro cœtu, sicut alibi nescio quo in loco, tamen alibi certè in novo testamento σπεῖρα vocabulum, quod funem significat, pro cohorte usurpatur. Erit ergo sensus verborum Davidis: Catervæ improborum diripuerunt me, aut si mavis, Improbi catervatim prædati sunt me.

CAP VI.

Tholemæus antiquè scriptum fuisse pro eo quod nunc scribimus Ptolemæus.

QVem nunc perpetuò Ptolemæū, veteres nonnunquam Tholemæū scribere solitos cōstat. Recteq́ue est in antiquis glossis Tholemai. neque dubium habeo, quin ab eo manarit, quod hodie in usu, Bartholemæus. Quo fit ut in quinto commentariorum Hieronymi super Iesaiam, ubi vulgo legitur, Cap. 17.

Sub Macedonibus & Ptolemæis:

Non dubitem quin melius omnino sit, quod in vetere meo libro, *Sub Macedonibus & Tholemæis.* Ex eadem consuetudine scribendi est Tholemais, & Tholemaidenses, in optimis illis glossis.

CAP. VII.

Quid apud Mosem, Tollere caput.

RECtissimè ac verissimè exponit interpres ordinarius Ebræorũ Iarius locum illum Mosis, Genes. 40. 14.

Et tollet Pharao caput tuum,

cùm dicit, tollere caput, hoc in loco tantundem valere, quasi tu dicas, recensere. Sic etiam exponit Abraham Esdræ filius, qui dicitur Abenezra. Neque video quomodo aliter exponi locus ille posset, cùm sequatur:

Sustulit caput principis pincernarum, & principis pistorum inter servos suos.

Et alias Moses ita locutus sit, ut Num. 1. 2. *Tollite caput totius cœtus filiorum Israel:* & Exod. 30. 12. *Cùm tolles caput filiorum Israel.* Quidam tamen quod in Genesi legimus capite eodem versu decimo nono:

Tollet caput tuum à te,

ita accipiunt ac si dictum esset, amputabit tibi caput. Sic enim Pagninus, *auferet Pharao caput tuum à te*: & alius, *tu abhinc tres dies iussu Pharaonis securi ferieris.* Sed si quis penitiùs locum expendet, comperiet haud coactè aptari eum posse ad priorem sententiam.

CAP. VIII.

Quo sensu aliquis dicatur Deum tentare: ibidemq; de duplici significatione verbi Tento.

TEntat Deum, inquit Theodoretus, ὁ δίχα λογισμοῦ ῥιψοκινδύνως τι πρᾶττων. Dicit aliquid, sed non

non omnia. Plenius hæc de re Theologi nostri, quorum animi mentem, vt potero, nunc exponam. Deum tentat, qui periculum facit an possit promissa præstare, vel qui minas ipsius aspernatus callidè explorat an seriò loquatur, vel denique qui, cùm sciat omnia regi divino consilio, temerè & inconsultò se objicit periculis non necessariis, ut ille qui se in puteum præcipitabat, nihilomnino dubitans, quin, si Deus ita decrevisset, ipsum inde salvum & incolumē extracturus esset. Prima tentatio initium habet ex diffidentia promissionum, altera ex contemptu numinis, tertia ex opinione de providentia Dei prava, sive, ut verbis Apostoli utar, quæ non secundum scientiam. Quanquam fieri potest ut aliquis non malè de Deo sentiens, nihilominus præceps ruat in pericula, inconsulta quadam temeritate. Tales à Græcis dicuntur ῥιψοκινδυνοῖν, Vnde Rhipsocindyni hodieque vocantur, qui se temerè periculis objiciunt, quos Turcæ Delilaros, hoc est, Stultos delirosque nuncupant. Testis Leonclavius in supplemento rerum Turcicarum. Notabo nunc quod notum in vulgus. Deut. 13.3. *Quia tentat vos Dominus Deus verster*. Iacob. 1.13. *Deus neminem tentat*, hæc duo loca, quæ prima fronte pugnare inter se videntur, haud difficulter conciliari poterunt, si observetur duplex significatio verbi *Tento*. Tentare est explorare, Psal. 26. 2, *Proba me Domine & tenta me*. Ad malum solicitare. Matth. 4.1. *Vt tentaretur à Diabolo*. Sic sanè Diabolus vocatur ὁ πειράζων, id est

Tentō Dei

tentator Matth. 4. 3. Porrò in priore significatu capiendum *tentat vos Dominus:* in altero, *Deus neminem tentat.* Vidēdus Augustinus epist. 146. & in Iohannem tractatu 43. & de consensu Euangelistarum lib. 2. cap. 30. Eucherius in commentario super Genesin, ad locum, *Tentavit Deus Abraham.* Rabanus in librum Sapientiæ cap. 1. Augustini verba ex tractatu 43. in Iohannem hæc sunt: *Duæ sunt tentationes. Vna qua decipit, altera qua probat. Secundum eam qua decipit, Deus neminem tentat. Secundum eam qua probat tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis eum.*

CAP. IX.

Aliter citari ab Erasmo Hieronymi locum, quàm in exemplaribus editis contineatur.

DEsiderius Erasmus enarrans locum illum ex primo Actorum, Sabbathi iter habens: *Sentit*, inquit, *spatium bis mille passuum: longius iter facere Iudæis fas non erat sabbathis. hoc enim indicat Hieronymus scribens ab Algasiam, quæstione decima, nimirum Iudæi religiose observatum, ne sabbathis ambularent supra bis mille passus ex institutione Rab Aquibæ, Simeonis, & Hellis Rabbinorum, quos illi magistros nostros vocari soliti sunt, ut inibi docet Hieronymus.*

Hæc Erasmus: Cæterùm codices Hieronymiani, quos vidi, in eo loco *pedes* habent: non *passus*. Locus autem est editionis Antverpianæ tomo tertio, pagina 433.

Præterea quia iussū est, ut diebus sabbathorū sedeat

Præ-

unusquisq; in domo sua, & non egrediatur, neq; ambulet de loco in quo habitat. si quādo eos juxta literā cæperimus artare, ut non jaceant, non ambulent, non fiet; sed tantū sedeant, si velint præcepta servare, solet; respōdere & dicere, Rab Aquiba, & Simeō & Hellel, (sic emendo, quod in vulgatis Hille) magistri nostri tradiderunt nobis, ut bis mille pedes ambulemus in sabbatho, & cætera istius modi; doctrinas, hominum præferentes doctrinæ Dei.

Quare aut non satis fideliter hunc locum citavit Erasmus; aut, quod veriùs puto, peccatum est à librariis in Hieronymo, & ubi legitur, bis mille pedes, legendum, bis mille passus. Alibi notavimus ex sententia Ebræorum & Origenis, iter Sabbathi continere bis mille cubitos.

Sed sciendum, ubi in Ebræo est *mille cubitos*, Num. 35. in latina vetere legi, *mille passuum spatio.* vt videatur interpres ille (quem plerique Hieronymū fuisse autumant) nullā differentiam sciviſſe cubiti cum passu, & certè sunt qui passum minorem, & cubitū pro eodem sumunt. In libro Iuris qui inscribitur Sebbole Lecheth, tractatu vigesimo secundo, capite de sabbatho, locus est qui hoc valde cōfirmat, quē sic ex Ebræo interpretari possumus:

Samuel iter faciebat per vallem, & nesciebat terminum Sabbathi: iter duorum millium passuum mediocrium est terminus Sabbathi.

CAP. X.

Sambationem fluvium quot sabbathis intermittere cursum suum.

DE rivo quodam Iudææ mirabile quid scribit Isidorus a.

In Iudea quondã rivus sabbathis omnibus siccabatur.

Quis autem rivus, quóve nomine esset, non addit. Ego arbitror rivum esse, de quo mentio apud Eliam, qui scribit Sabbationem fluvium quot sabbathis intermittere cursum suum, & inde nomen habere. verba eius sunt:

Sambation, nomen fluvij. eum perhibent tota hebdomada sabbatho excepto fluere, & secum magnos lapides movere. Et aliquanto post:

Sapientes eum Sabbationa appellant, eo quod semper quiescat die sabbathi. Nam Sabbathum in eorum lingua Sabbat vocatur, videlicet ex Ebræo Sabbath, thau mutante in teth. Sic etiam vocatur Arabice. Arabes enim thau permutant cum theth. Porro Moses Maimonis filius existimat eum esse fluvium Gozan.

Idem Elias scribit ION apud Arabes terminationem adiectivorum esse. Id si verè scribit, licebit hunc fluvium latinè Sabbatarium, vel si mavis, b Sabbaticum aut Saturniacum appellare. Quod autem apud eundem Eliam scriptum legis Sambation, non te turbabit, cùm scies qua ratione formentur Sambuca, Ambubaiæ, & similes voces.

a Hausit è Plinio, cuius hæc de re verba habetur lib. 31. cap. 2. *In Iudæa rivus sabbathis omnibus siccatur.* b Ita vocat Ioscphus capitæ lud. lib. 7. cap. 24. & prorsus cõtraria de eo scribit. Nam ait tantum sabbatho cum fluere: ceteris diebus alveo sicco esse. Meminit Agricola de natura eorũ quæ ex terra effluunt. libr. 3. pag. 114. Fulgosus exemplorũ lib. 1. cap. 6. Galatinus de arcanis Catholicæ veritatis lib. 11. cap. 9. Fagius in Para-

Paraphraſ. Chaldaicam Deut. 30. 3. ad locum, *Reducet quoque Dominus captivitatẽ tuam.* Verba Agricolæ ſunt: *Quidam ad aliquod tempus ceſſant, deinde rurſus fluunt, vt Symethus in Sicilia, qui per Catanam fluit & amnis, qui mediis inter Arcean & Raphaneam Syriæ vrbes curſum tenet, modo, vt autor Ioſephus, pleno defertur alveo, repente deficit, & ſex dies cõtinuos ſiccum tranſituro præbet alveum: ſeptimo die iterum exortus abundat aquis: atque ex eo die ſacro Iudæa gentis Sabbaticus nominatur.*

CAP. XI.

Verſus è Davide enarratus.

DAvidis hæc ſunt, pſal. 14. 3. 53. 4.

Omnis receſſit ſimul rancidi facti ſunt.

In quorum priore erratum fuit leviter ab interpretibus. Non enim vertendum erat, *Omnes receſſerunt*; ſed, *omnis receſſit*: quod quidem planè idem eſt cum illo ſuperiore, ſed venuſtius, & ἰδιοτροπώτερον dicitur. Sic etiã Cicero dixit, *Omnis debet*, pro, omnes debẽt. Quod autẽ explicãt omnes receſſerunt à via recta, non ſatis explicant, ut mea fert opinio, metaphoram verbi, quæ ſumpta à vinis acidis. Nam recedere venuſtè admodum uſurpatur ab Ebræis de vino, quando in vappam reſolvitur, ut Hoſ. 4. 18. *Receſſit vinum eorum.* Græci hujuſmodi vinum dicunt ἐξεστηκὸς, & Cicero vinum fugiens appellat, nos afgaenden wyn. Sequitur:

Rancidi facti ſunt.

aut, ſi mavis, *rancuerunt.* idà cibis tranſlatum mirabiliter juvat ſententiam noſtram de verbo, receſſit. Itaque Iob 15. 16. ubi idem verbum eſt in

DE rivo quodam Iudææ mirabile quid scribit Isidorus a.

In Iudæa quondã rivus sabbathis omnibus siccabatur.

Quis autem rivus, quóve nomine esset, non addit. Ego arbitror rivum esse, de quo mentio apud Eliam, qui scribit Sabbationem fluvium quot sabbathis intermittere cursum suum, & inde nomen habere. verba eius sunt:

Sambation, nomen fluvij. eum perhibent tota hebdomada sabbatho excepto fluere, & secum magnos lapides movere. Et aliquanto post:

Sapientes eum Sabbationa appellant, eo quod semper quiescat die sabbathi. Nam Sabbathum in eorum lingua Sabbat vocatur, videlicet ex Ebræo Sabbath, thau mutante in teth. Sic etiam vocatur Arabice. Arabes enim thau permutant cum theth. Porro Moses Maimonis filius existimat eum esse fluvium Gozan.

Idem Elias scribit ION apud Arabes terminationem adiectivorum esse. Id si verè scribit, licebit hunc fluvium latinè Sabbatarium, vel si mavis, b Sabbaticum aut Saturniacum appellare. Quod autem apud eundem Eliam scriptum legis Sambation, non te turbabit, cùm scies qua ratione formentur Sambuca, Ambubaiæ, & similes voces.

a Hausit è Plinio, cujus hæc de re verba habetur lib 31. cap. 2. *In Iudæa rivus sabbathis omnibus siccatur.* b Ita vocat Iosephus capitæ lud. lib. 7. cap. 24. & prorsus cõtraria de eo scribit. Nam ait tantùm sabbatho cum fluere: ceteris diebus alveo sicco esse. Meminit Agricola de natura eorũ quæ ex terra effluunt. libr. 3. pag. 114. Fulgosus exemplorũ lib. 1. cap. 6. Galatinus de arcanis Catholicæ veritatis lib. 11. cap. 9. Fagius in Para-

Paraphraſ. Chaldaicam Deut. 30. 3. ad locum, *Reducet quoque Dominus captivitatẽ tuam.* Verba Agricolæ ſunt: *Quidam ad aliquod tempus ceſſant, deinde rurſus fluunt, vt Symethus in Sicilia, qui per Catanam fluit & amnis, qui mediis inter Arcean & Raphaneam Syriæ vrbes curſum tenet, modo, vt autor Ioſephus, pleno defertur alveo, repente deficit, & ſex dies cõtinuos ſiccum tranſituro præbet alveum: ſeptimo die iterum exoritus abundat aquis: atque ex eo die ſacro Iudæa gentis Sabbaticus nominatur.*

CAP. XI.

Verſus è Davide enarratus.

DAvidis hæc ſunt, pſal. 14. 3. 53. 4.

Omnis receſſit ſimul rancidi facti ſunt.

In quorum priore erratum fuit leviter ab interpretibus. Non enim vertendum erat, *Omnes receſſerunt*; ſed, *omnis receſſit*: quod quidem planè idem eſt cum illo ſuperiore, ſed venuſtius, & ἰδιωτισμῷ dicitur. Sic etiã Cicero dixit, *Omnis debet*, pro, omnes debẽt. Quod autẽ explicãt omnes receſſerunt à via recta, non ſatis explicant, ut mea fert opinio, metaphoram verbi, quæ ſumpta à vinis acidis. Nam recedere venuſtè admodum uſurpatur ab Ebræis de vino, quando in vappam reſolvitur, ut Hoſ. 4. 18. *Receſſit vinum eorum.* Græci hujuſmodi vinum dicunt ἐξίτηλον, & Cicero vinum fugiens appellat, nos afgaenden wyn. Sequitur:

Rancidi facti ſunt.

aut, ſi mavis, *rancuerunt.* id à cibis tranſlatum mirabiliter juvat ſententiam noſtram de verbo, receſsit. Itaque Iob 15. 16. ubi idem verbum eſt in

Ebræo, & alij vertunt *contemptibilis*, alij aliter, puto vertendum *rancidus*; in quo numquid ipse me fallam, alii judicabunt. Sequitur apud Davidem: *Non est qui faciat bonum, non etiam unus.* id latiniùs diceretur, non est qui faciat bene, ne quidem unus. Sed hoc leve, & ab aliis ante me observatum fuit.

CAP. XII.

Explicatum genus loquendi, ardens à coquente.

ELegans & antiquum genus loquendi fugit interpretes. Hos. 7. 4. *Cubanus ardens à coquente*; non sensus. nam rectè exponunt, succensus à coquente. Tale est, *Impegerint & perierint à te.* id enim valet, à facie tua, psal. 9. 4. Nec dissimile 1. Corinth. 10. 9. ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο: *à serpentibus perierunt*: & vers. 10. ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ: *perierunt ab exterminatore.* Sic latinè dicimus, *Interiit à valentiore.* pro interfectus est. Plinius nescio ubi, tamen alibi certè. *M. Marcello circa mortem, quum periit ab Annibale, jetur in extis defuit.* Græci quoque eodem modo loquuntur. Homerus Iliad. ά.

Εὖτ' ἂν πολλοὶ ὑφ' ἑκτόρος ἀνδροφόνοιο
Θνήσκοντες πίπτωσι.

Herodotus Terpsicore:

ὑπ' ἀξιόχρεω καὶ ἀποθανεῖν ἡμίσεα συμφορή.

Porrò quod in Hosea legitur, *à coquente*, id valet, à pistore. Dignum nota. Coquentem enim Ebræi vocant pistorem, & est nomen, ut vocant, participiale. Festus Pompeius:

Coquum

Coquum & pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus.

CAP. XIII.

Hieronymi error notatus.

FAlsum est quod Hieronymus ait epistola ad Fabiolam mansione septima:

Verbum IAM SVPH *apud Ebræos ex mari & rubro compositum est.* SVPH *autem & rubrum & scirpus vocatur.*

Putavit enim, quia latinè dicimus mare rubrum quod Ebraicè appellatur IAM SVPH, ideo SVPH rubrum significare. id autem secus est. Nam rubrum alio modo appellatur Ebræis. SVPH autem est juncus, alga, an carex? Hæc igitur indicare volui, ne quis Hieronymi testimonio fretus, falsa pro veris amplecteretur.

CAP. XIIII.

Notatus usus quidam verbi servo aut custodio.

VErbū servare notæ significationis est, interdum autem ἀντιφράσει ponitur, ut psal. 103. 9.

Non in seculum servat.

Servare enim hoc in loco idem ferè valet quod servare iram, dicique solet de eo, qui animum iratum diutius retinet, iniuriæq; memoriam non facilè deponit. Hoc Græcè est, μνησικακεῖν. cuius cōtrarium oblivisci, unde ἀμνηστία præteritarum injuriarum oblivio. Est autem servare (dicam cum Græcis) Ebraicè נָטַר, à quo fortasse Græcum τηρῶ

abiecta principe littera thematis. In eadem notione obſervo, *cuſtodire*, quod Ebraicè SAMAR. Ierem. 3. 5.

An ſervabit in ſeculum: ſi cuſtodiet in eternum?

Neque aliter accipies, ſi mihi credes, locum illum: *Servat hoſtibus ſuis.*

Nam hoc dicit: Deus ultionis conſilium, & animum iratum erga hoſtes ſuos non temerè deponit, donec injurias ſuorum ultus fuerit.

CAP. XV.

Quam ſit vetus conſuetudo ſtatuas deoſculari.

QVod hodie in more poſitum eſt, ut in honore Chriſto eiuſque ſanctis habendo, eorum imagines ac ſtatuas deoſculentur; id uſq; ab impia illa & ridicula veterum, qui falſos Deos colebant, ſuperſtitione ductum ac propagatum videtur. Solebant enim illi ſtatuas ipſas, in quibus aliquid divinitatis eſſe opinarentur, deoſculari. id didici ex primo Reg. 19. ubi ita ſcriptum eſt:

Omnia genua quæ non curvaverunt ſe ad Baal, & omne os quod non oſculatum eſt eum.

Quo igitur ritu illi dijs ſuis honorem exhubebant: eodem hodie in Chriſti imagine, & ſanctorum, ſanctarumque ſtatuis venerandis utuntur.

CAP. XVI.

Oſculi honorem etiam civilem fuiſſe.

OSculi honor, quando ejus facta mentio, non ſolùm divinus: ſed etiam civilis erat, eoque in pro-

in potentibus ac fortunatis hominibus colendis utebantur. De hoc igitur honore accipio illud: *osculamini filium.* Nam quod Hieronymus exponit, *Adorate*, dicam liberè, non placet. Favet meæ sententiæ apertè Abenezra, qui scribit hodieque in India morem esse, ut subditi regem deosculentur: sed magis quod habetur 1. Sam. 10. 1.

Igitur Samuel accepta olei lenticula, effudit eam super caput ejus, deosculatusq; est eum, & dixit, Nónne unxit te Dominus super hæreditatem suam in principem?

Ecce ait, *Osculatus est.* Et quanquam hoc ibi dicatur de Samuele, nec de populo ipso callidè scio: tamen facio conjecturam ex loco quodam Mosis, ubi Pharao ad Iosephum: *Et os tuum obsculabitur universus populus meus.* Apparet enim ex iis verbis in consuetudine fuisse, ut populus ipse dynastæ osculum daret, quod tamen accipiendum, non de singulis, sed de principibus populi tantū, ut Dan. 3. 7. *Qua tempore audierunt omnes populi, &, Cadent omnes populi*: ad quem locum Hieronymus, *Omnes populos*, inquit, *intelligimus in principibus. Neque enim adesse poterant universæ simul nationes.* Quod si quis malit ex signo denotari simpliciter honorem & obedientiam, ejus me sententiæ approbatorem libenter profiteor.

CAP. XVII.

De etyma vocis NASIM, *qua mulieres significant.*

NASIM vocis significatio trahitur, sive à verbo

oblivionis, quod est NASA (nam in mulieribus nomen familiæ extinguitur: transeunt enim in familiam viri, cujus non minus forum, quàm dignitatem sequuntur; à qua origine, & foror pendet, sic appellata, ut Labeo Antistius ait, quod seorsim nascitur, separaturque ab ea domo, in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur) sive a nomine ANASIM, quo viros significat, litera prima ablata. Sed cur ablata litera prima? id censemus amplius quærendum.

CAP. XVIII.

Indicatum quid sit animam in manu ponere.

PSal. 119. 109.

Anima mea in manu mea semper, & legis tuæ non sum oblitus.

hunc Davidis versum plerique omnes veterum immutant ac legunt: *Anima mea in manu tua semper.* Quod, ut arbitror, nunquam fecissent, si, quid David iis verbis voluisset, intellexissent. Nos vitæ periculum innui suspicamur cum Ebræis, à quibus sensus hujus locutionis, *Ego versor in perpetuo vitæ discrimine.* Nam sic utique Camius enarrat. *Quanquam,* inquit, *ego versor in periculo continuo, & animam quasi in manibus meis porto: tamen non obliviscor legem tuam.* Chaldæus quoque interpres ad hanc sententiam convertit, *Anima mea periclitatur, ut si in manu mea esset semper.* Sed & loci alij, in quibus hæc dictio reperitur, omnes faciunt huic expositioni firmandæ. Iud. 12. 13. *Posui animam*

meam

meam in manu mea, & transivi ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manum meam. sensus est, Cum vitæ periculo trajeci ad Ammonitas. 1. Sam. 19. 5. *Et posuit animam suam in manu sua, & percussit Philistæum.* Iob. 13. 14. *Cur tollam carnem meam dentibus meis, & animam meam ponam in manu mea?* vult dicere, cur subibo vitæ periculum?

CAP. XIX.

Abdiam prophetam alium esse, alium qui in libris Regum memoratur.

ABdiam prophetam eum, cujus prophetia hodie extat, aliũ esse ab eo, qui memoratur in libris Regum, & è nostris nonnulli observarunt, & confirmari potest ratione quam adfert Ebræus Grammaticus Abenezra exponens primum versum prophetæ. ait enim,

Nescimus qua ætate vixerit, nèque possumus affirmare quod sit is, de quo mentio in libro Regum, cùm ibi scriptum sit, Abdias erat timens Domini. Nam si fuit propheta, cur minus dicitur tacito eo quod maius est? major enim haud dubiè dignitas prophetæ. 1. Reg. 18. 3.

Libet adjicere quod idem eodem in loco notavit, ad illa Abdiæ verba: Auditionem audivimus à Domino,

Abdias, inquit, Ieremias, Iesaias, & Amos prophetarunt contra Idumæos. ideo utitur numero multitudinis, Audivimus.

CAP. XX.

Theologos linguæ Ebrææ ignaros, sæpe falsam sententiam

tiam pro vera amplecti.

ACcidit nonnunquã theologis linguę Ebrææ ignaris, ut, cùm ſacras literas enarrant, ex variis expoſitionibus, quas in commentariis reperiunt, dum optimã ſequi ſe arbitrantur, peſſimam ac falſiſſimam ſequantur: eamq; pro vero ita proponant. Quod olim ſapientiſſimo cuidam apud Græcos accidiſſe teſtatur his verbis Hieronymus: *Primum enim*, inquit, *magnorum ſumptuum eſt, & infinitæ difficultatis, exemplaria habere omnia: denique & qui habuerunt, & Ebræi ſermonis ignari ſunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiam ſapientiſſimo cuidam nuper apud Græcos accidit, ut interdum ſcripturæ ſenſum relinquens, uniuſcujuſlibet interpretis ſequeretur errorem.*

Verba hæc ſunt in ſecundo Apologiæ adverſus Ruffinum. Exiſtimo autem ea intelligenda de Apollinario: cujus rei conjecturam facio ex iis, quæ in eodem libro ſequuntur. Nam aliquanto poſt circa finem ita ſcriptum eſt:

Euſebius quoque & Didymus idem faciunt, præterimitto Apollinarium, qui bono quidem ſtudio, ſed non ſecundum ſcientiam de vinearum translationibus, in unum veſtimentum pannos aſſuere conatus eſt, & conſequentiam ſcripturæ, non regulam veritatis, ſed ex ſuo indicio texere.

CAP. XXXVI.

Nomen notum in bibliis Græcis aliquando poni pro minus noto; ejus rei exempla aliquot prodicta.

Abiis

AB iis qui Græca biblia avorum nostrorũ memoria exscripserunt fieri sæpe solitum animadvertimus, ut nomen cum nomine permutarent, tum maximè cùm illud quod exscriberent obscurius, & minus freqẽus, & aliud nomẽ affine vulgo notum esset [a]. Itaque Hos. 1. pro Iehu scripserunt Iuda: qua de re vide Hieronymum in cõmentariis ad eum locum: & Ioël. 1. 1. nomen φαθουὴλ nusquam alibi, quod sciam, lectum, cum existimarent corruptum esse, interpolarunt βαθουὴλ, quod meminerãt ita legi aliquoties apud Mosen. Similem ob causam Abd. 20, quod interpretes scripserant σαφαρὰδ aut certè σαφαραδὰ (paret ex libris Compluti impressis) mutarunt in εὐφραθὰ, acutè. Sexcẽta loca sunt, in quibus similiter ab ijs peccatum est. Hanc igitur causam notabunt, qui suũ studiũ ad ea biblia emendanda post me conferent.

a Ex hac caussa Gen. 14. 1. Σενναὰρ pro Σενναὰβ legitur: & Gen. 10. 13. νεφθαλεὶμ pro νεφθουεὶμ in edit. Bas. & apud Iosephum Αβιμελὲχ pro Ελιμελέχ. Idem error in histo. Ruth edit. Complut.

CAP. XXII.

Veteres theologos Ebraeorum testimonijs nonnunquam usos fuisse.

ITa est: Ebręos qui cum judicio leget, leget non sine fructu. Nam quod quidam scribit οὐδὲν ὑγιὲς in illis esse, præstabo hominem illum aut nunquã legisse scripta eorum, aut, si legit, non intellexisse. Sed hoc aliàs. Nunc ostendam & ipsum hieron. & alios gravissimos theologos Ebræorum testimo-

niis nonnunquam uſos fuiſſe. hoc ideo, quoniam eos, qui id hodie faciunt, homines ἀγροικοι καὶ ἄμουσοι graviter culpant, & apud vulgum imperitum traducunt. Hieronymus comment. in Nahum prophetam, cap. 2. in principio, *Teſtis eſt mihi Dominus, me omnia quæ ſecundum Ebraicum diſſero, non de proprio ſenſu loqui (quod arguitur in pſeudoprophetis) ſed Ebræorum ſequi expoſitionem: à quibus non modico tempore eruditus, debeo meis ſimpliciter indicare qua didici.* Idem Apologia prima in Ruffinum:

Ipſe Origenes, & Clemens, & Euſebius, atque alij complures, quando de ſcripturis aliqua diſputant, & volunt approbare quod dicunt, ſic ſolent ſcribere: Referebat mihi Ebræus: &, Audivi ab Ebræo: &, Ebræorum iſta ſententia eſt. Certè etiam Origenes Patriarcham Huillum, qui temporibus eius fuit, nominat, & trigeſimum tomum in Ieſaiam, in cuius fine ediſſerit, væ tibi civitas Ariel, quam expugnavit David, illius expoſitione concludit: ut, cùm aliter prius ſenſiſſe ſe dicat, doctum ab illo, id, quod verius eſt confitetur. Octogeſimum quoque nonum pſalmum qui inſcribitur, Oratio Moyſi hominis Dei, & reliquos undecim, qui non habẽt titulos, ſecundum Huilli expoſitionẽ ejuſdem Moyſi putat: nec dedignatur Ebraam ſcripturam interpretans per ſingula loca quod Ebræis videatur inſerere.

CAP. XXIII.

Virtus pro robore.

VIrtutem uſitatè dicimus, quæ opponitur vitio, quam

quam Græci ἀρετὴν vocant. In ſacris autem libris aliter intelligimus, ut pſal. 28. 4. *Vox Domini in virtute*, & 32. 16. *Non ſalvatur rex per multam virtutem.* Virtus enim in his & ſimilibus locis eſt robur & fortitudo, quæ opponitur virium infirmitati. Exempla compluria ſunt apud veterem interpretem Latinum. Vnicum eſt Ennij apud Nonium, quod nuper obſervavi. Nonius in Spernere: *Spernere, rurſum ſegregare. Ennius Hectoris Lytris.*

—— *melius eſt*
Virtute ius. nam ſæpe virtutem mali
Nanciſcuntur: ius atque æquum ſeſe à malis
Spernit procul.

Verba hæc poſui non ut in vulgatis libris leguntur (corrupta enim ibi ſunt) ſed vt vir eruditus ea eruditè ac ingeniosè correxit. Cæterũ quod Valla ſcribit ἀρετὴν nomen nuſquam in Euangelio reperiri, ſi per Euangelium intelligit partem novi teſtamenti, quæ continet ſcripta quatuor Euangeliſtarum, rectè ſcribit: ſin intellexit totum novum teſtamentum, fallitur. Nam eo vocabulo utitur Apoſtolus Petrus 2. Pet. 1. 3. & Paulus in quarto ad Philippenſes.

CAP. XXIIII.

Auditus pro rumore.

VEteſti interpretis in principio Abdiæ hæc verba ſunt:

Hæc dicit dominus Deus ad Edom: Auditum audivimus à Domino, & legatum ad Gentes miſit.

Quæ poſtrema melius ex Ebræo redduntur, *& legatum ad gentes miſſum*, & ſubintelligitur, *audivimus*. Neceſſe autem eſt ibi, auditum intelligas id quod vulgus rumorem, Cicero aliquando auditionem dicere conſuevit. Sic enim locutus eſt in Oratione pro Plancio, & alibi. Sanè quidē Ebræi crebro ita uſurpant nomen SEMVA, ut 2. Sam. 4. *Cùm veniſſet auditio Saulis & Ionathanis*, id eſt, rumor de morte Saŭli & Ionathanis. Ad quorum imitationem Euangeliſta, neſcio quis, dixit, ἀκοὴ περὶ αὐτοῦ, pro eo quod nos diceremus, fama de Ieſu. Interdum autem auditum aliter accipimus, ut cū Ieſaias dixit, *Quis credidit auditui noſtro*? Auditus enim tum idem valet quod ſermo, id videlicet quod ἀκούσμα Græci vocant.

CAP. XXV.

Detectum Hieronymi quoddam erratum.

DE iis qui veterum errata detegunt, alij fortaſſe aliter: ego ita ſentio, ſi id modeſtè & ſine ſcurrilitate faciant, publicè eos prodeſſe. Quare non verebor Hieronymi quoddam ἁμάρτημα nunc indicare: cujus in Abdiam prophetam hæc verba ſunt, ubi explicat dictionem SEPARAD.

Conſuetudinis prophetarum eſt, quando loquuntur contra Babylonem, Ammonitas, Moabitas, Philiſtim, & cæteras nationes, multis ſermonibus lingua earum abuti, & ſervare idiomata provinciarum. Quia ergò lingua Aſſyriorum terminus, qui Ebraicè dicitur GEBVL, *vocatur* SEPHARAD, *hunc*

ſenſum

sensum esse conijcio: Transmigratio Hierusalem, quæ in cunctis terminis regionibus q; diversis, urbes Austri, id est, tribus sua recipiet.

Quibus verbis terminum in lingua Assyriorum SEPHARAD vocari perspicuè dicit, id autem (cum venia ipsius dixerim) falsum est. Non enim terminus in ea lingua Sepharad appellatur; sed Sephar: nec id propriè; nam Grammatici exponunt, dicentes esse terram populorũ, quæ vicina sit terræ Israel. interdum autem aliter exponunt, ut cùm dicunt esse ciuitatem vicinam mari, id est, maritimam. In Iosuæ historia reperio littus maris, expositum ab interprete Chalda o Sephar iamma. Puto autem Hieronymum deceptum fuisse affinitate, quæ inter has duas voces, cum Sepharad syllaba tantum una auctior sit. Sed discat à me Hieronymi studiosus literam ultimam, quæ est daleth, semper thematis esse, nec solere addi nominibus in fine.

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER TERTIVS.

CAP. I.

Rectè dici ex Ebraismo, Credo in Mosem; & in resurrectionem mortuorum.

Scitvm illud principis poëtarũ, quod non injuria Socrates amabat: Ὅτι τοι ἐν μεγάρωσι κακὸν ἀγαθόν τε τέτυκται, mihi semper mirabiliter placuit. Itaque quantum alii operæ ac temporis impenderunt in literis profanis: tantum ego impendi in sacris, iisque rebus quæ ad sacras literas pertinerent. Neque me profectò ejus operæ adhuc pœnitet. immo ex eo non semel voluptatem percepi, quando quæ à doctissimis hominibus ignorata fuerunt, primis mihi viderer observasse. Cujus generis est illud, quod nunc statui cum studiosis communicare. Non assentior iis qui volunt aliud esse Deo credere, & in Deum, [a] vel ob hoc quod Ebræi, quorum phrasis est, quæ alias migrat leges latini sermonis, hoc discrimen nõ agnoscũt. dicunt enim credere Deo, & in Deum indifferenter & pro eodem. Illud quoque vanum est, quod tamen primi nominis theologi annotarunt, non rectè dici Credo in homines, pro illo, credo hominibus.

nibus. Etenim ſacra ſcripta frequẽter ita loquuntur, ut Exod. 14. 31. *Crediderunt in Deum & in Moſen ſervum ejus*: & Iob. 15. 15. *Ecce in ſanctos ſuos non credet*: & 1. Sam. 27. 12. *Et credidit Achis in David*: & 2. Paralip. 20. 20. *Credite in prophetas & fœliciter agite*. En quatuor loca, in quibus utuntur præpoſitione, cùm tamen ſermo ſit de hominibus. His addi poterit, ex Ierem. 12. 6. *Noli credere in eos*: & quod in tranſlatione Græca Mich. 7. *Nolite credere amicis*, ἐν φίλοις. [b] Ac ne illud quidem verum eſt, aliud eſſe credere verbis Domini, & in verba Domini, cùm certum ſit Davidem hæc duo non diſtinguere. Nam pſalmo centeſimo ſexto, quod prius dixerat, *Crediderunt in verba ipſius*, paulò poſt dicit, *Crediderunt verbis ipſius*. verſ. 12. & 24. Quid autem, *Credere in Eccleſiam*? idem ne eſt quod, *Credere Eccleſiam*? Non quidem idem eſt; ſed in idem recidit: vel potius idem eſt. Nam Ebræi ſæpius ita loquuntur, Græci etiam. Dicunt enim, *Credere in vitam æternam, Credere in reſurrectionem mortuorum*, pro illis, Credere vitam æternam, Credere reſurrectionem mortuorum. In libro de fide capite nono: *Iuſti vocantur qui credunt in Deum vivum, & in regem ſeculi, & qui credunt in adventum Meſſiæ, & in reſurrectionem mortuorum*. David Camius ad pſal. 119. *Traditio, in quam tenemur nos credere omnino*. Epiphanius in Ancor. Πιστεύομεν εἰς μίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας, καὶ εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Hæc linguæ Ebraicæ intelligentibus & re non

[b] Gorioni des hiſto. Iud. lib. 6. cap. 81. *Quia credidit in Romanũ militem, ideo mortuus fuit.* Loquitur de Iudæo quodam, qui, quod ſe Romano credidiſſet, vitæ finem acceperit.

nomine theologis, probari cupio: cæteri sive probent sive improbent ὁ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

a Augustinus tractatu 29. in Iohannem: Si creditis in eum, creditis ei, non autem continuo, qui credit ei, credit in eum, nã & dæmones credebant ei, & non credebant in eum. Rursus etiam de Apostolis ipsius possumus dicere. Credimus Paulo, & non credimus in Paulum: credimus Petro, sed non credimus in Petrum. Quid est ergo credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire & ejus mẽbris incorporari.

CAP. II.

Censura in locum quendam Hieronymi.

FAlsum est quod Hieronymus prodidit in Ebræo seculum, id est, OLAM, ubi sine vau scribitur, annum quinquagesimum significare: falsum hoc, inquam, est. Quia etsi Exod. 21. 6. absque vau scribitur: tamen Deut. 15. 17. in omnibus exemplaribus, quæ viderim, vau habet. Ac ne illud quidem verum, quod idem scribit, cum vau æternitatem semper denotare. Nam Exod. 3. 15. in his verbis

Hoc est nomen meum LEOLAM.

abest vau libris omnibus, quod etiam interpretes Ebræi annotant. Locus Hieronymi ubi hoc, quod dixi, scribit, habetur in commentarijs super epistolam ad Galatas capite primo. Verba hæc sunt:

Quærendum quoque quid sit inter seculum & seculum seculi, sive secula seculorum: & ubi pro brevi temporis spatio, ubi pro æternitate ponatur. Quia in Ebræo seculum, id est, OLAM, *ubi vau literam positam habuerit, æternitatem significat: ubi vero sine vau scribitur, annum quinquagesimum,*

quem

quem illi Iubilæum vocant. ob hanc causam & ille Ebræus, qui propter uxorem & liberos amans dominum suum, aure pertusa servitio subiugatur, servire iubetur in seculum, hoc est, usque ad quinquagesimum annum: Et Moabitæ & Ammonita non ingrediuntur Ecclesiam Domini usque ad quintam, & decimam generationem, & usque in seculum. Quia omnis dura conditio Iubilæi solvebatur adventu.

Hæc & alia notavi & posthac notabo in Hieronymum, non carpendi studio, neque ut quicquam detraham de existimatione & gloria eruditissimi hominis (absit utrumque à me) sed ut prosim juvenibus theologis, quorum interest hæc scire, & simul ut admoneam lectorem, si quid hujusmodi in libris meis invenerit, ut mihi eo æquior sit & facilius ignoscat, quando ne summis quidem ingenijs datum est, ut non aliquando hallucinentur. Neque hæc eo dico, quasi nolim errores meos notari. imò maximè id percupio: tantum abstineat scurrilitate, quicunque id faciet; à qua nos hactenus abstinuimus, quantum in nobis fuit, & posthac abstinebimus, sicubi errores eruditorũ hominum detegemus. Sic mihi faciat Deus, sic addat.

CAP. III.

Barbaros appellari Latinos etiam ab Ebreis.

ELias in Thesbite: *Vocamus*, inquit, *Iudæos qui in Italia* LOAZIM *simpliciter*. ita ille. Nemini autem est dubium dunta[illegible] Ebraicarum litera-

rum haud intelligenti, quin LOEZ barbarum denotet. Græci certè & Hieronymus nec non interpres Chaldæus eo modo apud Davidem interpretantur. Appellationis autem illius causam hãc fuisse conjicio, quod videlicet antiquitus *barbari* dicerentur etiam Latini. Plautus certè Nævium poëtam latinum *barbarum* vocat: &, *in Barbaria*, dixit, pro, in Italia: &, *Marcus vortit barbarè*, id est, latinè. Sic igitur LOAZIM vocant Iudæos Italos; ut Plautus *barbarum* poetam latinum. Sed & cùm quippiam vertunt Italicè aut Latinè, solet dicere BELAAZ, id est, *barbarè*. Iosephus filius Gorionis libro primo, capite tertio:

Post Ianum regnavit Latinus. hic illustravit linguam barbaram, & lingua barbara appellata fuit ab eo Latina.

CAP. IV.

Aut precatio.

Oratio mea in utramque partem significatione reciproca & adversa dici apud Davidem.

VT *metus hostium* rectè dicitur, & cùm timent hostes, & cùm timentur: ut *injuria hospitis*, & quam hospes facit, & quæ ei fit: ut item *violentiam* dicimus, tam ejus qui patitur quàm qui facit: ità *oratio mea* utroque verum dici comperitur. Nam & *oratio mea* dicitur, quam ego habeo aut facio, Psal. 4. 2. *audi orationem meam:* & quæ mihi habetur aut fit. Ita sanè accipitur in illo, *Lætificabo eos in domo orationis meæ*, Iesa. 56. 7.

CAP. V.

Psalmus tertius locis aliquammultis explicatus.

Ponere

PONere videtur David dixisse sine ulla adjectione, quod nos dicimus castra metari. Nam in tertio libri primi ubi Hieronymus, *circumdederunt me*; & alii, in quos Pagninus, *pugnaverunt adversum me*, Verbum è verbo est: *posuerunt contra me*: & subintelligitur castra. Vergilius certè, *tendebat*, eodem modo usurpat, cùm dixit, *ferus hìc tendebat Achilles*. itaque Grammatici exponunt, *tendebat castra*. In eodem psalmo *percutere maxillam*, figura quasi proverbiali significat pœnam cum ignominia, & dedecore conjunctam. Quod autem sequitur, *dentes improborum confregisti*, vulgo exponunt vires ac robur: & putant à feris sumptum, quæ se dentibus tuentur: ego aliter sentio. Potest enim maxilla verberari, ita tamen, ut dentes non lædantur, sed tua alapa, inquit, etiam dentes improborum excussit. hoc modo indicat gravitatem ac magnitudinem supplicii improborum. versu quarto ait: *Qui extollis caput meum*. id exponunt, Qui facis ut erecto capite incedam, hoc est, lætus & hilaris. contrà lectum, *Cur concidit vultus tuus*? pro illo, cur tristis adeò ac demisso vultu incedis: Aliud est *tollere caput*, Genes. 40. 13. Nam *tollere caput*, ut diximus, eo in loco valet, recensere. Quod post inspectum diligẽtius locum Mosis, primum his diebus animadverti; anteà aliter sentiebam.

CAP VI.

Genus loquendi, quo usus Iohannes theologus, sumptum videri ex Daniele.

IOhannem theologum pleraque sumpsisse à veteribus prophetis, nemini sacrarum literarum intelligenti dubium esse potest. Ego certè quod legitur in Apocalypsi, capite duodecimo, versu octavo, de diabolo & angelis ejus:

καὶ οὐκ ἰσχυσεν, οὐδὲ τόπος εὑρέθη αὐτῶν ἔτι ἐν τῷ οὐρανῷ.

non dubito quin sumptum sit ex Daniele, apud quem hæc verba leguntur:

Tunc contrita sunt simul ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & fuerunt sicut palea de areis æstatis, & tulit ea ventus, & locus nullus est inventus eis.

Sed & apud Davidem quoque ita legimus:

Ps.103.16. *Homini dies quasi herba, ut flos agri sic ita floret, ventus in eum transit & non est, nec agnoscit eum amplius locus ipsius.*

Et Iob. 7. 10.

Ut consumpta nubes abiit sic qui descendit in sepulchrum non ascendit. Non enim deinceps domum suam revidit, nec agnoscit eum amplius locus ipsius.

Videtur autem hoc loquendi genus à Hebræis translatum. idque Davidis locus mirificè confirmat. Aut est sumptum ab ædificiis, quæ ita vastantur, ut locus, ubi prius fuerant, agnosci nequeat.

CAP. VII.

Locus è psalmo decimo sexto bifariam enarratus.

Psal. 16.4. NEque tollam nomina eorum labiis meis, cum ait David, videtur hoc dicere, abstinebo me ab eorum nominibus omnino usurpandis. Loquitur autem de Dijs falsis, & est dictum quasi proverbiale, *Ne quidem nomen ipsius tollit*, quod usur-

usurpant cùm significant nihil planè homini esse commercij cum altero. Simile, *vel tunicam ipsius odit.* Apostolus Paulus hoc loquendi genere eleganter usus est 1. Corinth. 5. 1. *Et eiusmodi scortatio, quæ ne inter gentes quidem nominatur*: & in epistola ad Ephesios cap. 5.

Πορνεία, inquit, καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία, ἢ πλεονεξία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν.

Quem locum pulchrè æmulatus est Ignatius in epistola ad Antiochenses:

Μέθη, ὀργὴ, φθόνος, λοιδορία, κραυγὴ, βλασφημία, μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν.

Sed Davidis exponi etiam aliter potest, nō iurabo per deos ipsorum, hac sententia, Nullam omnino venerationem illis præstabo, ut ex parte cultum significet universum. Nā *tollere nomen*, Ebræis est iurare. Eant nunc & quærāt quo se excusent, quibus tertio quoque verbo in ore Iupiter, Hercule, Ædepol, me Castor, me Diusfidius. *Consuetudinis vitium est*, inquit Tertullianus, *me Hercule dicere me Diusfidius, accedente ignorantia quorundam qui ignorant iusiurandum esse per Herculem. Porrò quid erat dejeratio per eos quos ejerasti, quàm prævaricatio fidei cum idololatria? quis enim per quos dejerat non honorat?*

CAP. VIII.

Cuiusdam loci Iesaiæ vulgatam expositionem falsam esse.

LIber est in manibus theologorum de phrasibus sacræ scripturæ, in quo cum alia multa

falsa & absurda leguntur, tum hoc quod jam ostẽdere institui. Nam cætera est cur notata hoc tempore nolim. Quin immo vix digna censeo, in quibus notandis studium & opera poni debeat. In eo igitur libro sic habetur voce Gloria:

Gloria pro ignomina & contemptu capitur Esa. 17.
Sicut gloria filiorum Israel.

Quæ quin falsa & absurda vocis gloriæ declaratio sit, non est cur quisquam dubitandum putet. Non enim eo in loco gloria significat contemptum; sed est genus sermonis, [a] *Gloria filiorum Israel*, pro, Israelitis ipsis. quale apud Davidem in hoc versu:

Elegit nobis hæreditatem suam: [b] magnificentiam
Psal. 47.5. *Iacobi, quem dilexit.*

Eiusdem generis est quod Πριάμοιο βίην, pro ipso Priamo Homerus dixit, [c] & est alioqui hic sermo frequens admodum poëtis Græcis; quorum imitatione Horatius quoque dixit:

Narratur & magni Catonis [d]
Sæpe mero incaluisse virtus.

Ex hac ratione fortassis est, *Gloria Domini*, pro Domino ipso.

a Quidam per gloriam Israelitarum intelligunt regnum & munitiones omniaque ea de quibus gloriari solebant.

b Alij Ierosolymam aut Iudæam significari putant. Vide Camium Amos. 6.8. & 8.7. item Nah. 2. 2. c Lexicon Hesichij, ἱερὸν μένος ἀλκινόοιο, ὁ ἀλκίνους: ἱερὴ ἴς τελεμάχοιο, ὁ τελέμαχος. εἴρηται δὲ περιφραστικῶς. d Aliquantum differt ab eo *ipse Cato*: quod vel ex eo clarum, quia non similiter dicimus *virtus Thersitis*, pro ipso Thersite.

CAP. IX.

Quænam dicantur arbores Domini.

Existimo

EXistimo apud Davidem in psalmo centesimo quarto, versu decimo sexto, ubi ait,

Satiantur arbores Domini,

per arbores Domini significari eas, quæ proveniunt absque cultura humana; cujus generis sunt, abies, pinaster, celastrus, & similes, quæ non solùm sponte proveniunt, sed ne cultum quidem patiuntur, cultuque deteriora redduntur, ut Theophrastus scribit. Quidam tamen putant potiùs significari arbores proceras, proverbiali quodam genere sermonis. nam quicquid in suo genere excellit, id sacra scripta nomine Dei appellare solent. Sic *flamma Domini*, *Civitas magna Deo*, *Benedictus Domino*, & alia. [a] Sed prior expositio germana videtur, & ex mente Davidis, præsertim cùm sequatur, *Cedri Domini*, *quas plantavit.* Lib. 1. Cap. 11.

a Huc refer *cedri Dei* id est, altissimæ. Sic *iuglans q.* Iouis glans ob magnitudinem. *Sopor Domini* id est, magnus, nisi magis sopor nutu Dei infusus. hoc modo Eucherius explicat.

CAP. X.

Mos ungendi caput in Palæstina olim usitatus.

CApite sexto Euãgelij secundum Matthæum, versu 17. præceptum est à Christo iis qui jejunant, ut capita ungant. Verba hæc sunt:

Σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλήν.

dubium autem non est, quin hoc præcepto symbolicè admoneamur, quod etiam Hieronymus annotavit, ut, cùm jejunamus, lætos nos & hilares præstemus, ne videlicet homines animadvertant nos jejunare. Cæterùm notandus hic ritus

olim in Palæſtina uſitatus. Iudæi enim diebus feſtis ac lætis, ſoliti erant ungere capita. Teſtis Hieronymus in commentarijs ad eum locum ita ſcribens: *Iuxta ritum*, inquit, *Palæſtinæ loquitur, ubi diebus feſtis ſolent ungere capita.* Teſtatur idem Abraham filius Ezræ explicans verba illa Noomi, *& unges te.* Ruth. 3. 3.

Vnges te, inquit, *oleo boni odoris. nam ita moris erat in terra Iſrael, ungebant ſe magnates qua viri, qua fœmina.*

Nempe diebus lætis, cùm ſe componerēt ad hilaritatem, venuſtatemque; ſicuti de Iuditha ſcriptū legimus, quod profectura ad Holofernum

Ηλείψατο τὸ σῶμα αὐτῆς τῷ μύρῳ.

huc referunt plerique omnes interpretes ex pſalmo centeſimo quarto, verſu decimo quinto,

Vt nitidiorem faciat faciem oleo.

ſed male, meo iudicio. Etenim ſi hoc eſſet, dixiſſet, qui eum pſalmum Ebraicè compoſuit, BESEMEN: & non, ut nunc legitur ſine ulla varietate in Ebræis codicibus, MESEMEM. Ego non dubito quin ſenſus illorum verborum ſit, ut nitidam reddat faciem, magis quàm oleum eſt: aut, quàm oleum reddere ſolet. Qui intelligentes ſunt linguę Ebrææ, me intelligunt.

CAP. XI.

Apoſtolum Petrum locum quendam Moſis adumbraſſe videri.

VIdetur Apoſtolus Petrus epiſtola prima, capite ſecundo, locum quendam Moſis adumbraſſe,

braſſe, quo in verſu ait:

Ὑμεῖς δὲ, γίνεσθε ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν.

Nam & Moſes idem in Exodo dixerat. Quem quomodo Apoſtolus ſit imitatus, ut appareat, ipſamet verba adſcribam. Ita igitur Moſes Exod. 19. 6.

Et vos eritis mihi regnum ſacerdotum & gens ſancta. & verſu qui præcedit: *Eritis mihi* SEGVLA *præ omnibus populis.* hoc poſtremum Apoſtolus dixit εἰς περιποίησιν, id eſt, LISGVLA. Sed fortaſsè cùm hoc verbum ita interpretaretur, non reſpexit ad locum Moſis, ſed ad eum qui legitur Malach. 3. ubi lxx. interpretes (liceat mihi ita eos appellare, ſi non verè, at uſitato tamen nomine) ex Ebræo ita converunt:

καὶ ἔσονταί μοι, λέγει κύριος παντοκράτωρ, εἰς ἡμέραν, ἣν ἐγὼ ποιῶ, εἰς περιποίησιν.

vulgo perperam ὡς περιποίησιν. Sed & Symmachus & Theodotion eodem modo verba prophetæ tranſtulerunt: idque ex Hieronymi videor mihi poſſe conficere his verbis:

Pro peculio in Ebræo legitur SEGVLA, *quod Aquila* περιούσιον, *& cæteri* περιποίησιν *interpretati ſunt.*

Quanquam Symmachus alicubi ἐξαίρετον pro eo verbo poſuit, & quodam in loco, peculiare. Hieronymus Matth. 6. ad locum τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον.

Quod nos ſuperſubſtantialem expreſſimus, in Græco habetur ἐπιούσιον *quod verbum* lxx. *interpretes* περιούσιον *frequentiſſimè tranſferunt. Conſideravi-*

Quod cum ille & alibi dixerit, ſuſpicari meritò quis poſſet, locum illum priorem per imperitiam à ſcribis depravatum eſſe: & fierì quidem poteſt, ut Hieronymus ita ſcripſerit:

Non in Tarſum Cilicia, ut putat Ioſephus, literam ponens pro litera: vel India regionem, ut plerique exiſtimant.

tamen, contra vulgatæ lectionis fidem, deſtitutus ope codicum antiquorum, nihil audeo ſtatuere: præſertim cum ſciam alios quoque ſimiles nævos reperiri in Hieronymi libris, quos neutiquam poſsis librariis imputare.

CAP. XIV.

De ſenſu & Ebraiſmo verbi ſedere.

VOs autem ſedete in urbe Ieruſalem. verba ſunt ex Luc. 24. 49, quo in loco, ſedere, non, quod uſitatè dicimus, ſignificat: ſed id ferè valet, ut Pſalmo 125. 1.

Qui confidunt in Domino ut mons Sion, non movetur, in ſeculum ſedet.

ita eum locum vulgò vertunt; ſed moneo etiam aliter verti poſſe, *In ſeculum ſedent*, ut referatur ad illud, *qui confidunt*, & ordo ac ſenſus ſit, Qui confidunt in Domino manent in perpetuū, ut mons Sion, qui nunquam movetur. Neſcio an ſicut homines, ita res dicantur ſedere. Neque tamen propterea priorem illam declarationem rejicio. Vtrobique ſanè ſedere eſt manere, quod & ſtare dicitur, ut, *Terra in ſeculum ſtat.* Sedere eodem

ſenſu

ſenſu accipiunt ubi legimus, *Tu ſanctus ſedes:* &, *Tu Domine in ſeculum ſedes.* Exempla alia qui volet inter legendum obſervare poterit. ſunt enim quàm plurima & paſsim obuia. Mihi ſatis rem leviculam leviter indicaſſe.

a Imò dicuntur. nam Nah.3. legimus de Alexandria, *qua ſedet in aquis multis*, pro ſita eſt. Sic Thren.1.1. *Quomodo ſedet ſola*, de vrbe. Sed reſpexit fortè ad viduam, cum qua eam contendit.

CAP. XV.

Collatio loci cujuſdam ex novo teſtamento cum loco Michæa.

VEni ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam, & nurum adverſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici ejus. Locus hic eſt de decimo capite Euangelij Matthæi: qui, ut Hieronymus annotat, propè iiſdem verbis in Michæa propheta ſcribitur. Libet autem, ut appareat quomodo Chriſtus eum locũ adumbrarit, prophetæ verba adſcribere. Sic igitur Michæas cap.7. verſu 6.

Filius vilipendit patrem, filia ſtat contra matrem ſuam, nurus contra ſocrum ſuam, inimici viri, viri domus ejus.

In quibus verbis aliqua quædam notãda. primùm illud, quod pro filio, ibi ſit homo; de qua enallage diximus in Quæſtionibus. Deinde, quod pro, *inimici viri*, Matthæus poſuit, *inimici hominis.* Eſt autem vir pro homo tritus Ebraiſmus. Idem eleganter poſuit, *domeſtici ejus*, pro illo, viri domus ejus. Lib.3. Quæſt.76.

mus ergo in Ebræo, & ubicunque illi περιούσιον expresserunt nos invenimus SEGVLA, *quod Symmachus* ἐξαίρετον, *id est, præcipuum vel egregium transtulit: licet quodam in loco peculiare interpretatus sit.*

CAP. XII.

Aliter citari Iosephi locum à Chrysostomo, quàm legatur in libris hodie impressis.

RECtè sanè exposuit olim locum Euangelistæ ex primo capite Actorum interpres Syrus: in quo cùm agatur de intervallo, quod inter urbem & montem oliveti, & Græcè legatur, σαββάτου ἔχον ὁδὸν, ponit ille in declaratione sua: *abest ab urbe circiter septem stadia.* quod verò proximũ esse vel ex iis quæ super itinere sabbathi alibi scripsimus, colligi potest. Sed tamẽ scrupulus adhuc aliquis remanet propter Iosephum, qui dissentire atque contraire huic sententiæ videtur. Ait enim, de hoc monte loquens, eum distare ab urbe quinque stadia. Verba eius sunt in codice Græco, quem Frobenius excudit, Orig. Iudai. lib. 20. cap. 16.

Quæst. lib. 1. quæst. 29.

Ἀφικνεῖται δέ τις ἐξ Αἰγύπτου κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, προφήτης εἶναι λέγων καὶ συμβουλεύων τῷ δημοτικῷ πλήθει σὺν αὐτῷ πρὸς ὄρος τὸ προσαγορευόμενον ἐλαιῶν ἔρχεσθαι, ὃ καὶ τῆς πόλεως ἀντικρυς κείμενον ἀπέχει στάδια πέντε.

Quam lectionem etiam Ruffinus agnoscit. Sed Chrysostomus citans hunc Iosephi locum, non πέντε, ut Ruffinus, sed ἑπτὰ legit. Sic enim scribit ad locum Euangelistæ suprà citatum.

Ἱστορεῖ

Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἰώσηπος ἐν τῷ εἰκοστῷ λόγῳ τῆς ἀρχαιολογίας ἀπέχειν ἀπὸ Ἱεροσολύμων (loquitur de monte oliveti) στάδια ἕπτα.

Quod vehementer velim considerare eos qui studium suum conferent ad sanandum ἕλκεσι βρύοντα Iosephum.

CAP. XIII.

Locus quidã Hieronymi examinatus & correctus.

IN commentariis Dan. 10. ait Hieronymus :

Ionas fugere cupiebat, non in Tharsum Ciliciæ, ut plerique existimant, literam ponentes pro litera, vel Indiæ regionem, ut putat Iosephus; sed absolutè in pelagus.

Quod Iosephum hic scribit putare, quin omnino vanum sit, non dubitabit, qui adibit ad antiquam historiam ejus. Libro enim nono, capite undecimo, disertè ait, *Ionam prophetam navigare proposuisse Tarsum urbem Ciliciæ.* Sed & libro primo, capite item undecimo editionis latinæ : *Tharsis*, inquit, *est Tharsus. Sic antiquitus vocabatur Cilicia. Unde hodieq; Tarsus apud eos maxima civitatum totius provinciæ antiquum nomen retinuit*, Θ *in* T *mutante.* Quin ipse quoque Hieronymus, ubi hunc locum Ionæ enarrat, sic de eadem re scriptum reliquit :

Vnde imitatus Cain (de Iona loquitur) *& recedens à facie Domini, fugere voluit in Tharsis, quam Iosephus interpretatur Tarsum Ciliciæ civitatem, prima tantùm litera commutata.*

Quod cum ille & alibi dixerit, ſuſpicari meritò quis poſſet, locum illum priorem per imperitiam à ſcribis depravatum eſſe: & fieri quidem poteſt, ut Hieronymus ita ſcripſerit:

Non in Tarſum Cilicia, ut putat Ioſephus, literam ponens pro litera: vel Indiæ regionem, ut plerique exiſtimant.

tamen, contra vulgatæ lectionis fidem, deſtitutus ope codicum antiquorum, nihil audeo ſtatuere: præſertim cum ſciam alios quoque ſimiles nævos reperiri in Hieronymi libris, quos neutiquam poſsis librariis imputare.

CAP. XIV.

De ſenſu & Ebraiſmo verbi ſedere.

VOs autem ſedete in urbe Ieruſalem. verba ſunt ex Luc. 24. 49, quo in loco, ſedere, non, quod uſitatè dicimus, ſignificat: ſed id ferè valet, ut Pſalmo 125. 1.

Qui confidunt in Domino ut mons Sion, non movetur, in ſeculum ſedet.

ita eum locum vulgò vertunt; ſed moneo etiam aliter verti poſſe, *In ſeculum ſedent*, ut referatur ad illud, *qui confidunt*, & ordo ac ſenſus ſit, Qui confidunt in Domino manent in perpetuū, ut mons Sion, qui nunquam movetur. Neſcio an ſicut homines, ita res dicantur ſedere. Neque tamen propterea priorem illam declarationem rejicio. Vtrobique ſanè ſedere eſt manere, quod & ſtare dicitur, ut, *Terra in ſeculum ſtat.* Sedere eodem

ſenſu

ſenſu accipiunt ubi legimus, *Tu ſanctus ſedes:* &, *Tu Domine in ſeculum ſedes.* Exempla alia qui volet inter legendum obſervare poterit. ſunt enim quàm plurima & paſsim obuia. Mihi ſatis rem leviculam leviter indicaſſe.

a Imò dicuntur. nam Nah. 3. legimus de Alexandria, *qua ſedet in aquis multis*, pro ſita eſt. Sic Thren. 1. 1. *Quomodo ſedes ſola*, de vrbe. Sed reſpexit fortè ad viduam, cum qua eam contendit.

CAP. XV.

Collatio loci cujuſdam ex novo teſtamento cum loco Michæa.

VEni ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam, & nurum adverſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici ejus. Locus hic eſt de decimo capite Euangelij Matthæi: qui, ut Hieronymus annotat, propè iiſdem verbis in Michæa propheta ſcribitur. Libet autem, ut appareat quomodo Chriſtus eum locũ adumbrarit, prophetæ verba adſcribere. Sic igitur Michæas cap. 7. verſu 6.

Filius vilipendit patrem, filia ſtat contra matrem ſuam, nurus contra ſocrum ſuam, inimici viri, viri domus ejus.

In quibus verbis aliqua quædam notãda. primùm illud, quod pro filio, ibi ſit homo; de qua enallage diximus in Quæſtionibus. Deinde, quod pro, *inimici viri*, Matthæus poſuit, *inimici hominis.* Eſt autem vir pro homo tritus Ebraiſmus. Idem eleganter poſuit, *domeſtici ejus*, pro illo, viri domus ejus. Lib. 3. Quæſt. 76.

Porrò illud, *filia ſtat contra matrem ſuam*, transfertur ab aliis, ſurgit contra matrem ſuam. hæc leuia quis negat: ſed qui dat quod habet, ei ſi quid non habet, vitio verti non debet. Rectè autē ille, ὁ πλέον ἔχει, πλέον ἐδίδου.

CAP. XVI.

Locus Ieſaiæ collatus cum Apoſtoli.

QVod homines Epicuræi apud Ieſaiam impiè ac nefariè dicunt, *Edamus ac bibamus, cras moriemur:* id poſteà Paulus Apoſtolus quaſi proverbialiter ſumma cum elegantia extulit, pronunciavitque, ſi poſt hanc vitam nulla eſt alia vita, nec mortui excitantur, fruſtra ſe adverſus beſtias Epheſi dimicaſſe: deindeſubiungit,

Edamus & bibamus, cras enim moriemur.

Vt ſi diceret, fœliciores tum fore, qui vitam cum voluptate & in delitiis traducunt. Monet autem Valla in quibuſdam exemplaribus legi, *morimur.* Quod non ſolùm conſentit cum ſcriptura Græca ἀποθνήσκομεν; ſed neſcio quomodo venuſtius & ἐμφατικώτερον mihi videtur. Etſi apud Ieſaiam legatur verbum futurum. Sed novum non eſt ut Ebræi futurum ponant pro præſenti. Hæc igitur digna iudicavi, quæ annotarem. Porrò quod in Ieſaia, *cras moriemur*, optimus interpretum Ionathan expoſuit, *cùm mortui erimus non vivemus.* id valet, non iterum vivemus, non reſurgemus. Neque hoc indignum viſum fuit, ut notarem.

CAP.

CAP. XVII.

Genera aliquot loquendi, quibus in magni amoris significatione Ebræi utuntur.

LIbet hîc recenſere genera aliquot loquendi, quibus Ebręi ſingularem quandam vim amoris in aliquem ſui exprimere ſolent; inter quæ illud mihi excellere videtur, quo ſignificant velle ſe animam aut oculos, ſi quomodo id fieri poſſet, impartiri ei quem diligunt. Ita locutus eſt Apoſtolus, 1. Theſſal. 2, 8. *Cupiebamus tradere vobis non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam noſtras ipſorum animas.* & ad Galatas ſcribens. 4. 5. *Si fieri potuiſſet oculos veſtros effoſſos dediſſetis mihi.* Priori locutioni geminum eſt illud,

—— proprios ego tecum,
Si modo fas annos contribuiſſe velim.

& illud, quanquam ab impuro adoleſcente pronunciatum:

Quam ſi intelligam vitæ deficere, iam ipſe vitam meam tibi largiar.

Notũ enim eſt, ut anima Ebræis vitam ſignificet. Ex hoc affectu dictum videtur, *dele me ex libro vitæ*, pro eo quod eſt ex numero viventium.

Lucanus dixit *animam credere* pro ſe totum tradere alicui. Catullus in Alphenum, *Certè te dejerabas animam tradere.*

CAP. XVIII.

De verbo MANASSEAH.

VErbum LAMAANSSEAH, quod in titulis odarum Davidicarum expoſitum olim fuit à Græcis tranſlatoribus εἰς τὸ τέλος, id eſt, LANESAH

in perpetuum: ab Hieronymo *victori:* ab Aquila, τῷ νικοποιῷ à Symmacho, ἐπινίκιος sed sciendum LA in verbo Ebraico articulum esse tertij casus cum emphasi, cui respondet apud Græcos τῷ. valet igitur ac si dicas, τῷ MANASSEAH, aut si mavis, MANASSEÆ. Scribit autem clarissimus interpretum Camius, hoc nomine significari eum qui præerat operi musico: & hanc quidem Camij interpretationem probabilem esse, vel ex eo probari potest, quod in architectura, qui monitor curatorve operis est, quem Græci ἐργοδιώκτην sive ἐργοστάτην vocant, MANASSEAH nominetur. Sanè quidem verbum NASAH, à quo nomen illud descendit, inter alia significat operas urgere, moraſque cessantium castigare.

CAP. XIX.

Notatum Hieronymi μνημονικὸν ἁμάρτημα.

VIdetur Hieronymus non semper inspexisse codicem Ebræum, cùm, quę in eo scripta erant, referre vellet: sed interdum fidens nimis memoriæ suæ, quędam non satis fideliter retuliſſe. Quale est quod scribit in cōmentariis Matth. 16.

Illud quoque quod in Psalmo legimus, filij hominum usquequo gravi corde, in Ebræo dicitur filij Adam.

Neque enim Adam in Ebræo ibi dicitur; sed IS: quod valet quidem interdum idem cum Adam: sed hoc in loco aliud significat. cùm enim dicit, *filij viri quousque gloriam meam in ignominiam?* non affatur homines quoslibet; sed per filios viri peculia-

culariter intelligit nobiles & honoratiores cives, ita certè ea dictione usus est psal. 49. 3. *Tam filij Adam quàm filij viri, simul dives & pauper.* quod anteà à me notatum memini. Solent autem Græci interpretes in declaratione 15, ponere ἄνθρωπος, ut in eo loco, quem modò recitavi, *filij viri*, υἱοὶ ἀνθρώπων. Proinde non dubito, quin id erroris causam præbuerit Hieronymo, cùm hæc scriberet. Neque enim unquam mihi persuadebit, qui dicet eum ita legisse in codice Ebræo.

CAP. XX.

De lege Ebræorum, qua vetat uti venere cum menses profluunt.

QVi profluente mensium illuvie veneri operantur, eorum genitalem humorem fœdo congressu inquinari, idcircoque ineptum ad generandum effici constat. quare inter ea quæ præcipi solent iis, qui liberos procreare cupiunt, id quoq; est, ut congressu venereo, cùm menses profluunt, non utantur, atque ea erat causa, & ratio legis, quam Iudaico populo quondam tradidit Moses, quæ Levit. 18. concepta habetur, versu decimo nono, *Ad mulierem in separatione immunditiæ ejus ne accedito, ut ejus nuditatem reveles.* Separationem immunditiæ vocat profluvium mensium, & nuditatem pudenda mulieris, quam revelare dicitur, qui cum ea rem habeat. Illo igitur verborum circuitu vetat, ne cum muliere menstruis laborante quisquam rem habeat. Qui autem contra

fecerint, eos excindi præcipit, Levit. 20.18. usus ad eam rem significandam his verbis:

Vir qui concubuerit cum muliere menstruali, & revelaverit nuditatem ejus, nudaverit venam ejus, & ipsa revelaverit nuditatem sanguinis sui, ambo tollantur è medio populi sui.

Illud quoque certum est, ac ratione atque experientia cognitum, si quid gignatur ab ijs, qui eo modo congrediuntur, deforme id plurimum ac mutilũ esse. Ea de re lex erat, quæ mutili nati hominis patrẽ lapidibus obrui præcipiebat, eo quod tantisper se continere, atque à muliere, dum munda esset, abstinere nequivisset. Æneæ Gazæi verba, quibus hoc de Ebræis narrat, hæc sunt:

Επὲι καὶ τῶν Εβραίων τὸν νόμον προσίεμαι, ὃς τοῦ λελωβημένου τὸν πατέρα κατέλευσεν ὅτι δι' ἀκρασίαν τῆς γυναικὸς τὸν καθαρμὸν οὐχ ὑπέμεινεν.

Non est autem dubium, quin hæc lex rationem habeat, tum ex iis quę diximus, tum ex loco Mosis quem suprà ex vigesimo Levitici recitavimus.

CAP. XXI.

De vi verbi ἐπιδεῖν.

NOn puto me extra oleas, ut est in proverbio, vagaturum fore, quanquam hic Ebraici pręcipuè contextus causa susceptus à me labor est, si nonnunquam etiam Græcis translatoribus lucis aliquid adferre coner. Persuasum enim esse existimo omnibus qui his in literis versantur, eorum interpretum dictionem magna ex parte Ebraicam esse.

esse. Nunc igitur explicabo verbum ἐπιδεῖν, quo utuntur Psal. 22. 18. & alibi, ex quo intelligemus. quid sit apud Ebræos *intueri*, sive, ut ipsi construunt, *videre in aliquid aliquemve*[a]. Est autem de malo alterius lætari, sive, ut verius planiusve explicem, spectare malum alterius cum voluptate. Id didici à sanctissimo & sacrarum literarum intelligentia præcellentissimo theologo Theodoreto, cujus hæc sunt in commẽtariis super Abdiam:

Τὸ δὲ μὴ ἐπίδῃς, ἀπὸ τῆς κοινῆς εἰληφε χρήσεως. ἐιώθασι γὰρ πολλάκις λέγειν ἐπεῖδον τὰ δεινὰ, τουτέστιν ἐφάνθην αὐτῷ κακοῖς περιπεπλεγμένον b.

neque usquam melior ejus vocis interpretatio reperiri potest.

a Verbum RAAH cum Beth constructum hoc sensu sumitur Proverb. 29. 16. Abd. 13. & alibi. Sed & sine Beth Hab. 1. 13. *mundior es oculis, quàm ut videas malum.* b Aliter accipitur Exod. 2. 25. καὶ ἐπίδεν ὁ Θεὸς τοὺς υἱοὺς Ισραὴλ, id est, respexit.

CAP. XXII.

Apostoli sententiam quandam è Mose sumptam esse.

PRoverbij speciem habet quod scriptum est ab Apostolo Paulo in epistola ad Ephesios, capite quarto, versu vigesimo sexto: *Sol ne occidat super iracundiam vestram.* Ex Mose autem id acceptum esse cognovi ex quarto & vigesimo capite Deuteronomij, ubi ita scriptum est: *In die eius dabis mercedem ejus, & non occidet super eam sol.* Ejusdem figuræ est, quod habetur Matth. 25. 24. *Metis ubi* Deut. 24. 15.

non ſeminaſti. Quod ſumptum videri poſſet ex illo Iobi, *Quod ſeminavero, alius comedat.* Tale eſt, *Alius qui ſerit, alius qui metit.*

CAP. XXIII.

De conſuetudine Ebræorum noxios in profundum demergendi.

IN conſuetudine apud veteres Ebræos poſitum fuit, ut qui crimẽ aliquod gravius commiſerat, is, ſi deprehenſus eſſet, in profundum ſaxo ingenti alligatus demergeretur. Id cognoſcimus ex Hieronymo, qui in commentariis Matth. 18. enarrans locum illum:

Expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.

eam, quam dixi, conſuetudinem notat his verbis:

Quod autem dixit, Expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus: ſecundum ritum provinciæ loquitur, quo majorum criminum iſta apud veteres Iudæos pœna fuit, ut in profundum ligato ſaxo demergerentur.

CAP. XXIIII.

Davidis locus, adducto ſimili ex authoribus profanis, illuſtratus.

QVod in hymnis Davidis pſal. 129. 6. *Erunt ut herba tectorum, quæ, antequam emergat, areſcit.* ei proſus ſimile eſt apud Comicum:

Quaſi ſolſtitialis herba paululſper fui:
Repente exortus ſum, repentino occidi.

Et apud Auſonium in profeſſoribus:

Soli-

Solstitialis velut herba solet
Ostentatus raptusq́ simul.

CAP. XXV.

De inscriptione aræ Atheniensium, non eadem scripsisse veteres theologos.

HIeronymi locus est de inscriptione arę Atheniensium, cujus mentio Act. 17. 23. in commentariis super epistolam ad Titum, capite primo, ad versum, *Cretenses semper mendaces.*

Inscriptio autem aræ non ita erat ut Paulus asseruit: sed ita, Dijs Asiæ & Europæ & Africæ, dijs ignotis & peregrinis [a].

Quem locum ideo adduxi, quoniam hæc inscriptio paulò aliter legitur in collectaneis Græcis Theophylacti in Acta Apostolorum. Non enim *dijs ignotis & peregrinis*, ibi scriptum est; sed propius ad Apostoli mentem, *Deo ignoto & peregrino.* Verba, quibus hoc Græcè dicitur, hæc sunt:

Ην δὲ ἡ πᾶσα τοῦ βωμοῦ ἐπιγραφὴ, Θεοῖς Ασίας καὶ Ευρώπης, καὶ Λιβύης· Θεῷ ἀγνώστῳ, καὶ ξένῳ [b].

Cui igitur vacabit, nam mihi nunc otium non est, de hac re latius ac diligentius inquiret.

a Pausanias Atticam describens, mentionem facit de aris consecratis Diis ignotis. Hesychius quoque meminit θεῶν ξενικῶν, quibus Apollaphanem ἐν κρησὶ cōtradixisse ait. Sed & Suidas de Athenis loquens οὗ καὶ ἀγνώστων, inquit, δαιμόνων βωμοὶ ἵδρυνται. Scribit hoc in voce Τιμασίων. Esychij autē verba sunt è lexico ipsius: Θεοὶ ξενικοὶ, παρὰ Αθηναίοις τιμῶνται, οὓς καταλέγει Απολλοφανὴς ἐν Κρησί. b Locus iste eodē modo legitur in scholiis Oecumenij pag. 80. ubi etiam hæc habentur, Δύο αἰτίας εἶναι λέγουσιν τοῦ ἐπιγράφεσθαι Αθήνησι τῷ βωμῷ.

ΑΓΝΩΣΤΩ ΘΕΩ. Οἱ μὲν γάρ φασιν, ὡς φιλιππίδην ἔπεκψαν Ἀθηναῖοι πρὸς Λακεδαιμονίους περὶ συμμαχίας, ἡνίκα Πέρσαι ἐπεστράτευσαν τῇ Ἑλλάδι. ᾧ κατὰ τὸ Παρθένειον ὄρος Πανὸς φασμα ἐντυχὸν ᾐτιᾶτο μὲν Ἀθηναίους ὡς ἀμελοῦντας μὲν αὐτοῦ, ἀλλοὺς δὲ θεοὺς θεραπεύοντας. καὶ βοηθεῖν ἐπηγγέλλετο. νικήσαντες οὖν ἐκείνῳ τε ἀνέστησαν ναὸν, καὶ βωμὸν ᾠκοδόμησαν. καὶ ὡς φυλαττόμενοι μὴ τὸ αὐτὸ δὴ καὶ ἄλλοτε πάθοιεν, παρέντες τινὰ θεὸν ἄγνωστον αὐτοῖς, ἀνέστησαν τὸν βωμὸν ἐκεῖνον ἐπιγράψαντες, Ἀγνώστῳ θεῷ, τοῦτο λέγοντες, ὅτι καὶ εἴτις ἕτερος ἀγνοοῖτο παρ' ἡμῶν, εἰς τιμὴν ἐκείνου οὗτος δὴ παρ' ἡμῶν ἐγηγέρθω, ὡς ἂν ἵλεως ἡμῖν εἴη εἴπερ ἀγνοούμενος μὴ θεραπεύοιτο. ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι λοιμὸς κατέσκηψέ ποτε Ἀθήνησι, καὶ εἰς τοσοῦτον αὐτοὺς ἐξέκαυσεν, ὡς μὴ δὲ τῶν λεπτοτάτων σινδόνων ἀνέχεσθαι. τοὺς νομιζομένους οὖν αὐτῶν θεοὺς θεραπεύοντες οὐδὲν ἀπώναντο, ἐννοήσαντες οὖν ὅτι ἴσως ἐστὶ θεὸς, ὃν αὐτοὶ κατέλιπον ἀγέραστον, ὁ τὸν λοιμὸν καταπέμψας, νέον δειμάμενοι βωμὸν, καὶ ἐπιγράψαντες, ἀγνώστῳ θεῷ καὶ θύσαντες, εὐθέως ἐθεραπεύθησαν. Ceterùm Hieronymus, qui putavit ſcriptum fuiſſe in ara, *Diis ignotis*, quod numerum mutaverit Apoſtolus, id ipſum callidè feciſſe ait, ut hac ratione Athenienſes ad notitiam Dei ſui, quem prædicabat, adduceret: *Nã quia non pluribus*, inquit, *diis ignotis indigebat, ſed vno tantùm, ſingulari verbo uſus eſt, ut doceret illum ſuum eſſe Deum, quem Athenienſes in aræ titulo prænotaſſent, & eum rectè ſcientes colere deberẽt, quem ignorantes venerabantur, & ne ſcire non poterant.* Hactenus ille. Alii ſuſpicantur, cùm plures aræ eſſent, in vnaquæque ſcriptum fuiſſe *ignoto Deo.* Quod firmatur loco quodam Laertii in Epimenide. Vide ſi placet. Invenies autem pag. 42. edit. H. Stephani. Pro clauſula Deum ignotum aut incertum vocabant antiqui Deum Ebræorum. Lucanus, *Et dedita ſacris incerti Iudæa Dei.*

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER QVARTVS.

CAP. I.

Pretioſum & rarum permutari.

QVIDAM ſibi perſuadent abundè jam inſtructos eſſe ſe iis omnibus rebus, quæ Theologo neceſſariæ ſunt, ſi poſſint de dogmatibus hodie controverſis pro concione quæ trita ac vulgata ſunt, dicere: cùm interea ne paginam quidem unam illius libri, cujus ſe interpretes eſſe profitentur, ſic ut oportet, intelligant. Itaque ſi quæras ab illis, quid ſibi velit hæc aut illa dictio, aut quẽ ſenſum habeat locus paulò obſcurior, non minus hęſitant, quàm pridem homo quidam ſuo judicio doctiſsimus, meo non indoctus, cùm ab eo quærerem, quid eſſet apud Solomonem:

Fac pretioſum pedem tuum in domo amici tui.

Quod etſi leve, ac intelligenti facile eſt, tamen ad eam interrogationem magis mutus fuit quàm piſcis. Sciendum igitur pretioſum ibi dici pro raro. Nam quia cara omnia rara ſunt, juxta proverbiũ, ideo Ebræi permutant quod pretioſum eſt cum raro. Hoc ſenſu in Samuelis hiſtoria legimus, *Et*

ſermo Domini pretioſus erat in Iſrael: & apud Ieſaiã, capite decimo tertio, *Pretioſior erit vir auro, & homo mundo obryſo.*

CAP. II.

Filij vocabulum transferri ad res inanimas.

ELeganti ſanè dictione uſus eſt Ionas propheta de ricino frutice, cùm ſignificaret eum una eademque nocte & creviſſe & aruiſſe: *Filius*, inquit, *noctis fuit, & filius noctis periit.* Ion.4. 10. Sic locutus eſt etiam Moſes, Geneſ.7.6. *Noe filius erat ſexcentorum annorum.* & eſt alioqui hæc locutio perfamiliaris Ebræis, qui fere aliter non loquuntur. Nam & *filius anni* dicunt, pro, anniculus: & *agnus filius biennij*, pro, bimus, aut bimulus, *filius quoque trium annorum*, id eſt, trimus: & *quatuor annorum*, id eſt, quadrimus: & *filius menſis*, μηνιαῖος. Sed videamus nunquid ſimile in Latio. Certè ut Ionas propheta dixit, *filius noctis fuit*, ita latini autores veritatem temporis filiam appellant. Interdum autem Ebræi aliter uſurpant filij vocabulum: ut cùm dicunt, *filius perditionis*, pro illo, homo perditus. Sic etiam Varro lege Mevia *inconſtantiæ filium* dixit, ut à Victorio annotatum eſt.

CAP. III.

Cur doli vocabulo ignavia deſignetur.

NOtavi jampridem in quęſtionibus meis, doli vocabulum apud Ebræos pro ignavia poni. locum tunc produxi ex lib. Prover. cap.10.verſ.4. ubi ad

ubi ad verbum ita legitur: *Pauper fit qui operatur manu doli.* Posteà alium locum obſervavi ex capite 19. verſu 5. *Anima doli eſuriet*: & duos alios, in quibus dolus accipitur pro homine doloſo. Prior eſt Proverb. 12. 24. *Et dolus erit ſub tributo*: alter eſt verſu 27. *Non torrebit dolus venationem ſuam.* In his omnibus locis per dolum ignavia deſignatur. Quod cùm veriſsimum & apertiſsimum ſit, videor mihi operæpretium facturus, ſi cauſam hujus rei explicavero. Nam & de me ipſo conjecturam faciens, hanc curioſitatem meam iis, qui colunt hæc ſtudia, neque inutilem neque injucundam fore duco. Exiſtimo igitur per dolum ignaviam ſignificari, quod homo ignavus dolis plurimum utatur. Nam honorem ac divitias ſedulus & ignavus æquè ſibi exoptant. Sed ille vera via nititur: hic quia bonæ artes deſunt, dolis ac fallaciis contendit. ita de hac re cenſeo.

CAP. IV.

Græcus pro Gentili.

Ἕλλην vocat nonnũquam Apoſtolus, nõ eum, qui natione Græcus eſt; ſed quẽ Ebræi propriè GOI dicunt, Hieronymus gentilẽ, alii paganum[1]. Sic ſanè utitur eo verbo in epiſtola ad Gal. cap. 3. ubi ita ſcriptum eſt, *Non eſt Iudæus neque Græcus.* Itaque Hieronymus, *Pro Græco*, inquit, *gentilem accipere debemus, quia* ἕλλην *& Græcum & ethnicum utrumque ſignificat.* Patres quoque Concilij Chalcedonenſis eodem modo uſi ſunt idem verbum,

Canone quo vetant μήτε συνάπτειν πρὸς γάμον αἰχμαλώτῳ ἢ ἰουδαίῳ ἢ ἕλλην. Sed & Marci 7.26. ita ſcriptum legimus, ἦν δὲ ἡ γυνὴ ἕλληνις, συροφοίνισσα τῷ γένει. Quæ verba vetus interpres convertit, *Erat enim mulier gentilis Syrophœniſſa genere.*

a Hanc conſuetudinem loquendi ortam ex eo putant quod olim maxima pars Orientis Græcè loqueretur. Auguſt. epiſt. 200. *Quos dixit Græcos, hos etiam gentium nomine ſignificauit, eo quod hac lingua maximè excellit in gentibus.* Idē Quæſt. lib. 7. quæſt. 37. *Græcorum nomine Apoſtolus omnes gentes ſignificat, cùm dicit Iudæo primùm & Græco: &, Iudæis & Græcis, ſæpe ita commemorans circunciſionem & præputium, quod in linguis gentium Græca ita excellat, ut per hanc omnes decenter ſignificentur.*

CAP. V.

Oſtenſum vocabulo mulieris, ſignificari tam uxorem quàm ſponſam.

QVam latini autores mulierē & uxorem, eam Ebræi uno vocabulo ISSA vocant. Græci quoque uno nomine γύναικα utrumque comprehendunt. Itaque Hieronymus, Γυνὴ, inquit, *ſecundum intelligentiam Græcitatis tam uxor quàm mulier valet interpretari.* Hoc ait in comment. ſuper epiſtolam ad Galatas, capite. 4. Quinetiam ſponſam ISSA Moſes legiſlator appellat: & γύναιον Euangeliſta Matthæus, puto autem ex eo ſponſam γύναιον vocatam eſſe, vel quod mulier alteri deſtinata ſit, vel quod ex pacto futura uxor. Locus Euangeliſtæ, ubi ſic utitur eo vocabulo, habetur Matth. 1. 20. Moſis autem habetur, Deut. 22. 24.

CAP.

CAP. VI.

Quos Apoſtolus, ſcrutatores ſeculi hujus: eos magiſtri vocant, Sapientes MECAR.

QVi Apoſtolo Paulo dicuntur ſcrutatores ſeculi hujus, 1 Cor. 1. 20. eos Magiſtri vocant, Sapientes MECAR ſive MEHECAR, cum he het: Hieronymus cauſarum naturalium ſcrutatores in præfatione libri tertij commẽtariorum ſuper epiſtolam ad Galatas: *Vbi enim ſapiens*, inquit, *ubi grammateus, ubi cauſarum naturalium ſcrutatores?* De his ſcribit David Camius in comment. ſuper pſalmum nonageſimum primum, quod rem dæmonum negent, eamque demonſtratione uſi ex rerum natura penitus tollant: & in commentariis iiſdem ſuper pſalmum centeſimum quartum, ad verſum trigeſimum. *Partim*, inquit, *ſapientium* MECAR *aſſerunt omne vivum poſt mortem reſurgere, futurum autem ut anima redeant in corpus, ſed non in materiam priorem & hoc demum poſt multa millia annorum.* Et in libro radicum voce בָּרָה: *Sapientes mecar dicunt* THOHV *eſſe rem, quæ cùm forma careat, aptam tamen ſit ad formam recipiendam, quam ὕλην vocant Græci:* BOHV *verò eſſe ipſam formam.* &c. Porrò MECAR latinè ſonat diſquiſitio, perſcrutatio, inveſtigatio.

CAP. VII.

Locus ex prima ad Corinthios varie lectus & explicatus.

PRæclarum ſapientiæ Chriſtianæ præceptũ eſt, debere unumquemque noſtrum, quæ facit, amore Dei facere & proximi, non inanis gloriæ ſtudio. Inanis autẽ gloria eſt, quicquid fit laudis cupiditate. Itaque graviter & magnificè Hieronymus in commentariis in epiſtolam ad Galatas, capite quinto, in extremo:

Eleemoſyna, ſi ob laudem fiat, inanis gloria eſt, longa oratio, pallor ex jejunio, ipſa quoque caſtitas in matrimonio, viduitate, virginibus ſæpe plauſum quærunt humanum, & quod dudum timeo dicere, ſed dicendum eſt, martyrium ipſum, ſi ideo fiat ut admirationem & laudi habeamur in fratribus, fruſtra ſanguis effuſus eſt. Loquatur Apoſtolus, loquatur vas electionis: Si tradidero corpus meum, ut glorier, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt.

In quibus verbis illud quod ex Apoſtolo citat, *ut glorier*, videri poſſet non bona fide citare. Nam 1. Corinth. 13. 3. unde hic locus transſcriptus eſt, vulgò aliter habetur, & non, *ut glorier*, ſed *ut ardeam*, legitur, & in libris Græcis ἵνα καυθήσομαι, id eſt, *ut comburar*. Audiamus ergo hac de re ipſum Hieronymum. In ſequentibus ait:

Scio in latinis codicibus in eo teſtimonio, quod ſuprà poſuimus, Si tradidero corpus meum ut glorier, ardeam habere pro glorier: ſed ob ſimilitudinem verbi, qua apud Græcos ardeam & glorier, id eſt, καυθήσομαι & καυχήσομαι una litera parte diſtinguitur, apud noſtros error inolevit, ſed & apud ipſos Græcos exem-

exemplaria ſunt diverſa.

Igitur quod hodie κανθήσομαι, Hieronymus legit κανχήσομαι, quæ lectio inepta non eſt, & elegantem ſenſum continet. Quod autem ait una tantùm literæ parte hæc duo verba diſtingui, ejus non diſsimile quiddam eſt apud Syros. DENECAD enim, quod in libris eorum legitur, *ut comburar*, mutante litera DENECAR valet, *ut honorer*. Sanè crebram harum literarum mutationem in antiquis monumentis, qui non obſervavit, nihil obſervavit.

CAP. VIII.

De quodam loco Davidis adverſus Hieronymi ſententiam.

NOn *juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.* hæc verba quæ apud Davidem proferũtur, pſalm. 143. verſu ſecundo, Hieronymus in commentariis Epheſ. 1. ad latini ſermonis conſuetudinem exponit: *Non juſtificabuntur omnes, juſtificabuntur verò aliqui*; ſed perperam. Neque enim hoc dicit Propheta: ſed nullus juſtificabitur, aut, nemo juſtus erit. Ex hac mente alibi dicit, *Qui faciat bonum, ne unus quidem eſt*: &, *ſi peccata obſervaveris Domine, quis ſtabit?* Sunt enim, ut Dialectici loquuntur, contradicentia κατὰ ἀντιφατικῶς ἀντίκειται, *Non juſtificabuntur omnes*; &, *juſtificabuntur omnes.* Igitur ſermo ille, *non omnis*, in hoc loquendi genere valet *nullus*, ſicuti cùm dicitur, *Non eſt ἀδύνατον apud Deum omne verbum*: item, *Non juſtificabitur ex*

operibus legis omnis caro. Atque hoc sanè virum Hebraicæ literaturæ peritissimum non vidisse, non nunquam mihi permirum visum est.

CAP. IX.

Explicatum quid sit, Iustus coram Deo.

QVærit Hieronymus in loco suprà citato, cùm scriptum sit, *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens*, quomodo dicat Apostolus Ephes. 1. *Elegit nos ante constitutionem mundi, ut essemus sancti & immaculati coram ipso?* *Aut enim*, inquit, *sancti & immaculati Ephesii sunt, & falsum est illud, Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens: aut si nemo justificatur in conspectu Dei, falsum est quod præcesserit, sanctos & immaculatos esse in conspectu Dei.* Ad hanc quæstionem ipse respondet dupliciter. Primùm ex eo quod Apostolus ait, *Elegit nos ut essemus*: aliud enim eligere cùm sis, aliud eligere ut sis. illud præsens, hoc futurum respicit. Elegit ergo nos ut essemus sancti in altera vita. Deinde ex eo quod non dicitur *quispiam vivens*; sed, *omnis vivens*, quam solutionem inceptam esse suprà ostendimus. Æquè inepta est illa altera. Nam quid dicet ad illud quod legitur, Luc. 1. 2. *Erant autem justi ambo in conspectu Domini.* Ut enim hîc justi coram Domino: ita apud Apostolum sancti & immaculati coram Domino. Existimo autem utrobiq; coram Domino exponi posse aut eximiè, ut cùm dicimus, *venustus Deo*: aut in perpetuum, ut sit idem cum illo, *Semen eorum co-*

ram

ram te firmabitur. Neque tamen illud non verum eſt, hac locutione diſtinguiinter juſtitiam, quæ Deo placet; & eam, quæ ipſi non placet, hoc eſt, inter juſtitiam veram & adulterinam. Ambroſius de Noë & Arca, cap. II. *multi hominibus juſti videndentur, panci Deo: aliter hominibus, aliter Deo. hominibus ſecundum vitæ ſpeciem, Deo ſecundum puritatem animi, virtutis veritatem. hômines quæ foris ſunt probant: Deus quæ intus, examinat.*

CAP. X.

De conſuetudine elidendi literas Heth & Ain.

HEth & Ain conſonantes, ſive hanc vocalem, illam ſpiritum magis, quàm conſonam dici oportet, elidebant veteres interpretes Græci pleriſque vocibus Ebraicis, ut ſonus earum eſſet mollior ſuaviorque. Atque id videntur feciſſe ſtudio atque exemplo linguæ Aramææ. Certum enim eſt Syros Bel[a], Nas, multa itidem alia citra morem gentis Ebrææ dixiſſe. Sic SAR tempeſtas: ſic SODA munus: ſic SAVA cera: ſic SVTHA fovea dixerunt. In quibus verbis omnibus literæ, quas dixi, neglectæ fuerunt, quod earum ſonus inſuavior eſſet, nec Syrorum auribus conveniret, quibus potiſsimùm in hac re conſultum fuit. Sed quoniam de Aramæis mentionem fecimus, venit nobis in memoriam, Iuſtum Nathanum multæ eruditionis Grammaticum Ebræum in eo libro ubi Thalmudicarum vocum ſenſa collegit, ita ſcriptum reliquiſſe:

דרך לשון ארמית להבליע חית׳

id est, *Mos linguæ Aramææ absorbere Heth & Ain literas.* Video hæc quàm sint levia & pusilla; sed, ut nunc sunt tempora, talia à viris magnis ignorãtur.

a בל extat Iesa. 60. 1. plenum esset בעל Beel: in quo elisa Ain, vt Heth in NAS quod esset בחש serpens. Reperitur etiam שחא contractum ex שחת, cui simile תתא sub. id est תחת. Ad hæc est ubi שב ponatur pro שבע id est, septem & קטי pro קטיע succisus, & פסי pro פשע & ישו pro ישוע id est, Iesus.

CAP. XI.

Cur Iustitiæ vocabulo eleemosynam significent.

IN vocibus Ebræis, ubi minimè putes, aliquid plerumque reconditæ rationis latet, ut in voce Iustitia. Neque enim temerè aut inconsideratè eleemosynam justitiæ vocabulo appellant. Iustitiam enim benignitatem significare, vel ex iis quæ scripsimus libro 2. Quæst. 6. constat. Vbi autem erga pauperes benigni sumus, eleemosyna dicitur. Ergo monet hæc appellatio benignè & largiter dandum pauperibus. Aut vocatur eo nomine eleemosyna, quoniam hominibus paupertate afflictis subvenire jus æquum est. Scribunt Ebræi justitiam dici propriè in iis, quæ jure facimus: benignitatem in iis, quæ præter jus. Quæ differentia licet mihi certa non sit: tamen illud certum officii nostri esse, ut pauperes paupertate oppressos, quantum in nobis est, sublevemus. Nam si id quod res est fateri volumus, nos bonorum, quæ à Deo accepimus, non tam Domini sumus, quàm dispen-

Ambrosius sermone 131. *Servus es Dei & dispensatio tibi commissa est Dominicæ facultatis,* &c.

diſpenſatores. Veri enim Domini ſunt pauperes & egeni. Ideo ſcriptum, *Ne prohibe bonum à Dominis ſuis*, pro eō quod eſt, ab egentibus. Quod tamen ex Ebraiſmo aliam rationem habere poteſt.

CAP. XII.

Locus ex libro Actorum enarratus.

VErba ſunt Lucæ Euangeliſtę in libro qui inſcribitur Πράξεις Ἀποστόλων cap. 7. verſu. 20.

ἐν ᾧ καιρῷ ἐγεννήθη Μωϋσῆς, καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ.

In quibus verbis illud ἀστεῖος τῷ Θεῷ expoſitum fuit à latino interprete *gratus Deo*, ut opinor, ex ſcholiis Græcis. Certè in collectaneis Theophylacti ſine ulla ambage aut litura ſcriptum eſt: τὸ δὲ ἀστεῖος, ἀντὶ τοῦ εὐάρεστος τῷ Θεῷ [a]. Sed ut dicā liberè quod ſentio, mihi hæc declaratio nō ſemel moleſta fuit, quoniam id verbi apud Græcos nuſquā alibi quod ſciam, ita ſignificat. Quid ſi exponas [b], *bellus Deo*? id eſt, proverbiali quodam ſermone, eximiè bellus. Sic expoſui in Quæſtionibus, *Benedictus Domino*; de quo tamen amplius dehberandum eſt. Nam vulgo exponunt, *Benedictus à Domino*, & neſcio quid ſimile in Davide poſteà obſervavi, *Salus* LADONAI, id eſt, *à Domino*, aut verius, *Domini*. Vtrum ergo hoc dicit, *Benedictus Domini*? haud ignota phraſi, ut *edoctus Domini*, id eſt, à Domino.

[a] Scholia Græca Oecumenij, ἀστεῖος τῷ θεῷ, τουτέστιν εὐάρεστος ἤτοι θεοφιλὴς ἢ ἀστεῖος κυρίως ὁ τὸ παιδικὴν ἡλικίαν καὶ σῶμα ἁβρύνων. [b] Aut *feſtivus*. lexicon vetus, ἀστεῖος *feſtivus*, *luculentus*, *ſcitus*, *bellus*. Rurſus, *Feſtivus*, ἀστεῖος, ὡραῖος. Sumptum

puto ex editione Græca. Exod. 2. 2. ἰδόντες δὲ αὐτὸ ἀστεῖον, quod de Mose ibi dicitur, & in Ebræo est, טוֹב id est bellus, scitus. Aquila reddit ἀγαθόν: Symmachus καλόν: Hieron. *elegantem*. Sic etiam reddit interpres epistolæ ad Ebræos, & scribit Primasius ad illum locum: *Viderunt, inquit, eleganten infantem: siquidè ab ortu nativitatis magna fuit illi infusa gratia venustatis, non natura hoc operante, quod natus est honestus infantulus, sed gratia divina dono, qui etiam barbaram illam mulierem Ægyptiam, filiam videlicet Pharaonis ad hoc excitavit ut amaret puerum, ut sumeret, ut nutriret.*

CAP. XIII.

Episcopum & presbyterum antiquitus eundem fuisse.

EPiscopum nunc dici qui presbyteris præest, cùm olim idem fuerit Episcopus & presbyter, satis constat. ejus autem rei Hieronymus hanc caulam adfert:

Idem est presbyter qui & Episcopus, & antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & dicerentur in populis, ego sum Pauli: ego Apollo: ego autem Cepha: communi presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquam verò unusquisque eos, quos baptizaverat, suos putabat esse, non Christi; in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & scismatum semina tollerentur.

Quod mihi sanè non admodum alienum à vero videtur. Certè quin politiæ causa hic ordo primùm institutus sit, nullus dubito. Episcopum autem & presbyterum olim eundem fuisse, ut diximus, præter Hieronymum & alii verè notarunt adlo-

ad locum Apoſtoli Philip. 1. 1.

Omnibus ſanctis, qui ſunt Philippis, cum Epiſcopis & diaconis.

Et confirmari poteſt ex libro de actis Apoſtolorum. In eo enim libro, capite vigeſimo, qui verſu 17. πρεσβυτέρους, paulò poſt, verſu 28. vocantur ἐπισκόπους. Quinetiam Petrus Apoſtolus cohortans presbyteros Eccleſiarum, ad quas ſcribit, de ſe ipſe dicit ὁ συμπρεσβύτερος καὶ μάρτυς τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων. 1. Petri, 5. 1. Rectè igitur Scholia Græca Acto. 20. ἡ καινὴ διαθήκη τοὺς ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους ὀνομάζει, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἐπισκόπους: *novum Teſtamentum Epiſcopos, Presbyteros nominat, & Presbyteros, Epiſcopos.*

CAP. XIV.

Quid apud Eſaiam cinguli voce intelligendum eſſe videatur.

IEſaias propheta capite vigeſimo tertio, cùm expoſuiſſet decretum Dei adverſus Tyrum civitatem, jubet eam deinde peragrare terram ſuam ritu fluminis, *quoniam*, inquit, *non eſt amplius cingulum.* Locus habetur, verſu decimo, capitis ſuprà citati. Hæc igitur verba, *ritu fluminis*, proverbiali ſermone valent, celeriter. Quæ autem ſequuntur, *Non eſt amplius cingulum*, quem ſenſum habeant, docent nos veteres interpretes: imprimis Symmachus, qui ea verba ſic exponit, *Non poteris amplius reſiſtere.* Sed & Ionathan filius Vzielis & Ebræi omnes, quos legerim, ad eandem ſententiam locum illum enarrant. Hieronymus quoque

cingulum pro robore. apertè per cingulum vires significari scribit, & rectè: cingulo enim lumbi præcinguntur. porrò in lumbis sedes virium ac roboris.

CAP. XV.

De septem auri nominibus.

Ierem. 10. & in epist. ad Principiam. SEptem nominibus aurũ appellari apud Ebręos non vno in loco annotat Hieronymus: sed ea nomina quæ sint, nec ipse usquam annotat, nec à quoquam, quod sciam, adhuc annotatũ fuit. Ego autem qui operæ studiique in iis quærendis aliquantum posui, ac, nisi fallor, inveni, puto me operæ pretium facturum fore, si ea hîc enumerem, ac cum studiosis harum literarum ingenuè communicem. Primum igitur nomen occurrit ZAHAB, commune ad omne auri genus. Alterum est PHAZ sive OPHAZ, quod genus auri Græci κέρρον vocant, ut Hieronymus ait. Tertium HARVS, sic dictum, quod è terra excindatur effodiaturve: nam HARAS excindere. Quartum CHETHEM, quod tamen Aquila apud Davidem σπίλωμα exposuit. Quintum OPHIR, cujus appellatio à loco unde afferebatur: ab eoq; obrysum quasi Ophyrisum, si credimus Hieronymo. Sextum BASER, Iob. 22. 24. Septimum SEGOR, quod Camius interpretatur dicens esse aurum purum putum.

CAP. XVI.

Correctus & explicatus Hieronymi locus.

CAlamum, inquit Hieronymus, qui Ebræis CANE dicitur, medici καστίαν σύριγγος appellant.

lant. Ita ſcriptum repperi in libris Antverpiæ excuſis, Ieremiæ. 6. 20. ſed vereor ut Hieronymus ſcripſerit κασίαν σύριγγα. Sic enim Galenus appellat caſiam, quam vulgo canellam dicimus. Sed de eo non contenderim. Hodie caſiæ vocabulo utuntur in declaratione alterius verbi, quod uſurpat David pſal. 45. 9. ubi etiam vetus interpres caſiam reddit. item eodem vocabulo exponunt dictionem CEDDA, quæ manifeſtè diſtinguitur à calamo Exech. 27. 20. Ex quo conficio aut malè vulgo expoſitam eſſe poſtremam vocem, aut ſi rectè expoſita eſt, non rectè Hieronymum calamū definire, quem Medici κασίαν σύριγγα appellant. neque illud ſanè reprehenſione caret, quod, ut idem Hieronymus ait, pro calamo lxx. & Theodotio cinnamomum tranſtulerint. Quanquam enim pro cinnamomo hodie caſia veneat: tamen cinnamomum alio vocabulo Ebraicè CINNAMON dicitur. Differre autem cinnamum & calamum, liquet ex capite quarto libri Canticorum. ſed hæc medicis diſcutienda relinquamus.

CAP. XVII.

Via terræ quot modis accipiatur.

QVatuor modis intelligi poteſt id quod in Ebræorum monumentis *via terræ* appellatur. Primùm enim de morte intelligitur, ut in illo, *Ego ineo viam univerſæ terræ.* Aliquando via terræ eſt mos & conſuetudo cujuſque regionis, unde tractatus qui vocatur, *Via terræ.* Interdum autem ali-

ter intelligitur, ut cùm dicunt, *Pulchrum eſt ſtudium legis cum via terræ.* Viam enim terræ nunc intelligere debemus, negotiationem ſive opificium, quod victui comparando exercetur. Poſtremò etiam ea dictione ſignificatur res amorum, ſive, ut planiùs dicam, ipſe coitus. Ita explicantur hæc ab Elia Levita in Thesbite. Prima ſignificatio notata à me ex ſacris literis & explicata fuit libro ſecundo Quæſt. 34. ea additam habet vocem univerſalem, neque abſque ea voce puto uſquam facilè inveniri poſſe.

CAP. XVIII.

Locus ex Eccleſiaſte Solomonis explicatus.

APud Solomonem Eccleſiaſte, qui ab Ebræis Coheleth dicitur, proverbium eſt, quod ita vulgo interpretantur:

Qui lingua findit in eis periclitatur.

Sed moneo, non eodem, quo vulgus, ſenſu poſterius verbum omnes accipere. Camius enim, cujus extant de verborum ſignificatione doctiſſimæ lucubrationes, aliam quandam ejus verbi declarationem tradit. Non enim periclitari; ut alii; ſed incaleſcere exponit, quod Ebraicè dicitur SACHAN: eóque ſenſu Arabes quoque uſurpare ait. Etenim in lingua Arabica ELSECHON appellari rem calidam. Quod cùm legerem ſuſpicatus ſum, propriam eſſe hanc illius verbi ſignificationem, quæ deinde per metaphoram transferretur ad rem periculorum. Nam Græci quoque θέρμον

dicunt in significatione periculi: quorum imitatione etiam Terentius dixit Eunucho, *Vide ne nimium calidum hoc sit modo.* Cicero quoque eodem modo locutus est in primo de officiis. Ab eo nomen apud Chaldæos, quod est MESCHEN, quo pauperem denotant, qui ab Italis adhuc hodie meschino dicitur, quoniam videlicet pauperes variis periculis expositi sunt. Hanc igitur de hoc verbo suspicionem meam non omnino, ut mihi quidem videtur, absurdam, hominibus ingeniis ac doctis iudicandā proponere visum fuit. Quod si quis meliora attulerit, ei libenter acquiescemus, & sententiam mutabimus.

CAP. XIX.

Cur angelis ala tribuantur.

ANgelis alas tribui, [a] quamvis naturę sint corporis expertes, ex multis veteris testamenti locis constat. ejus autem rei Hieronymus duas causas allegat:

Alas habere dicuntur propter velocitatem, & celerem in cuncta discursum: sive quia semper in altioribus commorantur. In cōment. Iesai. 6.

Puto autem priorem causam veram esse. Etenim vento alas quoque adfingunt ob eandem causam: quod docuit & scripturæ testimonio confirmavit idem, quem modo nominavi, Hieronymus. Sic enim scribit:

Neque illud quod de ventis dicitur, Qui ambulat super pennas ventorum, vere ventos, juxta fabulas Psal. 103.

poëtarum, & pictorum licentiam, pennas habere teſtatur; ſed celerem in cuncta diſcurſum.

Ex eadem credo ratione pleriſq; ſimulachris deorum ut victoriæ, ut fidei, ut famæ veteres Romani affingebant alas, ut deos ſtatim præſto eſſe indicarent. Ennius, *Fides alma, apta pinnis.* Sed & alæ quas poëtæ Mercurio tribuunt, aliud nihil quàm celeritatem ac diligentiam in obeundo munere ſignificant.

[a] Ebræi etiam dæmonibus alas attribuunt. In Avoth cap. 36 *Tria communia dæmonibus cum angelis. Quòd alas habeant: quod futura prænoſcant: quòd ab uno extremo mundi ad alterum diſcurrant & obambulent.* Hæc ibi.

CAP. XX.

Genus loquendi Ebræus ex Ebraïs explicatum.

ACcuratam ſanè & præclaram operam impenderunt aliquot eruditi homines, ut indicarét Ebraiſmos, quibus uſi ſcriptores novi teſtamenti: multos tamen (neque enim aliter in tanta copia fieri potuit) prætermiſerunt. Qualis eſt ille quem mox producam in epiſtola ad Philippenſes capite tertio, verſu quinto, ita ſcriptum eſt:

ἐκ γένους Ἰσραὴλ, [a] φυλῆς Βενιαμείν, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ νόμον Φαρισαῖος.

Eraſmus hîc annotat Iſrael poni pro Iſraelita: ſed profectò fallitur. neq; enim ita loquuntur Ebræi, niſi cùm dicunt, *omnis Iſrael*, pro illo, omnes Iſraelitæ. Iſraelita autem ab iis Iſraeli dicitur, cum augmento literæ Ioth. ſed hoc notum. Sequitur, *Ebræus ex Ebræis*, [b] quæ verba ſenſum continent ab illis,

illis, quos dixi, hominibus non perceptum. Non enim hoc ſimpliciter dicit, *Ebræus ex parentibus Ebræis*[c], ſic enim idem bis diceret, cùm præcedat *genere Iſraelita*. Exiſtimo autem de hoc loco dici poſſe, quod dixi in Quæſtionibus meis cùm quid valeret apud Davidem *è cantico* explicarem. Videtur enim *ex* prepoſitio hîc quoq; tale quid ſignificare. Suntque hujus generis locutiones apud Ebræos ſcriptores frequentes, ut Hag. 1. *Nuncius Domini de nunciis Domini*. & apud Hieronymum, *propheta de prophetis*. & apud Gorionidem hiſt. Iud. lib. 4. cap. 29. *diſcipulus è diſcipulis eorum*: quibus verbis ſignificat Hircanum Regem diſcipulum eximium & ſingularē fuiſſe inter diſcipulos Phariſæorum. Sic capite 30. *Secundum verbum quod locutus fuerat diſcipulis ſuis ſapiens Iuda Haſidæus ex Haſidæis*. ſic enim ad verbum ibi legitur, cùm præcedat in eodem capite, *ibi erat vir quidam nomine Iuda ſapiens. is erat ex illuſtribus inter Haſidæos*. En quod prius dixerat, *ex illuſtribus inter Haſidæos*, poſt ſermonem varians, & eandem rem non iiſdem verbis enuntians dicit, *Haſidæus ex Haſidæis*. Atq; hoc quanq̃ leve & exiguũ, viſum tamen non indignum, ut à me hoc libro notaretur: primum, quia prætermiſſum à viris magnis: deinde, quia in novum teſtamentum. Scitum enim eſt illud, ἐκ δ' ὁλβίου ὄλβια πάντα.

a Ex genere *Iſraelis* hoc eſt Iacobi, qui Iſrael cognominatur. Idem planè cum illo *genere Iſraelita*. b Quidam explicant, à prima & antiquiſſima uſque origine Ebræus: nam & Abraham Ebræus dicitur. c Niſi ſenſus, Ebræus ex utroque

patente. Nam Israelita vocatur & qui patrem dūtaxat Ebræum habet. Non discedo à prima sententia. Suum cuique, ut est in proverbio.

CAP. XXI.

Amos prophetam eum, cujus prophetia hodie extat & patrem Iesaiæ diversum fuisse contra sententiam Epiphanij.

AMos propheta is, cujus prophetia hodie extat, sententia Epiphanij pater fuit Iesaiæ prophetæ; quam sententiam refutavit olim ex scriptura Ebraica doctissimus homo Hieronymus. Cùm enim communi nomine apud Græcos & Latinos uterq; Amos appelletur, monet ille apud Ebræos aliter scribi nomen prophetæ, aliter nomen patris Iesaiæ. *Illud enim*, inquit, *Amos scribitur per primam & ultimam nominis sui literam Ain & Samech, & interpretatur populus avulsus: hoc verò Amos per Aleph & Sade, & interpretatur fortis atque robustus: quas literas, quia sermo noster non exprimit, ideo hæc & similia nomina videntur esse communia, quæ tamen apud Ebræos elementorum diversitate & suis proprietatibus distinguuntur.* hæc Hieronymus eruditè ac verè, ut alia multa, annotavit: quæ homini sanè erudito & theologo nostri temporis ignota esse haud potuerunt. Quo magis miror quid ita ei libuerit in vita hujus prophetæ sententiam referre jam olim à tanto viro erroris convictam? nisi fortè in ea hæresi fuit ut existimarit Epiphanium errare non potuisse. Quasi verò huic plus tribuendum sit, quàm ipsi Hieronymo, quem scimus omnes in multis graviter hallucinatum esse.

CAP.

CAP. XXII.

Ignatij locus quidam, quem ex Euangelio laudat, unde ſumptus ſit indicatum.

MAgnum in Eccleſia veteri nomen conſecutus eſt, & martyrij tollerantia, & theologiæ ſcientia, & integritate morum beatus Ignatius, Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus: mentionemque de eo cum alii, tum locupletiſsimi teſtes Irenæus & Polycarpus honorificè faciunt. Is in epiſtola quadam ad Smyrnæos ita ſcribit:

Nam cùm ad eos qui cum Petro erant, veniſſet, ait illis: Palpate me & videte, quia non ſum dæmonium incorporeum: ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere[a].

Quæ verba Euſebius adducens libro tertio hiſtoriæ eccleſię, ait ſe neſcire unde ea ſumpta ſint. Non enim in Græcorum libris uſquam inveniri. Locus Euſebij eſt in tranſlatione Ruffini, capite trigeſimo ſexto. *Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 3. cap. 36.*

Ad Smyrnæos ſanè ſcribens, utitur verbis quibuſdam, unde aſſumptis, neſcimus, quibus hæc de Salvatore proloquitur: Ego autem poſt reſurrectionem quoque in carne eum fuiſſe ſcio & credo. Nam cùm veniſſet ad Petrum cæteroſq;, ait eis, Accedite & videte, quia non ſum dæmonium incorporeum: qui & contingentes eum crediderunt.

Ita ſanè Euſebius ſcripſit. Nos autem cùm in eum locum incideremus, poſt diligentem inquiſitionem, ſuſpicati ſumus illud de dæmonio incorporeo ſumptum fuiſſe ex Euangelio Nazaræorum:

in quo ea verba olim lecta fuiſſe teſtis mihi unus Hieronymus, præfatione libri decimi octavi ſuper Ieſaiam, hunc ad modum ſcribens:

Cùm enim Apoſtoli eum putarent ſpiritum, vel juxta Euãgelium[b], *quod Ebræorum lectitant Nazarei, incorporale damonium, dixit eis, Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? videte manus meas & pedes meos &c.*

Locus autem eſt in Euangelio Lucæ, capite extremo. Sed meritò an immeritò id ſuſpicati ſimus, viri docti judicabunt: quibus ut alia omnia, ita hanc meam ſuſpicionem examinandam, judicandam propono.

a Græca extãt apud Theodoretũ, in dialogo qui Ἀσύγχυτος dicitur: καὶ ὅτι πρὸς τὺς ἀπὸ Πέτρου ἦλθεν ἔφη αὐτοῖς· Λάβετε, ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον &c.
b Hujus Euangelii meminit Hieron. in vita Iacobi quod à ſe in Græcum Latinumq; ſermonem tranſlatum eſſe ait. Idem in vita Ignatij diſertè aſſerit ex eo ſumptum fuiſſe teſtimonium iſtud. Quocirca de eo dubitare amplius non debemus.

CAP. XXIII.

De articulo fidei, Deſcendit ad inferna.

RVfinus Aquileienſis presbyter non minima pars Eccleſiæ doctorum, ut Gennadij de eo verbis utar, commentarium reliquit in ſymbolum Apoſtolorum: de quo in univerſum quid ſentiam non habeo neceſſe exponere. Illud quidem certè negari non poteſt, multa in eo non vulgaria, multa obſervatione digna eſſe. quale eſt illud quod annotat ad articulum, *Deſcendit ad inferna:*

Sciendum

Sciendum ſanè eſt, quod in Eccleſia Romana ſymbolo non habetur additum, deſcendit ad inferna, ſed neque in Orientis Eccleſiis habetur hic ſermo: vis tamen verbi eadem videtur in eo quod ſepultus dicitur.

Hęc Ruffinũ ſcripſiſſe ne miremur ea ætate quando etiam in Athanaſij ſymbolo κατῆλθεν εἰς ᾅδου legitur pro illo, *ſepultus eſt*, & certè pro vero conſtat, infernum ſæpè pro ſepulchro accipi: idque notum iam pueris. Sic accipitur in illo, *Non derelinques animam meam in inferno.* Sed quoniam de hoc loco ambigi video, producam alium, de quo ne Dydimus quidem ille, quem in re certiſsima olim dubitaſſe accepimus, dubitaverit. Locus eſt Geneſ. 37. 35. *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum* [a]. Quorundam ſententia eſt, Chriſtum paſſum fuiſſe apud inferos; contra quos facit quod in cruce pendens idem pronunciat omnia completa eſſe. Alij putant deſcenſum factum cauſa patrum, qui in inferno erant [b]. Sed hoc confutari poſſe videtur ex illo: *Hodie eris mecum in paradiſo:* Magis ex parabola de Lazaro & divite avaro; quoniam hic apud inferos cruciari, ille in ſinu Abrahæ ſolatio frui καὶ μέγα χάσμα inter ambos eſſe dicitur. Luc. 16. 26. Ne illud quidem verum videtur, quod tamen magni graveſque theologi prodiderunt, de cruciatu, quem ſuſtinuit in cruce. Quorſus enim illa trajectio, *cruci affixus, mortuus, ſepultus, deſcendit ad inferna?* Etenim ſi ita ſcriptum eſſet, *cruci affixus, anima ejus deſcendit ad inferna,*

mortuus, sepultus, nullo modo de expositionis illius integritate dubitarem. At dices primum propria: deinde allegorica recenset. Quid audio? & potest cuiquam persuaderi allegoriam esse in tam brevi symbolo? aut Apostolos, si modo hic articulus Apostolos autores habet, ac non posteà additus fuit, ita obscurè locutos, ut cùm vellent Christum extrema in anima passum esse dicere, noluerint id propriis verbis exprimere, figuratis maluerint; ut qui audirent legeréntve, pro inferno animi ærumnas accipere necesse haberent. Nam locum, quem è Davide nonnulli huc adducunt, quid valere ad eam expositionem confirmandam crediderint, nescio: aliquis fortasse, qui eam impugnare volet, eum ipsum locum valde facere cõtra ipsos ostendet. Etenim sequitur apud Davidem, *Non sines sanctum tuum videre corruptionem*: quod de anima intelligi nullo modo potest. Dicerem plura nisi vererer, ne quis mihi illud objiciat τέκτων ὢν ἔπραττες οὐ τεκτωνικά. Hoc tamen quidquid est, & omnino quæcunque sentimus & scribimus, ita probamus, dum ne Ecclesiæ Catholicæ orthodoxæ improbanda videantur; cui ego repupugnare & contraire in sententia nunquam velim.

a Verba sunt Iacobi patriarchæ, quæ protulit cùm audivisset casum filii sui, quem credebat à fera laniatum fuisse. quo fit, ut non tam sepulchrum innui putem eo loco, quàm statum mortuorum: quem sepulchri vocabulo Ebræi etiam significant. Vide quæ scripsimus hac de re Miscel. cent. 2. cap. 76.

b Vide sis Augustinum epist. 57. & epist. 99. & de Genesi ad litteram lib. 12. cap. 33.

CAP.

CAP. XXIV.

De natura Perdicis quædam ſcitu non injucunda.

PErdicem avem aliena ova colligere, iiſque incubare,& pullos inde excluſos deſerta perdice veram matrem conſectari, multi graveſque authores prodiderunt. Ionathan filius Vzielis inter cæteros exponens locum Ierem. 17. 22. *Perdix congregat, quæ non peperit*, ita ſcribit: *Qualis perdix quæ collegit ova non ſua, eaq; fovet, verùm foti pulli & excluſi ex illis ovis ipſam non ſequuntur, talis eſt omnis impius, qui comparat opes abſque judicio*, id eſt malis artibus, *in media ætate deſerunt illum.* Poſt Ionathanem Ambroſius, & autor alius incertus, vetus tamen idem notarunt; & apud Ebræos, David Camius ſecutus, vt reor, antiquiſsimi graviſsimiq; interpretis autoritatem. Verba Ambroſij ſunt in ſeptimo epiſtolarum, ubi ita ſcribit: *Quidam naturæ perdicis etiam iſtud aptandum putarunt eo quod aliena diripiat ova, & foveat ſuo corpore, atque hac ſua fraude alienos ſtudeat partus accipere.* Autoris incerti, in ea epiſtola quæ ſcripta ad Præſidium diaconum de cereo Paſchali, hæc ſunt: *Perdix aliena ova calefacit perditis ſuis: ſed cùm creverint pulli ex nido evolant, & ad parentes ſuos redeunt, mentitum parentem omittentes.* Verba autem Camij leguntur in commentariis: *Perdix incubat ovi; aliarum avium, eaq; fovet; ſed ex iis ovis pulli excluſi relicta perdice germanam matrem conſectantur.* & in libro ubi dictionum ſenſa collegit, *Perdix cogit ova aliarum avium, iiſq; incubat tanquam propriis. Quidam putant perdi-*

Epiſt. 48. Vide eundem de perdicis aſtutia Hexaë. lib. 5. cap. 3.

cem marem incubare ovis, quæ fœmellæ ipſius antèa excluſerat, & hoc innuere prophetam cùm dicit, colligere ova quæ non peperit. Alii ſcribunt utriuſlibet ſexus perdicem aliarum avium ovis inſidere. hæc ille: ſed & Hieronymus teſtes citat hujus rei ſanè luculẽtos, & quos, ut minus idoneos, rejicere nemo poſsit, Ariſtotelem videlicet, Theophraſtum, & Plinium; ſed an verè, fides penes ipſum eſto. ego ſanè apud illos authores nihil tale legere memini. Locus Hieronymi eſt in commentariis ad eum locum: *Aiunt*, inquit, *ſcriptores naturalis hiſtoriæ tam beſtiarum & volucrum, quàm arborum herbarumq́, quorum principes ſunt apud Græcos Ariſtoteles & Theophraſtus, apud nos Plinius ſecundus, hanc perdicis eſſe naturam, ut ova alterius perdicis, ideſt, aliena furetur, & eis incubet foveatq́: cumq́ fœtus adoleverit, avolare ab eo, & alienum parentem relinquere.* Quod attinet ad locum Prophetæ, in quo ad avaros hæc perdicis natura accommodatur, is ita ſe habet:

Perdix congregat quæ non peperit, faciens divitias abſque judicio: eum media relinquent ætate, & tandem erit inſipiens.

Ex hoc loco ſumptum, quod in colle ctaneis cujuſdam, *Perdix congregat quæ non peperit*, proverbium in eos, qui hoc unum agunt ac ſtudent ut aliena corradant, inque re augenda cum aliorum diſpendio laborant: ſive in eos qui opibus malè partis incubantque inhiantq́;. Tale eſt, *Tollis, quod non poſuiſti*: item, *Metis ubi non ſeminaſti.*

CAP.

CAP. XXV.

De ambiguitate verbi SAM.

VErbum SAM, ait Hieronymus, *pro qualitate loci & posuit intelligitur & ibi.* ne miremur hoc Hieronymum scripsisse. Nam ne hodie quidem discrimen est apud Ebræos, nisi in puncto, quod ponitur super literam ש. ponitur autē, quando *ibi* significat, in cornu dextro: & in sinistro, quando significat *posuit.* Sed hoc punctum veteres non ascribebant: erat tamen diversitas in sono literę S, ut hodie. Etenim S in SAM, quando ibi significat magis stridet, neque nostri sermonis est: quando posuit, denotat, vim habet, qualem S nostrum, quando in principio dictionis ponitur, ut in Samuel. Hoc modo differunt HISSĒI extulit, & HISSĒI decepit, quæ tamen interpretes confundunt Abd. 3. Nā quod in Ebræo secundum lectionem, quæ hodie obtinet, *Superbia cordis tui decepit te*: Græciæ translatores convertunt, *Superbia cordis tui extulit te.* In cōment. Habac. 3.

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER QVINTVS.

CAP. I.

Hemiſtichium Arati, quod Apoſtolus citat, ex quo libro ſumptum ſit indicatum.

HEMISTICHIVM illud, quod Apoſtolus laudat in ea concione, quam habuit ad Athenienſes, Act. 17. 28.

τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

quin ex Arato ſumptum ſit, nemo paulo humanior neſcit. ſed ex quo Arati libro id ſumptum ſit, neque à Chryſoſtomo, neque ab aliis, quos viderim, interpretibus indicatur. Eſt autem ex Phęnomenis Arati. hujus rei teſtem habeo Hieronymũ puto locupletem: ſi antiquiorem quæris, Clemẽtem Alexandrinum. Hieronymi verba ſunt in commentariis ſuper epiſtolam Pauli ad Titum, capite primo. *In actibus quippe Apoſtolorum, cum concionaretur ad populum, & in Areopago, quae eſt curia Athenienſium, diſputaret, inter catera ait: Sicut & quidam de veſtris poëtis dixerunt, Ipſius enim & genus ſumus. quod hemiſtichium in Phænomenis Arati legitur, quem Cicero in latinum ſermonem tranſtulit, & Germanicus Cæſar, & multi quos enumerare perlongum*

longumeſt. Clementis autem ſunt ex quinto στωματ. ubi etiam integrum locum Arati producit, ὡς δὲ τοῖς φαινομένοις ἐπιγεγραφομένοις ὁ Ἄρατος.

Ἐκ διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄρρητον· μεσταὶ δὲ διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ· μεστὴ δὲ θάλασσα
Καὶ λιμένες· πάντῃ δὲ διὸς κεχρήμεθα πάντες·
Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν· ὁ δ' ὑπίων ἀνθρώποισιν
Δείξιά σημαίνει.

quos verſus & Euſebius citat libro tertio προπαρασκευῆς. ſed illud πάντῃ δὲ διὸς κεχρήμεθα, apud eum legitur πάντῃ ᾧ θεῷ κεχρήμεθα.

CAP. II.

De iis qui à pontificatus honore iure Iudaico arcebantur, deq; pontifice ſemel duntaxat in anno ſanctum ſanctorum ingredi ſolito.

NEque mutilatum, neque filium captivæ in pontificem eligi potuiſſe jure Iudaico ex veteribus monumentis obſervamus. De mutilato ex antiquæ hiſtoriæ libro decimo quinto, capite ſecundo, ubi ſic ſcriptum eſt: *De hac re lex habetur Leuit. 21. 17.*

καὶ τὸ μεῖζον ὅτι μηδὲ ἐκεῖ τούτων μεταλαβεῖν κατὰ λώβην τοῦ σώματος, ἣν ὑπ' Ἀντιγόνου παθοι.

Quæ verba Iudæorum ad Hircanum, ſignificant eum propterea non poſſe conſequi pontificatum Ieroſolymæ, quòd haberet mutilatum ab Antigono corpus. De filio captivę ex ejuſdem hiſtoriæ libro 13. capite 18. Cùm enim Phariſæorum qui-

dam nomine Eleazarus Hircanum monuiſſet, ſi vellet vir bonus ac juſtus eſſe, ut ſe pontificatu abdicaret, & ſolo populi principatu contentus eſſet, ac Hircanus cauſam quæreret:

Capta fuit in monte Modein. Annales Templi ſecundi. fol. 39. col. 2.

Οτι, inquit, ἀκηκόαμεν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων αἰχμάλωτον σὴν γενέσθαι τὴν μητέρα, βασιλεύοντος Ἀντιόχου τοῦ ἐπιφανοῦς· id eſt, *quoniam audivimus a majoribus natu captivam fuiſſe tuam matrem regnante Antiocho Epiphane.* Quæ verba auctiora leguntur apud Gorionis filium: *Quoniam ſub Antiocho Epiphane rege mater tua captiva & ſauciata fuit: propterea non decet te ingredi ſanctum ſanctorum.* In quibus verbis hoc notandum, quod ait, *non decet te ingredi in ſanctum ſanctorum.* Solus enim pontifex intrabat ſanctum ſanctorum ſemel in anno. ex epiſt. ad Ebræos cap. 9. verſu 6.

εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν διαπαντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες· εἰς δὲ τὴν δευτέραν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεύς.

Quod confirmari amplius poteſt ex libris Machabæorum: in quorum ultimo hæc verba leguntur.

διὰ τὸ μὴ δὲ τοῖς ἐκ τῶν ἐθνῶν ἐξεῖναι εἰσιέναι, μὴ δὲ πᾶσι τοῖς ἱερεῦσιν· ἀλλ' ἢ μονῷ τῷ προηγουμένῳ πάντων ἀρχιερεῖ, καὶ τοῦτο κατ' ἐνιαυτὸν ἅπαξ.

Plura de his Miſcel. cent. 2. ap. 78.

CAP. III.

Quænam ſint in libro hymnorum virgines laudatæ.

PSalm. 78. 63. *Virgines ejus non fuerunt laudatæ.* dubitatur de ſententia. Quidam etiam aliter inter-

interpretantur, virgines ejus nemo luxit. ſed hanc interpretationem nemo duntaxat intelligens linguæ Ebrææ probabit. Arbitror ipſe per laudatas ſignificari virgines elocatas. Nam & propheta apertè id confirmat. cùm enim dixiſſet, *Adoleſcentes ejus devoravit ignis*, ſubjicit, *Virgines ejus non ſunt elocatæ.* & hæc haud dubiè mens Aſaphi. Scilicet enim tam ſponſam quàm ſponſum certis carminibus laudari ſolere. ea carmina Ebræi HILLVLIM vocant: Græci ἐπιθαλάμια. Quia verò in nuptiis more recepto canebantur, inde factum puto ut ipſæ nuptiæ poſtea HILLVLA dictæ ſunt: videlicet à laudibus. nam HILLVLA laus, vel, ſi placet ἐπιθαλάμιον· unde hodieq; in uſu BETH HILLVLA, id eſt, domus laudis, quaſi epithalamica pro nuptiali. annotat Camius in commentariis ad hunc locum.

CAP. IV.

Locus quidam ex pſalmo 32. enarratus.

QVod apud Davidem pſalmo trigeſimo ſecũdo, verſu primo, tranſlatione Hieronymi,

Beatus cui dimiſſa eſt iniquitas:

Hoc in Ebræo codice verbum è verbo eſt,

Beatus levatus ſceleris.

& eſt ſenſus, cujus levatum, hoc eſt, ſublatum ac condonatum ſcelus eſt. Puto autem verba Davidis ſic potiùs converti debere, nec minus latinè dici, *levatus ſceleris:* quàm *levare curarum:* aut quod ex Livio notatum, *Levarunt animum religionis.*

CAP. V.

Vt incurvare Ebraei ſenſu obſceno: ita Plautus dixit inclinare.

LOcum Iobi, *molat alteri uxor mea*, expoſitum à me memini de obſceno intellectu. ita eſt ſanè: confirmareque eam expoſitionem liquidò ſequens membrum poteſt: *Incurvent ſe ſuper eam alieni.* Nam incurvare hoc in loco idem planè valet, vt quod Comicus dixit in Perſa, ſcena: *Tranſcidi loris,*

Poliſtuc quidem omne jam ego uſurpabo domi,
Nam jam inclinabo me cum liberta tua.

CAP. VI.

De varia ſignificatione verbi reſpondeo.

VErbum reſpondere, quod eſt עָנָה, ex proprietate ſermonis Ebraici valet exaudire: extantq; ejus notionis nuſquam non exempla. item canere, ut pſal. 147.7. *Reſpondete Domino cum gratiarum actione*: ſenſus eſt, cantate. Nam & Hieronymus eo modo enarrat. propriè autem eſt alternis canere, ut Hoſ. 2. 15. & Deut. 31. 21. Nonnunquam idem valet quod loqui, ut pſal. 119. 172. *Reſpondebit lingua mea ſermonem tuum*: rectéque David interpres exponit IDABBER, & Hieronymus, *loquetur*. Tamen Maſſoritæ malunt laudabit. Iidem admonent tres omnino locos eſſe, ubi talis ſenſus verbi. Loca ſunt præter hunc, Exod. 15. 21. & Proverb. 26. 4. Quod ne prætermittendum quidem duxi, ut ſi cui id magis probetur, ſequatur,

tur. per me enim id liberum cuique relinquitur. Reſpondere pro dicere reperies etiam Matth. 11. 25, & Marc. 11. 14. & ſanè uſurpatur de eo, qui aut incipit aut continuat ſermonem, nulla præcedente interrogatione. Ex hac ratione eſt, *Reſponſum molle frangit iram*, pro, ſermo mollis.

CAP. VII.

De voce quadam ex titulo pſalmi 9. diſputatum.

PSalmi noni titulus eſt apud Ebræos,

LAMANASSEA ALMVTH LABEN.

in quo variant libri Ebræi. quod enim in aliis ALMVTH unica dictione, legitur in aliis AL-MVTH duabus: quam poſteriorem ſcripturam, præter optimorum codicum fidem, mirificè confirmat interpretatio, cum veterum Ebræorũ, tum Chaldæi paraphraſtis, & Symmachi Epheſini, & beati Hieronymi; quorum poſtremus locum Davidis ita convertit: *Victori ſuper mortem filij*. Neque tamen illa prior repudianda eſt, quam Ebræus Solomo, homo magnæ autoritatis apud ſuos, teſtatur ſe reperiſſe in Maſſoreth magno: ſanè Græcos lxx. eo modo legiſſe paret ex declaratione ὑπὲρ τῶν κρυφίων. Sed & Aquilas & Theodotio ſic legerunt, quorum alter juventutis vocabulo hoc ſignificat: alter dum reddit, *de florida ætate filij*. David interpres ait, tamen etſi diviſim ſcribatur, legendum ALMVTH continua voce: ad eam rem citat alios locos, ubi dictiones ſimiliter ſcribantur. Idem ALMVTH hîc dici putat genus cantionis, alii acci-

piunt pro instrumento musico. Ego, ut in re obscura, amplius deliberandum censeo.

CAP. VIII.

Quàm sit varia declaratio vocis LABEN *de quo supra.*

VAria admodum, eaque inter se discrepantia de voce LABEN, cujus suprà facta mentio, interpretes scripserunt. Sunt enim qui gigantem Goliath innui putant, eumque nominatum ita LABEN quod μονομαχῶν cum Davide medius staret inter duo castra: nam mediũ significant Ebræi vocabulo BEN. Plerique veterum interpretantur ALMVTH LABEN de morte filij, quod alii capiunt de Christo filio Dei; alii de Absalomo filio Davidis. Camius tradit syllabam priorem in LABEN pro articulo esse, ipsumque BEN cantorem nominatum, & 1. Paralip. 1. hac sententia: Carmen Almuth dandum cantori BEN. quam opinionem minimè rectam esse ait Abenezra, pugnareque consuetudini Ebrææ ut emphasis sit in nomine proprio. Contrà Camius docet fieri id interdum solere, adducitque exemplum firmandæ sententiæ suæ BACARCAR, id est ἐν τῇ καρκάρ. Quidam, ut ab Ezræ filio relatum est, arbitrantur metathesim esse, LABEN pro NABAL. Dones Labrati filius nominatus Iario, & Rabbi Adonim Halevi existimant Laben satrapam fuisse ejus nominis, qui variis cladibus affecerit Israelitas: unde occasio Davidi hoc carmen in ejus obitu componendi.

CAP.

CAP. IX.

Locus è prima ad Timotheum bifariam expoſitus. Quis pro qua.

DVobus modis intelligi poteſt id quod habetur 1. Timoth. 5. 8. *Si quis autem ſuorum & maximè demeſticorum curam non habeat.* Vno modo ut ſit generalis ſententia pertinens non ad viduas tantùm, ſed ad cognatos, alioſque, quibus cura ſuorum concredita eſt. Altero modo ut peculiariter ad viduas reſtringatur; de quibus ibi ſermo eſt: actum *ſiquis* valet *ſiqua*. Ebræorũ hæc phraſis eſt, qui non diſtinguunt ſexum in מִי. Græci quoque verbum τὶς promiſcuè tam ad viros quàm ad fœminas accommodant; quorũ imitatione non dubito quin Varro dixerit, *Quis itio ad priorem dominum*, pro quæ itio. Et Plautus, *Quis tu es mulier?* Et Pacuvius in Medo, *Quis tu es mulier, quæ me inſueto nuncupaſti nomine?* Proinde Vlpianus libro primo ad edictum leg. 1. *verbum hoc*, inquit, *ſi quis*; *tam maſculos quàm fœminas complectitur.*

CAP. X.

Anima pro vita.

ANima pro [a] vita ponitur, ſuntq; ejus notionis in ſacris libris paſsim exempla, ut Ionæ 4. 3. *Aufer nunc animam meam.* & Pſal. 31. 14. *Auferre mihi animam cogitarunt.* & Iob. 2. 4. *Pellem pro pelle & quicquid habet homo dabit pro anima ſua.* Sed & profani autores ita quoque loquuntur. Saluſtius conjuratione Catilinæ: *Quod ſi virtuti veſtra*

piunt pro instrumento musico. Ego, ut in re obscura, amplius deliberandum censeo.

CAP. VIII.

Quàm sit varia declaratio vocis LABEN *de quo supra.*

VAria admodum, eaque inter se discrepantia de voce LABEN, cujus suprà facta mentio, interpretes scripserunt. Sunt enim qui gigantem Goliath innui putant, eumque nominatum ita LABEN quod μονομαχῶν cum Davide medius staret inter duo castra: nam mediũ significant Ebræi vocabulo BEN. Plerique veterum interpretantur ALMVTH LABEN de morte filij, quod alii capiunt de Christo filio Dei; alii de Absalomo filio Davidis. Camius tradit syllabam priorem in LABEN pro articulo esse, ipsumque BEN cantorem nominatum, & 1. Paralip. 1. hac sententia: Carmen Almuth dandum cantori BEN. quam opinionem minimè rectam esse ait Abenezra, pugnareque consuetudini Ebrææ ut emphasis sit in nomine proprio. Contrà Camius docet fieri id interdum solere, adducitque exemplum firmandæ sententiæ suæ BACARCAR, id est ἐν τῇ καρκάρ. Quidam, ut ab Ezræ filio relatum est, arbitrantur metathesim esse, LABEN pro NABAL. Dones Labrati filius nominatus Iario, & Rabbi Adonim Halevi existimant Laben satrapam fuisse ejus nominis, qui variis cladibus affecerit Israelitas: unde occasio Davidi hoc carmen in ejus obitu componendi.

CAP.

CAP. IX.

Locus è prima ad Timotheum bifariam expoſitus. Quis pro qua.

DVobus modis intelligi poteſt id quod habetur 1. Timoth. 5. 8. *Si quis autem ſuorum & maximè domeſticorum curam non habeat.* Vno modo ut ſit generalis ſententia pertinens non ad viduas tantùm, ſed ad cognatos, alioſque, quibus cura ſuorum concredita eſt. Altero modo ut peculiariter ad viduas reſtringatur; de quibus ibi ſermo eſt: ac tum *ſiquis* valet *ſiqua*. Ebræorũ hæc phraſis eſt, qui non diſtinguunt ſexum in מי. Græci quoque verbum τὶς promiſcuè tam ad viros quàm ad fœminas accommodant; quorũ imitatione non dubito quin Varro dixerit, *Quis itio ad priorem dominum*, pro quæ itio. Et Plautus, *Quis tu es mulier?* Et Pacuvius in Medo, *Quis tu es mulier, quæ me inſueto nuncupaſti nomine?* Proinde Vlpianus libro primo ad edictum leg. 1. *verbum hoc*, inquit, *ſi quis; tam maſculos quàm fœminas complectitur.*

CAP. X.

Anima pro vita.

ANima pro [a] vita ponitur, ſuntq; ejus notionis in ſacris libris paſsim exempla, ut Ionæ 4. 3. *Aufer nunc animam meam.* & Pſal. 31. 14. *Auferre mihi animam cogitarunt.* & Iob. 2. 4. *Pellem pro pelle & quicquid habet homo dabit pro anima ſua.* Sed & profani autores ita quoque loquuntur. Saluſtius conjuratione Catilinæ: *Quod ſi virtuti veſtra*

fortuna inviderit, cavete ne inulti animã amittatis. &, *Quem quisque vivus pugnando locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat.* Sic lex Iulia eis, qui in Imperatorem aut Rempub. gravius aliquid deliquissent, pœnam animæ amissionem irrogat.

a Præter Scholia Græca Iacob. 1. ψυχὴ δὲ καὶ ἡ ζωὴ λέγεται. ὡς ἐν τῷ, Πάντα ὅσα ἔχει ἄνθρωπος, δώσει ὑπὲρ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ: Augustinus de sermone Domini in monte ad locum: *Nónne anima plus est quàm esca*, idem confirmat, inquiens, *Animam hoc loco pro ista vita positam noverimus, cujus retinaculũ est istud alimentum corporeum. Secundum hanc significationem dictum est etiam illud, Qui amat animam suam, perdet illam.*

CAP. XI.

Cœlum pro Deo sumi per metonymiam.

COelum pro Deo sumi è veteribus monumentis dudum observavimus protulimusq́;
Luc. 18. 21. ibi exemplum ex Euangelio Lucæ, *Peccavi in cœlum*: cui & illud addi potest, quod in Euangelio
Luc. 20. 4. eodem, *Baptismus Iohannis in cœlo est, an ab hominibus?* manifestè enim per *cœlum* hoc in loco Deus significatur, videlicet per id quod continet, id quod continetur. Quæ figura loquendi à grãmaticis μετωνυμία id est, transnominatio dicitur. Diomedes transmutationem vocat. Sic poëta nescio quis *Cœlo gratissimus amnis* dixit, pro diis, qui cælo continentur. Sic 1. Machab. 3. οὐκ ἐστι διαφορὰ ἐναντίον τοῦ οὐρανοῦ σώζειν ἐν πόλλοις, ἢ ἐν ὀλίγοις. Rursus. 1. Machah. 4. 19. καὶ νῦν βοήσομεν εἰς οὐρανον, εἰ ἐλεήσει ἡμᾶς. Sed & magistri sæpiculè ita usurpant ut cùm dicunt *omnia esse in manu cœli*: item, *Sit timor cœli super vos:*

vos: & *Nomen cœli frequens in ore ipſius.* Sic *Timor hominum, ſi prævaluerit, excludit timorem cœli.* Hoc poſtremũ offendes in libro apophthegmatum, quem nos ex parte latinum fecimus. Dicunt autem ſua lingua שַׁמַיִם SAMAIM, aut cum articulo הַשָּׁמַיִם HASSAMAIM id eſt, ὁ οὐρανος. alias expellit.

CAP. XII.

Vetus quædam conſuetudo Chriſtianorum notata.

IN conſuetudine apud veteres Chriſtianos poſitum fuit, ut pridie ejus diei, quem Ebraico vocabulo Paſcha nuncupamus, qui in Eccleſia ad cultum divini numinis conveniſſent, inde non dimitterentur ante mediam noctem, adventũ Chriſti ſervatoris expectantes. Notavit eam conſuetudinem Hieronymus in cõmentariis ſuper Matth. capite vigeſimo quinto, ad locum:

Media autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, exite obviam ei.

Ait enim traditionem Apoſtolorum eſſe, ut in die vigiliarum paſchæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat, expectantes adventum Chriſti: & poſtquam illud tempus tranſierit, ſecuritate præſumpta, feſtum cunctos agere diem. Sic ille. putat autem hanc conſuetudinem permanſiſſe à Iudæis, quibus inter multas ac varias traditiones, quas à majoribus acceperunt, hæc quoque tradita eſt, Chriſtum media nocte venturum, in ſimilitudinem Ægyptij temporis, quando paſcha primum celebratum fuit, & exterminator Angelus

per Ægyptum graſſatus primogenitos omnes necavit, præter quorum poſtes & limina ſanguine agni adſperſa atque illita erant.

CAP. XIII.

Quæ ſint nomina gemetrica, quiſve Mettatron, & cur princeps faciei dicatur.

GEmetriam an Gematriam? Ebræi appellant ut exempli cauſa, cùm dicunt Mettatron in Gematria eſſe Saddai. Cùm enim literę eorum etiá ad numeros ſignificãdos, ut notum eſt, adhibeantur, quorum verborum omnes conſonãtes collectæ eundem numerum efficiunt ac conſtituunt, ea verba gematrica vocant; cujuſmodi ſunt quæ à Græcis ἰσόψηφα nuncupantur. Sunt autem gematrica ſive ἰσόψηφα planè nomina Mettatron & Saddai, ut è ſubjecta tabella planum fiet.

מ	40.	ש	300.
ט	9.	ד	4.
ט	9.	י	10.
ך	200.		314.
ו	6.		
ז	50.		
	314.		

Ex quo facilè intelligi poteſt quid ſit, quod in monumentis τῶν διδασκάλων legitur de Mettatron:

Nomen ejus ut nomen magiſtri ipſius.

ſenſus enim eſt, nomen habet cum nomine Dei magiſtri

magiſtri ipſius ἰσόψηφον. Nam Saddai, ut ipſi pueri ſciunt, inter nomina divina. Porrò Mettatron angeli nomen eſt, quem ferunt perpetuò verſariante faciem divinitatis. & hæc haud dubiè cauſa cur eum vocent principem faciei.

CAP. XIV.

Nomen Chriſtianorum cum nomine ſeptem millium ἰσόψηφον eſſe. Correctus & explicatus Hieronymus.

VT Mettatron & Saddai nomina ſunt gematrica; ita nomẽ Chriſtianorũ cũ ἑπταχισχιλίων, id eſt, ſeptem millium nomine ἰσόψηφον eſſe teſtatur Hieronymus in comment. Zach. 8. his verbis: *Quod autem numerum ſeptem millium ad Chriſtianorum nomen diximus pertinere, ſupputa Græcè* ἑπταχισχειλίους *&* χρισιανὸς, *& eundem numerum ſummamq; reperies, id eſt, mille nongentos quadraginta unum.*

Quæ tamen verba non parum mihi moleſta fuerunt. Nam quod ait ἑπταχισχειλίους & χρισιανὸς efficere 1941. in χρισιανὸς quidem verum eſt; ſed fallit in ἑπταχιζχειλίους cujus literæ in numeros collectæ non plus conſtituunt, quàm 1841. Quare videtur mihi Hieronymus initio ita ſcripſiſſe: *& eundem numerum ſummamq; reperies, id eſt,* 1351. nempe per numeros, qui deinde à librariis corruptiſunt. numeri enim nimium facilè corrumpuntur. Nihil dĩco, ſi non eum numerum efficiunt ἑπταχιζχέιλιοι & χρισιανοὶ, quemadmodum è ſubjecta

descriptione perspici potest.

ε	5	χ	600	χ	600	α	1
π	80	ε	5	ρ	100	ν	50
τ	300	ι	10	ι	10	ο	70
α	1	λ	30	σ	200	ι	10
κ	20	ι	10	τ	300		
ι	10	ο	70	ι	10		
σ	200	ι	10				
	1351				1351		

Atque hæc quidem sententia de loco illo Hieronymi mea est. Si quis meliorem attulerit, non ero pertinax: cedam libens.

CAP XV.

Loci cujusdam ex psalmo secundo lectio vetus ac nova. utra melior indicatum de conjectura.

IN primo Quæstionum mearum indicavi causam declarationis antiquæ, *Annuntiabo Dei decretum.* Nunc si quis fortè quærat à me cur ea lectio posteà immutata sit, ei sic commodè responderi posse opinor. Non sum divinus; tamen conjicio causam mutatæ lectionis hanc fuisse, quoniã scilicet ordo verborum pugnabat vetustæ lectioni. Nam si, quod interpretes illi convertunt, id voluisset ὁ μακαρίτης David, dixisset, meo animo, *Annuntiabo decretum Dei.* Cùm autem EL, quod in eo sensu poni deberet post vocabulum decreti, non sequatur, sed præcedat, visa causa peritioribus Ebræis mutandæ lectionis pravæ, quæ obtinuerat ante illam ætatem. id autem fieri aliter non

non poterat, niſi ē longum mutarent in ĕ breve. Hæc mea conjectura eſt, quam doctis judicandam propono. Si quis autem veriorem ac certiorem adferet, eſto.

Campis diues Apollo murinais.

CAP. XVI.

Conjectura de varia lectione cujuſdam loci alterius ex pſalmo eodem.

IN libro eodem Quæſtionum notavi cauſam variātis interpretationis, quæ apud Davidem eundem ex pſalmo item ſecundo verſu decimo. Sed tum me fugit obſervare, quod nunc dicam. Non enim omnia ſimul & eodem tempore in mentem veniunt. Exiſtimo igitur lectionem Hieronymi, hoc eſt eam, quæ hodie obtinet, meliorem eſſe Græca vetere. Cauſſæ cur ita exiſtimem duæ ſunt. Vna eſt, quoniam in ea conſentiunt ad unum omnes codices Ebræi: altera, quoniam ſequitur, *ut vaſculi conteres eos.* Conſuevit enim David eadem non iiſdem verbis, in eodem verſu repetere. hoc notum eſt, nec eget explicatione.

CAP. XVII.

Fontis Siloe aquam minimè perennem eſſe, contra quam proditum eſt in collectaneis nominum propriorum.

IN collectaneis nominum propriorum bibliis regiis ita vulgo ſcriptum eſt:

Siloe fons piſcina aut amnis eſt ad radices montis

Sion perennibus aquis ebulliens.

Iſidorus tamen non malus author, libro decimo tertio Originum, capite item decimo tertio: *fons Siloa*, inquit, *ad radicem montis Sion non jugibus aquis, ſed in certis horis diei ebullit.* Deſcripſit autem ex Hieronymo, qui teſtis harum quidem rerum eſt omni exceptione major, quoniam non ſolùm oculis hæc loca perluſtravit: ſed etiam in iis diu habitavit. Ejus verba ſunt in commentariis Ieſaiæ 8.

Siloam autem fontem eſſe qui non jugibus aquis, ſed in certis horis diei ebulliat, & per terrarum concava & antra ſaxi durißimi cum magno ſonitu veniat, dubitare non poſſumus, nos præſertim qui in hac habitamus provincia.

CAP. XVIII.

Hieronymi commentarius in Ieſaiam voce quadam Ebraica emendatus.

EMendare conabor ex commentariis Hieronymi locum quendam. Libro igitur decimo tertio Ieſa. 47. ita vulgo legitur:

Theodotio ipſum verbum Ebraicum poſuit SIMLATHECH: *Aquila* SAMMATHECH.

Quam lectionem nuperus corrector agnoſcit, & explicat. Sed ut piſces ſale, ita corrector ille indiget ſæpe correctione. Equidem aveo ſcire ubi quicquã tale in Theodotione legerit. Nam quod Ebraicum eſt per aliud verbum Ebraicum exponi ab interpretibus illis non ſolet. Sed nolo περιεργάζεσθαι,

τοῦτο. Cùm Hieronymus dicat, ipſum verbum Ebraicum, non eſt ullo modo dubitandum, quin melius omnino ſit quod in libro vetere:

Theodotio ipſum verbum Ebraicum poſuit SAMTHECH: *Aquila* SAMMATHECH.

Quod quidem idem eſt, cum eo quod Aquila vertit; ſed olim, cùm notæ vocalium abeſſent, idem verbum non eodem modo legebatur. itaque quod Theodotio SAMTHECH διαστολάβως, Aquila legebat SAMMATHECH, quemadmodum & hodie legimus. Hanc igitur diverſitatem, meo animo, Hieronymus notare voluit.

CAP. XIX.

Explicata inſcriptio pſalmi trigeſimi octavi, Pſalmus ad memorandum.

PSalmi trigeſimi octavi inſcriptio apud Hieronymum talis eſt: *Pſalmus David in commemoratione.* Sed quia perſpicuum eſt hoc Ebraicè dici per verbum infinitum: idcirco iampridem homo eruditus Santes Pagninus emendavit, *ad commemorandum*: genus tamen loquendi, quo hîc uſus David, neque ipſe, neque alius quiſpiam, quod ſciam, indicavit. Eſt autem elegans dictio, *Pſalmus ad memorandum*, quæ tantundem valet ac ſi dicas, ψαλμὸς μνημονευτικὸς· ut *pſalmus ad laudandum*, αἰνετικὸς· *ad gratias agendum*, εὐχαριστικὸς. Tale eſt apud ſcriptores profanos. *Canes ad venandum*, pro canes venatici. Libet adjicere interpretationem Græcam ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ εἰς ἀνάμνησιν.: quæ, meo

judicio, eandem ſententiam continet. Nam ita dictum ψαλμὸς εἰς ἀνάμνησιν ut Tob. 13. 1. προσευχὴ εἰς ἀγαλλίασιν: *precatio ad exultationẽ*, id eſt, exultatoria. Etenim quod in quibuſdam libris adjicitur εἰς Σαββάτου, quis non videt inepti hominis ineptum gloſſema eſſe?

CAP. XX.

Alius Davidis locus explicatus.

QVod apud Davidem verſu quinto pſalmiſu. prà citati, *Quia iniquitates meæ tranſcendunt caput meum*, id duobus modis accipi poteſt. Aut enim hoc dicitur ex ſimúlitudine eorum, quibus aqua caput tranſcendit demerſis: aut exponendũ, *tranſeunt caput meum*, id eſt, pilos capitis mei, ac ſi diceret: numeroſiores ſunt capillis meis. eſtque proverbiale *capillis numeroſior*, quo & alibi idem autor uſus eſt. harum expoſitionum, utra melior verior facio judicium lectoris.

CAP. XXI.

Vocabulum menſuræ ex Ebræo deductum eſſe.

REctè judicavit Hieronymus de origine vocis menſura, cùm ſcriberet eam ex Ebræo eſſe. Nam apud Ebræos menſura eo nomine MESVRA vocatur, ut 1. Paralip. 23. 29. Verba Hieronymi hac de re ſunt in commentariis Ieſa. 7.

Verbum quoque nugas & menſuram Ebræi eodem modo, & eiſdem appellant ſenſibus.

Et capite nono exponens verbum משרה MESRA.

Aquila

Aquila autem verbi ambiguitate deceptus μίτρον, id eſt, menſura interpretatus eſt, quæ & Ebraicè & Latinè eodem appellantur nomine.

Sed tamen quod ait, *eiſdem appellant ſenſibus*, an recipiendum ſit, alii viderint: mihi quidem non diſplicet. quamvis conſtet menſuram uſitatiore nomine MIDDA dici. Differunt autem MEDDA & MESVRA, ut Camius autor eſt, quod MESVRA propriè ſit menſura parva. ita deſcriminant Ezech. 23. atque inde proverbiale, *menſura bibere*, Ezech. 4. pro eo quod eſt, parcè ac modicè bibere. In menſura epentheſis eſt ut in Rempham, de qua alias diximus. Sed & ſimile quid reperitur in Latio, *Thenſaurus* [a].

a Olim *Thēſaurus* cum apice, qui ſignificabat vocalem longam. eum librarii pro n. acceperunt. Quod factum & in *totiens, quotiens*. Nam prius erat *toties, quoties*. Alii aliter de hac re cenſent. fruatur quiſque judicio ſuo.

CAP. XXII.

De uſu quodam verbi Canis.

LIbet hîc notare uſum verbi *Canis*, ſanè elegantem: ſi quis fortè eum minus adverterit. Eo igitur verbo impudentibus inimicis convicium fieri ſolet, ut apud Comicum, *Ain vero canis?* & apud Homerum pro gravi contumelia in adverſarium dicitur κυνώπης. & in alterutro Samuelis, *Caput canum*. & apud Apoſtolum, *Cavete canes*. Sic David inimicos ſuos impudentiæ pleniſsimos, *canes* vocat. *Circumdederunt me*, inquit, *canes*; *cœtus*

malignantium vallaverunt me, & paulò pòst, *Libera è gladio animam meam ; è manu canis unicam meam.* Psal. 22. 17. & 21.

CAP. XXIII.

Nomina secundæ collationis quandoque excessum denotare.

IN Euangelio secundum Matthæum editione vulgata ita scriptum est, Matth. 23. 11. *Qui major est vestrum erit minister vester.* & 18. 1. *Quis putas major est in regno cælorum?* ubi major valet, maximus: quo modo μείζων dicunt Græci, pro μέγιστος, ex comparandi gradu excessionem suo more intelligentes[a]. Hæc in literas non retulissem, ut per se nota ac levia, nisi eadem enallage usus esset Aurelius Prudentius. Tale enim est κρείττων hym. 12.

O sola magnarum urbium
Major Bethleem.

Et ἐπιφάνων hym. 5.

Fortissimorum fortior.

Est autem purus putus helleniſmus. Nam secundæ collationis & tertię verba apud Ebræos nulla sunt. Sed dicunt, *magnus quàm ille*, pro eo quod est, major illo, subintelligitur enim, *magis*, quæ dictio apud eos rarò expressa reperitur. hoc in secunda collatione. In tertia dicunt, *magnus in illis*, aut, *eorum*, pro maximus eorum : unde, *benedicta in mulieribus*: &, *contemptus in populis*: & quod apud Michæam prophetam invenitur, *bonus eorum*, id est, optimus. Quanquam de hoc postremo dubitari

tari posset: & fortasse rectiùs exponas, *bonus eorum*, qui inter eos bonus esset. bonus autem inter malos dici potest etiam qui optimus non est, comparatione aliorum qui meliores sunt.

a Idem iste gradus & pro eo ponitur quem positivum vocāt. Sic. n. Moschopulus περὶ σχεδῶν pag. 174. τὰ συγκριτικὰ ἀντὶ τῶν ἁπλῶν λαμβάνεσθαι δύνονται, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ τὸ δικαιότερον καὶ ἄρειον ἀντὶ τοῦ δικαίου καὶ καλοῦ· καὶ παρὰ Λιβανίῳ, Σοφύτεροι ἐν λόγῳ· τουτέστι φιλόσοφοι.

CAP. XXIV.

Duodecim prophetas minores non eodem legi ordine apud Græcos ut apud Ebraos.

IN ordine duodecim prophetarum principem locum omnes tribuunt Hoseæ. Ab eo autem secundum Ioelem faciunt Ebræi, tertium Amos, quartum Abdiam, quintum Ionam, sextum Micheam, septimum Nahum, octavum Habacuc, nonum Sophoniam, decimum Haggæum, undecimum Zachariam, duodecimum Malachiam.[a] At lxx. interpretes ab Hosea secundum faciunt Amos, tertium Michæam, quartum Ioel, quintum Abdiam, sextum Ionam, septimum Nahum, octavum Habacuc, nonum Sophoniam, decimum Haggæum, undecimum Zachariam: duodecimum Malachiam. Hoc disertè adfirmat Hieronymus præfatione in Ioelem. sed & procœmio in prophetam Nahum, *juxta* lxx. inquit, *interpretes in ordine prophetarum duodecim, post Ionam Nahum ponitur, quia videntur de eadem urbe prophetare.*

a Hoc ordine recensentur 12. Prophetæ. 4. Esræ. 1. 39. & apud

Tertullianum adverſus Marcionem lib. tertio.
Hoſea, Amos & Micheas, Ioel, Abdias, Ionas,
Atque Nahum, Habacuc, Sophonias, Haggæus,
Zacharias vim paſſus, atque Angelus ipſe Malachi.

CAP. XXV.

Non rectè ſcriptum à Hieronymo per Meſraim & Ægyptium & AEgyptiam ſignificari.

APud Ebræos & AEgyptus, & AEgyptius, & AEgyptia, uno vocabulo nuncupãtur Meſraim. Verba ſunt Hieronymi libro quinto commentariorum ſuper Ieſaiam capite decimo octavo, quæ ſic leguntur in codice manuſcripto:

Apud Ebræos & AEgyptius, & AEgyptus, & AEgyptia, uno vocabulo nuncupantur Meſraim.

quod falſum eſt. Neq; enim AEgyptius Meſraim nuncupatur, ſed Meſri, & Ægyptia Meſrith, & Ægyptij Meſrim. Quod autem per Meſraim nonnunquam ipſi Ægyptij ſignificantur: figura eſt loquendi, ut cùm Iuda ponitur pro ipſis Iudæis, & Ephraim pro Ephraimitis ipſis.

Hoc igitur annotandum duxi, ne quis viri authoritate fretus à vero aberraret.

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER SEXTVS.

CAP. I.

De particula interrogandi. Michæa locus declaratus, & in eo Santis interpretatio defensa.

QVOD nos latinè Quis, Ebræos sua lingua MĒI dicere solitos constat. Estq; annotatum à Camio, particulam illam interrogare de hominibus duntaxat, sonareque ut si dicas, Quis homo? huius autem rei consideratione Michææ locum ex versu quinto capitis primi optimus interpretũ Pagninus olim ita verterat, *Quis fuit causa prævaricationis Iacob?* Sed qui eam translationem postea examinarunt, quasi hoc malè vertisset Pagninus, emendarunt, *Quæ prævaricatio Iacob?* an rectè, viderint; mihi quidem non videtur: & moneo plures alios ejusdem translationis locos eodem modo à correctoribus illis mutatos esse, quos aut nos ipsi aut alij quandoque indicabunt. Quod ad locum Michææ, verbum è verbo sonat, *Quis scelus Iacobi?* & est sensus, quem Santes expressit, *Quis causa sceleris?* Sic mox, *Quis excelsa Iudæ?* vult dicere, Quis causa excelsorum sive altarium Iudæ?

CAP.

CAP. II.

Sacerdotis vocabulum non ſemper functionem Eccleſiaſticam denotare. Hieronymus tacitè notatus.

VErba Hieronymi ſunt Dan. 2. ad locum, Inveni hominē de filiis tranſmigrationis Iuda: *Nota quod de filiis Iuda ſit Daniel, non ſacerdos: ſicut in fine Belis fabula continet.*

Hoc ego cùm his diebus quærerem in ea fabula, non inveni. tamen, ſi quis à me quærat, an Daniel appellari poſſet ſacerdos, dico poſſe: neque pugnat cum illo loco citato. primùm enim non dicit *de tribu Iuda*; ſed de Iudæis deportatis (hoc enim valet, *de filijs tranſmigrationis Iuda*:) qua appellatione veniunt etiam Benjamitæ, ſacerdotes & Levitæ. Hieronymus Ezech 37. exponens verba illa, Scribe ſuper eam Iuda & filios Iſrael.

Dan. 1. 6. dicitur fuiſſe *è ſtirpe Iuda*: & alibi, *è ſemine regio*. Fuit ergo de tribu Iuda, & non de tribu Levi.

Regum narrat hiſtoria ſub Roboam filio Solomonis duodecim tribus fuiſſe diviſas: & duas, hoc eſt Iudam & Benjamin, cum Levitis ac ſacerdotibus ſecutas eſſe Roboam, qui regnavit in Ieruſalem, & regnum ejus appellatum eſt Iuda.

Deinde ſacerdotis vocabulum Ebraicum, quod eſt CHOHEN nonnunquam aliud ſignificat, quàm Latinum, ut 2. Sam. 8. 18. *Et filij David ſacerdotes erant.* hîc enim ſacerdotes intelligimus principes ſummæq; dignitatis homines. ſanè quidem 1. Paralip. 18. 17. verbis minimè ambiguis ſcriptum eſt, *Et filii David, primi ad manum Regis erant.* Thargum filii Vziels, *Sacerdotes, magnates.*

CAP.

CAP. III.

De nomine Tharſis varia autorum ſententia.

VAriant admodum Autores in expoſitione nominis Tharſis: de quo mentio Ion. 1. 3. & alibi. Sunt enim qui Tarſum civitatem Ciliciæ, aut potiùs ipſam Ciliciam intelligũt, ut Ioſephus[a], & Saadias doctor excellens: ſunt qui regionem Indiæ[b]: ſunt qui κατ' ἐξοχὴν[c] id eſt, Karthaginem. Mebaſer Ebræus, ut ab Ezræ filio relatum eſt, urbem Aphricæ fuiſſe tradit eam, quæ nunc Tunes appellatur. Ionathan interpres Chaldæus ipſum mare. Quam opinionem Hieronymus ubique inculcat; ſed mihi minimè omnium probatur. nam quos adducit Scripturæ locos ut doceat Tharſis mare eſſe, iis omnibus alius ſenſus dari poteſt & debet. Benjamin in Itinerario:

Tharſis hodie Malmiſtras dicta, urbs eſt ad mare ſita. diſtat duobus itineribus à Corcos: quæ terræ Edom initium eſt ejus, quæ Armenia vocatur.

a *Ioſeph. Ant. hiſt. lib. 1. cap. 7.*
b *Hiero. in comment. Ieſa. 66.*
c *Lxx. Ieſa. 23. 1. Suidas, Euſtathius, Eucherius & alii.*

CAP. IV.

Declaratus & correctus Hieronymus.

VItioſe eſt apud Hieronymum in decimo commentariorum Ezech. 31. libris à Plantino excuſis:

Et brachium ſive ſemen (quoniam apud Ebræos ſermo Zeroach utrumque ſignificat) requieſcet in umbraculo ejus in medio nationum. Ezec. 31. 17.

neque corrector vitij quicquam hîc ſubeſſe ſuſpicatus eſt, atque ita fuit bardus, ut etiam tribus

literis Ebræis Zai, Res, Ain, quartam Vau addiderit, cum זרוע per Vau ſcriptum ſemen nunquam ſignificet. Sciendum igitur ſemen Ebraicè dici zera: brachium verò zeroa, ultima utrobique Ain. Sed cùm vocales abſunt, ut olim aberant, diſcrimen hoc omnino tollitur: idemque ſermo pro diverſitate lectionis & brachium denotat & ſemen. brachium, ſi legatur zeroa: ſemen, ſi zera. atque hęc haud dubiè cauſa diverſæ interpretationis. Itaque & alibi in eadem voce eodem modo variant interpretes, ut Dan. 11. 31. Quod enim vulgo, *Et brachia ex eo ſtabunt*: alius interpretatus eſt, *& ſemina ex eo ſtabunt*. meminit Hieronymus in commentariis ad eum locum.

CAP. V.

Caput pro ſumma. item validum pro numeroſo.

VTuntur Ebræi capitis vocabulo interdū pro ſumma: unde *tollere caput* frequens apud Moſen, ut Num. 1. 3. *Tolliſe caput totius cœtus.* & Exod. 30. 12. *Cùm tolles caput filiorum Iſrael.* Hujus autem rei ignoratione animadverti locum quendam Davidis, longè aliter acceptum fuiſſe à veteribus, quàm nunc accipiatur. Cùm enim in Pſalm. 139. 17. in verbis illis:

Quàm valida ſunt capita eorum.

alias, invaluerunt.

Hodie peritiores per capita ſummas intelligunt: veterum contrà alii principatus, ut Græci: alii pauperes, ut Hieronymus verbi ambiguitate deceptus, interpretati ſunt. Sed mihi recentior interpre-

pretatio germana videtur. in quo nunquid ipſe me fallam, judicium eſto eorum qui hæc intelligunt. Quando autem ſemel hunc locum in manus ſumpſi, non poſſum ab eo avelli, quin notem verbum illud, *Quàm valida ſunt*, poſitum pro illo, quàm multa ſunt. Validum enim hoc eſt עצם uſurpant Ebræi, & pro multo, ut alibi à nobis explicatum fuit. Talis ſenſus eſt Ierem. 15. 8. *Validiores fuerunt mihi viduæ ejus arena marium*: item Mich. 4. 3. & Zach. 8. 22. גוים עצומים *gentes validæ*. Sic Nah. 3. 9. כוש עצמה *Æthiopia valida* id eſt, numeroſum populum habens.

CAP. VI.

Explicatum quid ſit, primi ad manum regis. manus pro latere.

1. Paralip. 18. 17.

Filij David principes ad manum regis erant.

HOc quid eſſet, non diu, ſed anxiè quærebamus his diebus, & videbatur nobis per manum latus ſignificari, hac ſententia, primi erant circum latus regis. Pro eo eſt apud Samuelem, *Et filij David ſacerdotes erant*: de quo vide quæ ſcripſimus ſuprà capite ſecundo. Manum autem pro latere ſumi novum videri non debet iis, qui has literas triverunt. Hoc modo ſumitur Pſalm. 140. 6. *Expandit rete ad manum orbitæ*: & Proverb. 8. 3. *Ad manum portarum*: & 2. Sam. 15. 2. *Stetit ad manum viæ*: & aliquanto poſt 18. 4. *Ad manum portæ*. Quibus omnibus in locis, *ad manum*, poſitum eſt

Zach. 4. 12. in manu duorum tuborum, id eſt, in latere vel juxta duos tubos. Alij

in ſpatio duorũ tuborum id eſt in medio. Nam pro illo, ad latus, & tantundem valet ac ſi dicas, ſecundum orbitam, juxta portam, ſecus viam, &c. יד *manus* etiam ſpatium deſignat, ut Nehem. 7.4. & Pſal. 104. 24.

CAP. VII.

Cor pro medio.

COr pro medio ponunt, quod cor animantiũ in medio[a] ſit. Exod. 15. 8. *Coagelati ſunt gurgites in corde maris.* Proverb. 30. 19. *Via navis in corde maris.* Ion. 2. 4. *Projeciſti me in profundum in cor marium.* Deut. 4. 11. *uſque ad cor cœli.* Sic etiam Hieronymus locutus eſt præfatione in Michæam: *Ergo quaſi in corde voluminis poſitus, debet profunda continere myſteria.* In corde voluminis, dixit pro in medio voluminis, & intelligit volumen duodecim prophetarum, in cujus medio Michæas propheta. Huc pertinet *cor terræ* ex Matth. 12. 40. ſignificat autem ſepulchrum[b]; non locum damnatorum, ut Hieronymus credidit. verba plana ſunt, Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tres dies & tres noctes: ita erit filius hominis in corde terræ tres dies & tres noctes.

In commẽt Ion. 2. 4.

a Non planè in medio. Nam magis vergit ad ſiniſtram, ut Aben-ezra ſcribit. Sed tamen pro medio uſurpatur. contrà medium pro ipſo corde ponitur, Ierem. 31. 33. *Ponam legem meam in medio eorum.* Apoſtolus hoc dixit Ebræo. 8. 10. εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν: *in mentem eorum.* b Negat non nemo. Quo argumento? *Sepulchrum* inquit, *eſt in ſuperficie terræ: cor in profundiſſimo loco animalis. Imò Chriſti ſepulchrum videtur fuiſſe ſuper terram. Erat enim monumentum excisum in lapide ſuper terram extans.* Hoc argumentum prorſus invalidum eſt. Nam Ezec. 17. Tyrus dicitur ſita in corde maris, cùm tamen

men à continente non procul diſtaret. adhæc falſum eſt Chriſti ſepulchrum, quod è petra exciſum erat, ſuper terram exſtitiſſe. Quis enim rupes & petras terræ partes eſſe unquam negarit?

CAP. VIII.

Loci aliquot è libro de nominibus Ebraicis emendati & illuſtrati.

CAput hoc dabo libro de nominibus Ebraicis, cui locis aliquot faciam lucem & ſimul medicinam. In Azotus de Ieſu nave.

Aſdodij, gens patrui mei.

Lege, *ignis patrui mei.* ES ignis: DOD patruus. In Azotus de Actis Apoſtolorum: *Azotus Ebraicè vocatur Aſdod, & ſecundum priſtinum nomen etymologiam habet ignis patruelis.* In comment. Amos. 1. *Azotus, id eſt, Aſdod, ignem uberis ſive patrui: licet quidam* DOR *pro* DOD *male legentes ignem generationis putent.* In Aſcalon de Actis Apoſtolorum:

Ignis inſanus.

emendo, *ignis infamis.* ES, ignis: CALON, infamia. emendatio certa. In Aſcalon de Ieſu nave: *Aſcalon, appenſa, vel ignis infamis.* Sed Amos 1. *Aſcalon, ignis homicida.* In Accaron de Ieſu nave:

eruditio triſtitiæ, vel, ſterilitas,

Vera lectio: *eradicatio triſtitiæ.* In commentariis Amos 1. *Accaron,* ἐκρίζωσις, *id eſt, ſterilitas, &* ἐκριζοῦν, *quod interpretatur eradicatio.* In Raab de epiſtola ad Ebræos:

ſi per beth latitudinem.

Vnius litteræ immutatione emergit ſe veritas le-

ctionis, *ſi per heth latitudinem* : nam RAHAB per heth latitudo: nihil verius. In Seſac nominibus de Ieremia:

byſſus ſaxeus, ſive manus ſacci.

Libri meliores, *ſacceus, ſive manus ſacci.* puto legendum, *ſacceus, ſive mavis ſacci.* SES, byſſus. SAC, ſaccus.

CAP. IX.

Vulgatam tranſlationem Græcam non eſſe LXX. *interpretum, contrà quàm olim exiſtimatum fuit.*

TRanſlatio ea, quæ vulgo apud Græcos habetur, quin lxx. interpretum non ſit, nemini hodie dubium eſſe arbitror. Nam ſi nihil aliud, innumeri in ea loci ſunt, qui arguunt magnam imperitiam ſermonis Ebraici. ſed & negligentiam ſingularem in legendo, & oſcitantiam tantis viris indignam, qui in ea editione non videt, nihil videt. Etſi Euſebius Hieronymus paſsim in monumentis ſuis eam ſeptuagintùa interpretibus attribuere videtur. Nos quoque cùm aliquid inde proferimus uſitato magis quàm vero nomine utimur, exemplo videlicet Hieronymi, quem ſuſpicamur, licet crederet interpretationem eam à viris illis elaboratam minimè fuiſſe, ne offenderet Græcos, voluiſſe tamen recepto nomine ſemper appellare. Certè quin dubitaverit ſuper iiſdem authoribus, nihil dubitamus. Nam vel hoc nos in ea opinione confirmat, quod ſcribat Ioſephum, omnemque adeò ſcholam Iudæorum quinque tantùm libros Moſis

Moſis à ſeptuaginta interpretibus tranſlatos eſſe aſſerere. Scribit autem hoc non ſemel; ſed ſæpius, ut Ezech. 5. pag. 343. & pag. 371. & 372. & Mich. 2. pag. 150. libris Antverpiæ vulgatis.

CAP. X.

Loci duo ex libro hymnorum, qui inter ſe pugnare videntur, conciliati.

NEgat David narrari poſſe à quoquã omnem laudem Dei: & idem tamen ait, *Enarrabo omnem laudem tuam in portis filiæ Sion.* nimirum quia aliud laudare Deum ob ea quæ fecit univerſo populo ſuo, aliud laudare ob ea quę nobis ſingulis fecit. Quæ populo ſuo fecit, ea infinita ſunt, nec oratione à quoquam explicari poſſunt; quam in partem valent ea verba, Pſal. 106. 2. *Quis auditam faciet omnem laudem tuam?* Poſterior ſententia eſt in iis verbis, quæ habentur Pſal. 9. *Enarrabo omnem laudem tuam.* Loquitur enim ibi de factis Dei laudandis erga ſe: atque hoc modo hos duos locos conciliat doctiſsimus Ebræorum David Camius, in commentariis ſuper pſalmum 106.

CAP. XI.

Loci alij ejuſdem generis conciliati.

NEgat Stephanus protomartyr altiſsimum habitare in templis manufactis. & tamen ipſe Deus ait apud Davidem, *Hæc eſt requies mea in ſeculum ſeculi.* item templum vocatur domus Dei: nimirum propter cultum divinum & arcam fœ-

deris, quæ ſignificabat præſentiam Dei in terris. Itaque ſæpe Dei nomine venit, ut cùm dicitur, *Deus venit in caſtra.* alioqui ipſa divinitas, quod Stephanus voluit, nullo loco circumſcribi poteſt, nedum templo. Quam ob cauſam etiam *locus* vocatur, quod cùm omnia contineat, nullo tamen loco contineri poſsit.

MACOM. *Vide quæſt. lib. 2. quæſt. 61.*

CAP. XII.

Ioſephi error, quem erravit in nomine Habel.

VIdetur Ioſephus nō ſemper inſpexiſſe Ebræorum libros, cùm Ebraica nomina exponere vellet: ſed interdum ex corrupta ſcriptura Græca, quædam non ſatis bene expoſuiſſe. Quale eſt quod Antiq. hiſto. lib. 1. cap. 3. Habel ait ματαιότης ſignificare. nempe ut opinor, quia in Græcorum libris ſcriptum hoc nomen repperit ſine aſpiratione Abel. itaque & ipſe eodem modo ſcribit, cùm ſit ſcribendum Habel ſiue Hebel ex libris Ebræis, qui omnes ſine ulla varietate hoc nomen adſpirant. Quanquam & illud fieri poteſt, Ioſephum in eo loco corruptum eſſe: quod eo magis credo, quoniam apud Ruffinum veterem ejus interpretem non luctus ſcribitur, ut in Græco; ſed ita, *Abel verò ſecundus, quod ſignificat nihil hoc.* Mirum autem non eſt neque inuſitatum magnorum virorum ſcripta interdum eo modo corrumpi ſolere. Porrò Hebel, id eſt, vanitas.

CAP. XIII.

De tribus nominibus ſenectutis eorumq; differentiis.

Triplex

TRiplex ſenectus apud Ebræos, prima, media, & ultima. Prima vocatur ZICNA, media SEBA, in ultima eſt IASIS, quem Græci ἰσχατογήρων vocant: nos decrepitum, aut ſilicernium. Itaque Camius SEBA ait eſſe plus quàm ZECNA: IASIS autem dici in extremo ſenectutis tempore. quod quidem ita eſſe, exempla quæ mox adducam, clarè demonſtrant, ut ſi quis contra ſentiat, fœnum eſſe oporteat. Sed prius adducam locum ex jure Ebræorum videlicet ex Avoth: ubi ita ſcriptum eſt,

Natus ſexaginta annos ad ſenectutem,
Natus ſeptuaginta annos ad canitiem.

Cujus ſententiæ autorem laudant quendam Rabbi Bagbag: quod compendio literarum ſonat ut ſi dicas, filius proſelyti, filius proſelytę: ſed ad rem. Interdum nomen ZICNA patet latiùs, ita ut complectatur reliquas duas ſenectutes. ſed cùm propriè accipitur, tum apertè diſtinguitur à media, ut 1. Sam. 12. 2. *Ego ſenui & incanui*: ab ultima, ut 1. Paralip. 36. 7. *ſeni & decrepito*. Eſt ubi media ſenectus ab extrema diſtinguitur, ut Iob. 15. 10. *Canus & decrepitus*. Sciendum tamen quòd qui olim libros Ebræorum latinos fecit, nonnunquam hæc confundat: idque ea licentia, qua Ebræi reliquas ſenectutes aliquando primæ ſenectutis vocabulo ſimpliciter appellant, ut 1. Reg. 14. 4. *At ille non poterat videre, quia caligaverant oculi ejus præ ſenectute.* hîc enim in Ebræo ponitur SEBA, quod eſt propriè mediæ ſenectu-

tis vocabulum, ut diximus.

CAP. XIV.

Quid scabellum pedum Dei.

SCabellum pedum Dei, videtur David appellare montem Sion, ut opinor propter arcam fœderis, quæ in eo monte erat. Psalmo enim nonagesimo nono cùm dixisset, *Adorate scabellum pedum eius*; paucis versibus post, quasi se ipse explicans ait, *Adorate montem sanctitatis ejus*. Quidam tamen prius dictum de ipsa arca accipiunt, ut Nicolaus: alii de Sanctuario, ut interpres Chaldæus, & David Camius. Nonnunquam scabellum pedum Dei ipsa terra dicitur, ut in illo: *Cœlum mihi thronus est; terra autem scabellum pedum meorum*. eleganter: terra enim quasi sub pedibus divinitatis subjecta est.

CAP. XV.

Cur Ierosolyma nuncupetur civitas Dei.

HOnorifica de te dicuntur civitas Dei, verba sunt Davidis de Ierosolyma psal. 87, 3. Tribus autem de causis intelligi potest Ierosolyma civitas Dei, aut quoniam in ea Deus habitabat. Nam in urbe templum, & in templo arca, sedes Dei in terra. Aut *civitas Dei* valet proverbiali sermone civitas ampla, ut *cedri Dei*. quale & illud Homeri λακιδαίμονα δῖαν. Aut dicta eo modo, quia divinitas purè καὶ μὴ κιβδήλως ibi colebatur. Ex hac causa dictum quoque accipio, *Ascendit gens contra ter-*

ra terram meam, de Iudæa in persona Dei Ioel. 1. 4.

CAP. XVI.

Potentia pro Deo.

INter epitheta Dei observo & nomen potentiæ, quod Græci significatiùs dicunt ἡ δύναμις: unde, *videbitis filium hominis sedentem à dextris potentiæ*, notatum & explicatum à me anteà ex Mar. 14. 62. Translatus autem videtur hic loquendi modus ex Ebræo; quod est HAEL. nam EL, id est, potentia. Magistri tamen HAGEBVRA dixerunt, unde credi potest etiam sumptum. Hujus nominis exempla duo sunt apud Eliam: unum est, *Ex ore potentiæ audivimus ea*: alterum, *I, & consule potentiam.* In his enim duobus locis Ebraicè est HAGEBVRA. & admonet Elias perpetuò lectum cum articulo HA, ut si Græcè dicas ἡ δύναμις, quem articulum latinus sermo non exprimit.

CAP. XVII.

Coram Domino positum videri apud Davidem, pro, in æternum.

APud Davidem in centesimo secundo versu nono supra vigesimum:

Semen eorum coram te firmabitur.

Cùm eum locum explicaremus, quærebamus quid esset *coram te.* neque enim interpretes id clarè explicant. Græcos excipio, qui verterunt εἰς τὸν αἰῶνα. ex quo autor nostræ vulgariæ, *in seculum*: rectissimè. Elegans & antiqua dictio in hoc sensu.

Sic idem David 72. 5. *Timebunt te cum sole & coram luna.* & vers. 17. *Ante solem perseverabit nomen ejus.* vide lib. 2. Quæst. 49.

CAP. XVIII.

De sensu particulæ, Ex tunc.

QVæsitum est quid, *ex tunc*, significaret his locis:

Psalm. 93. 2. *Firmum solium tuum ex tunc.* & *Proverb.* 8. 22. *Dominus condidit me initio viæ suæ ante opera sua ex tunc* [a].

& crediderim ibi tantundem valere, ac si scriptum esset, ab æterno. Nam quia tunc nullum certum tempus definit, ideo positum, *ex tunc*, pro, ab æterno. Idque significare voluisse Hieronymum existimo, cùm verteret in Solomone, *à principio:* quæ eadem declaratio est in libris antiquis Chaldæorum. Quanquam in Davide idem Hieronymus interpretatur, *ex tunc*: & Græci ἀπὸ τότε servato Ebraismo; quem interpres Chaldæus, ut suprà, exposuit, *à principio.* Igitur *ex tunc* aliud nihil est quàm à principio, vel quod idem, ab æterno: & frustrà sunt, qui alias expositiones nescio quas comminiscuntur.

[a] Tremellius vertit *ante tunc*, & explicat, ante ullum tempus.

CAP. XIX.

Quam sint multa glossemata in bibliis Græcis. ejus rei causa observata.

Notum

NOtum est Adamantiũ plures editiones Græcas simul edidisse, easque per columnas distinxisse, titulumque Exapla fecisse à numero columnarum. ex iis modò singulares voces, modò dimidiati versus, modò etiam integræ periodi in editione vulgata, qua hodie utimur, remanserunt. Tale est quod apud Iesaiam nescio quo in loco legitur ἰσχύων καὶ γίγας. cùm enim Ebræus tantùm legat GIBBOR, quis neget alterutrum alicunde superesse? puto autem vulgatæ editionis esse γίγας, cujus autor amat verbum Ebræum eo modo trãsferre. Sic in libro de proverbiis capite nono hujus hemistichii, *Qui arguit improbum ei maculæ est*; duæ interpretationes apud Græcos scriptæ inveniuntur: quarum prior, ἐλέγχων δὲ τὸν ἀσεβῆ, μωμήσεται ἑαυτόν· altera, οἱ δὲ ἔλεγχοι τῷ ἀσεβεῖ, μώλωπες αὐτῷ. quod ita perspicuum est, ut amplius ea de re quærendum non sit.

Integri versus exemplum habetur Proverb. 15. 18. singularum dictionum Gen. 3. 14. על גחנך ἐπὶ τῷ στήθει σου καὶ τῇ κοιλίᾳ: & 14. 8. אדני יהוה δέσποτα κύριε θεὲ: & vers. 13. ועניאותם καὶ κακώσουσιν αὐτοὺς καὶ ταπεινώσουσιν αὐτούς. Rursus Gen. 17. 14. ἐξολοθρευθήσεται καὶ ἀφανισθήσεται.

CAP. XX.

De etymo nominis κήδαρ. atque inibi declaratum quid sit, Habitavi cum tabernaculis Cedar.

RIsi nuper magnum etymologicum legens, cũ in ea quæ ibi de κήδαρ scripta sunt, incidissem. hæc enim illius libri verba sunt, κήδαρ τὸ σκοτεινὸν, παρὰ τὸ κήδω, τὸ κοιμῶμαι. Quid ineptius? nam sciendum

Cedar verbum Ebraicum esse; & non Græcum. Quapropter ratio nominis petenda est ab iis quorum verbum est: neque Græci Grammatici in hujusmodi rebus audiendi sunt. & alioqui natio hæc vanissima semper fuit, & in fingendis etymologiis audacissima, ut etiam nomina Ebræa revocare ad origines suæ linguæ non sint veriti. Cæterùm Cedar, à quo Cedareni, quos posterior ætas Saracenos appellavit, regio est Arabiæ; sic appellata à Cedar uno ex filiis Ismael. significat autem nigredinem. Quo fit ut per tabernacula Cedar, de quibus legitur in odis Davidicis, *Væ mihi quod habitaverim cum tabernaculis Cedar*, proverbiali quodam sermone denotari putem homines improbos ac sceleratos, nimirum ut Æthiopas appellamus eos qui tales sunt.

CAP. LXXI.

Iesaiæ versus Ebraicus adductus ex Hieronymo & correctus.

Libet huic loco attexere versum Ebraicum ex secundo capite Iesaiæ prophetæ; quem reperi in manuscriptis Hieronymi satis corruptum. Nemo autem, ut puto, infitiabitur eum à me rectè & verè ad antiquam consuetudinem emendatum esse. Est autem hic:

HEDLV LACHEM MEN HAADAM ESER NASAMA BAAFFO CHI BAMMA NESAB HV.

Pauca quædam mutavi. HEDAL enim in manu scripto-

scripto legitur; non HEDLV: & BAAFFOCHI, ubi scripsi BAAFFO CHI: & NESAPHV, pro NESAB HV: & BAMA, non BAMMA, sed hoc posterius verum esse ostendunt ea quę sequuntur:

Si voluerimus legere, in quo, dicimus BAMMA: *Vide suprà 4.10.*
Sin autem excelsum vel excelsus, dicimus BAMA.

In NESAB autem ex antiqua consuetudine elisa est aspiratio heth & una vocalis ejus, cùm integrum sit NEHESAB.

CAP. XXII.

Restituti ex bibliis Græcis loci duo, in quibus librarii nomina Ebraica corruperunt.

A Græcis librariis peccatum est in nominibus Ebraicis, cùm alias sæpe, tum verò maximè, cùm subsequentis vocis prima littera consonans, eadem esset cum ultima vocis præcedentis. Itaque in quarto Regum, capite 3, versu 4. ubi legitur, Μωσὰ βασιλεὺς Μωὰβ ἦν ὠκηδ, legendum monui ἦν νωκήδ. & Amos 1.1. pro ἐν ἀκκαρείμ audacter reposui ἐν ἐκκαρείμ lib. 1. Quæst. 80. Similiter Abdiæ 20. ubi vulgo ita legitur, καὶ ἡ μετοικησία Ιερουσαλὴμ ἕως ἀφαρὰθ, non habeo dubium quin legendum sit ἕως σαφαράθ. sicuti paulò antè ubi scriptum libris Basileæ & ab Aldo impressis ἕως ἀρεφθῶν, legendum omnino ἕως σαρεφθῶν, vel ex Complutensi, ubi ἕως σαρήπτων. atque hæc notare debent, quicunq; operam suam conferent ad sananda vulnera editionis illius.

CAP. XXIII.

Detectum Theodoreti quoddam ἁμάρτημα.

LEvicula menda, immò unius literulę erratum, interdum magnis ingeniis magnas offundit tenebras. Quod & sæpe aliàs animadverti, & nuper cùm Theodoreti in Genesim Quæstiones evolverem: in quarum initio illud peccatum statim offendi quod jam apponam. Quæst. 25.

Εδὲμ οἱ μὲν τὸν παράδεισον αὐτὸν λέγεσθαι φασίν· οὐ τὸν τόπον ἐν ᾧ καὶ ὁ παράδεισος ἦν, ὅθεν καὶ ὁ Ἀδὰμ ἐπλάσθη, καὶ Ἀδὰμ ἐκ τοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἐν Εδὲμ γεγενῆσθαι προσηγορεύθη. Εδὲμ γὰρ τὸ πυῤῥόν.

In quibus verbis id apertè falsum est, quòd primum parentem nostrum Adamum dicat appellatum esse ab Eden loco in quo plantatus olim paradisus. Neq; enim Edem dicimus locum illum, sed Eden ultima n. sed imposuit scilicet viro eruditissimo pravitas scripturæ, quæ in libris omnibus Græcis Genes. 2. καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Εδὲμ, ubi haud dubiè legendum ἐν Εδὲν ex libris Ebræis. Quocirca quam nos operam posuimus aut ponemus posthac in emendandis veterum editionibus, eam minimè culpare debetis ut levem aut inutilę, cùm nulla sit tam pusilla menda, quam non magni interfit ex libris illis tolli aut corrigi.

CAP. XXIV.

De quodam Davidis loco adversus sententiam vulgo receptam, disputatum.

EXistimo apud Davidem ubi ait:

ps. 104. 17. *Erodij abietes domus ejus.*

non rectè exponi ab interpretibus, *domus*, id est, nidus

nidus. Nam etsi nidi avium in arboribus: tamen non rectè, meo judicio, arbores dicuntur nidi, nisi si positum abietes, pro, in abietibus. Figura loquendi ut, *copia cibi novalis pauperum*. Alioqui domus pro nido non est insolens, ut 48.4. *Etiam passer invenit domum ſuam*. sed prior sententia placet. Sic Virgilius Georg. 2.

Antiquaſq; domos avium cum ſtirpibus imis
Eruit.

CAP. XXV.

Etymon nominis עת. *A tempore nihil corrumpi.*

TEmporis nomẽ Ebraicum, quod est עת præceptor meus vir magnæ diligentiæ à עוּת deducebat, propterea quod tempus omnia consumeret & perverteret, juxta illud Ovidii:

Tempus edax rerum, tuq; invidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis.

Contra hanc sententiam illud adferri potest quod additis pronominibus, quæ affixa vocant, & in numero multitudinis faciant עִתּוֹ *tempus ejus*, עִתְּךָ *tempus tuum*, עִתִּים *tempora*. Tum etiam illud à tempore nihil perverti. Cùm enim quantitas sit, nihil agit. Sanè Ouidius eo in loco, quem adduxi, ex usu locutus est, non ex rei veritate. Sic enim loqui vulgo solemus, ut affirmat Aristoteles in quarto Physicorũ. Rectè tamen dicimus tempore omnia corrumpi. Nam omnia fiunt in tempore. Sic dico in tempore omnia corrumpuntur, non à tempore.

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER SEPTIMVS.

CAP. I.

Epiphanius leviter correctus. Locus quidam Solomonis adversus sententiam Arrij explicatus.

FVI his diebus in Epiphanii Ancorato. in eo offendi καναί pro κανανί· levem mendam. verba sunt Ebraica quæ citat è Proverbiis Solomonis Ἀδωναΐ κανανί· quæ Græci transferunt, Κύριος ἔκτισέ με, id est, *Dominus creavit me*: Aquila, Κύριος ἐκτήσατό με. id est, *Dominus acquisivit me*. Cæterùm prioris interpretationis testimonio, tanquam ariete, usus est olim Arrius ad subvertendam catholicam sententiam. Sed eum arietē ita repellit Epiphanius, ut dicat verbum κανανὶ significare, *acquisivit me*; & non, *creavit me*. hoc verum est. Sed quod subnectit τὸ γὰρ ἀδωναΐ κανανὶ καὶ οὕτω δύναται ἑρμηνεύεσθαι, Κύριος, ἐνόσσευσέ με vanū videtur, & profectò ita est, nisi legamus apud Solomonem καννανὶ N geminata, ut sit verbū à KEN voce, quæ νοσσίαν, id est nidum denotat.

a Vtitur hoc verbo Siracides cap. 1. vers. 13, μετὰ ἀνθρώπων θεμέλιον ἐνόσσευσε. Est autem νεοσσὸς pullus. vnde νεοσσεύειν & extrita littera νοσσεύειν excludere pullum, gignere, edere.

CAP.

CAP II.

Locum ex Euangelio Lucæ, quo Christus fleviſſe dicitur, veteribus exẽplaribus ab orthodoxis eraſum fuiſſe.

INeodem Ancorato, ut probet in Chriſto humanas affectiones || fuiſſe, quas Græci πάθη vocãt, ait: ἀλλὰ ἓ ἴκλαυσε κεῖται ἐν τῷ κατὰ Λοῦκαν εὐαγγελίῳ καὶ τοῖς ἀδιαφθόροις ἀντιγράφοις. niſi animi fallor, in mẽte habuit ea verba, quę leguntur Lucæ 19.41. quibus & ſanctum Irenæum teſtimonii vice uſum ait adverſus eos, qui Chriſtum δοκήσει tantùm πεφυκέναι aſſerebant. addit deinde, ὀρθόδοξοι ἐφείλαντο τὸ ῥητὸν φοβηθέντες καὶ μὴ νοήσαντες αὐτοῦ τὸ τέλος καὶ τὸ ἰσχυρότατον. Vnde colligo ætate Epiphanii ea verba, quę ſuperius adduxi, deſiderata fuiſſe Euangelio Lucę: quę tamen hodie leguntur in omnibus exemplaribus Græcis. & apud Syrũ quoq; noſtrumq́; interpretẽ latinum veterem. Mirum autem quid orthodoxis viſum ea eradere, cùm in Euangelio Iohannis ſcriptum ſit ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς, Iohan. 11.35. Vt enim hic ἐδάκρυσεν; ita apud Lucam ſcilicet eſſe ἴκλαυσεν nam vis utriuſque verbi eadem, eadem ſignificatio.

|| Perturbationes vocat Cicero in tertio de finibus.

CAP. III.

Verbum ſaporis eleganter transferri ad mentem.

VT apud Comicum latinum mulier impudica quæ eſt, cor non habere dicitur: ita Solomo dixit, *mulier pulchra, eademq́; recedens à mente*, Proverb. 11.22. in quo duplex metaphora. Prior eſt in verbo recedendi, quæ ſumpta (videtur certè) à vinis acidis: altera in voce mentis, quæ

Ebraicè in hoc loco TAAM dicitur, media Ain. Est autē טַעַם propriè gustus, sapor: recteq; Epiphanius in Ancorato νοῦς μὲν ῥήματα διακρίνει, λάρυγξ δὲ σῖτα γεύεται. ut enim gustu cibos: ita mente res discernimus. Sic accipitur apud Davidem in illo, *Cùm mutaret* טַעְמוֹ *saporem suum*: quod vertunt *mentem suam*: & est sensus, cùm se amentem simularet. Ex hac ratione est *gustare* pro intelligere, ut, *Gustate quàm bonus sit Dominus*: &, *Gustavit quod bona esset negotiatio*: quorum posterius invenies Proverb. 31. 15. prius ubi ubi sit, certè in alterutro testamentorum reperiri scio. imo in utroq; reperitur

Psal. 34. 9. 1 Pet 2. 3.

a Mulier à qua *sapor* recessit, id est, insipida: vel quæ recessit à *sapore*, id est, à sapientia. affine est apud Tertul. in de resurrectione carnis, *substātia sapor* pro mente vel sapientia, ut Beatus explicat. Idem Tertul. *passionis saporem* dixit, pro sensu vel perceptione aut degustatione: contra Marc. lib. 2.

CAP. IV.

Diversum de ordine mensis Adar dixisse Iosephum in libris antiquitatum.

MEnsem Adar in ordine mensium undecimū esse, & à Macedonibus Dystrū dici, Flavius Iosephus in historia antiqua scriptum reliquit. Verba ex ea historia sunt libro 11. capite quarto. Τοῦ δ' ἐννάτου τῆς Δαρείου βασιλείας ἔτους εἰκάδι καὶ τρίτῃ μενὸς ἐν δεκάτου, ὃς καλεῖται παρ' ἡμῖν μὲν Ἀδαρ, παρὰ δὲ Μακεδόσιν δύστρος. Idem autem eundem mensem duodecimū appellat ejusdem libri cap. 6. in hunc modum scribens, καὶ γάμον αὐτῆς ποιεῖ τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ ἑβδόμου ἔτους τῆς αὐτοῦ βασι-

βασιλείας Αδέρῳ καλουμένῳ. Ea nos dissensio atque diversitas cùm agitaret nobilissimi historici, placuit adire ad libros Ebræorum: quibus inspectis censuimus priorem locum, si non corruptum,[a] certè falsum & à vero alienum esse. sic enim disertè scriptum offendimus in historia Estheræ capite tertio versu septimo: *Mensis duodecimus, id est, mēsis Adar.* Et 1. Mach. 16. 14. ἐν μηνὶ ἑνδεκάτῳ οὗτος ὁ μὴν Σαβάτ: *mense undecimo, qui Sabat vocatur.* Sed & Dystrum mensium ultimum esse, cùm ξανθικὸς, qui respondet ex parte Aprili nostro[b], primus sit, satis mihi autor Suidas, ita scribens, Δύστρος ὁ Μάρτιος μὴν παρὰ Μακεδόσιν.

a Nec corruptus est, nec falsus, si credimus Scaligero in iis quæ scribit de anno Hircani. Nam Iar, qui alioqui secundus est in anno sacro, caput est illius anni, ut ait, hoc est primus mensium, & à quo annus ille incipit. Ita sanè Adar erit undecimus, qui aliàs est duodecimus. idem Iosephus, inquit, Tebeth mensem nonum vocat & Thammuz tertium. Hoc scribit in quinto de emend. temporum. b Macarius homil. 5. μὴν πρῶτος ξανθικὸς, ὁ καλούμενος ἀπρίλλιος. Hunc Ebræi Nisan vocant. Iosephus Orig. lib. 1. cap. 4. Μωυσῆς τὸν Νισὰν, ὅς ἐστι ξανθικὸς μὴν πρῶτον ἐπὶ ταῖς ἑορταῖς ὥρισεν.

CAP. V.

Voces quorundam animalium propria: quid MASAC.

LAudatur à Grammaticis Dones Labrati filius, cui nescio an credendum enumeranti voces aliquot animantium, ut ערג sit cervorum, שקק ursorum, שאג & נהם leonum, נהק onagrorum, צרח luporum, נבח canum, צהל equorum, געה

boum, צפצף avium, בעה vaccarum. Iustus Iehielides ſcribit בעה ovium vocis proprium eſſe, ut געה boum, & נער camelorũ. Quærenti olim quid eſſet MASAC reſpondi ex lexico Thalmudico: MOSEC [a] qui olivas legit. verbum proprium in olea, ut OREH in ficu: GODER in palma: COSER in meſſe: BOSER in vindemia. verbum ARAH eo ſignificatu reperies in Gemara capite, haſſocher eth haphoalim.

a Varro in quarto de lingua Latina legulum vocat, ita inquiens, *Legulus, qui oleas legit*, &c.

CAP. VI.

Caro pro homine: pro animante.

CArnem pro homine poni, ſi non eſſet maximè, perſpicuum fieret ex verbis Auguſtini, quæ ſcripſit ad locum Iohannis, *verbum caro factum eſt*: *Carnem*, inquit, *hoc in loco hominem debemus accipere, à parte totum ſignificante locutione.* & alibi, *omnẽ carnem dixit omnem hominem, à parte totum ſignificãs.* fruſtrà ergo Apollinaris [a] ex eo probare nititur Chriſtum animam non habuiſſe, cùm caro totum hominem, id eſt, & corpus & animam comprehendat. Sic accipitur & pſal. 56. 5. *Quid mihi faciat caro*: & 64. 3. *Ad te omnis caro veniet*: & Ioel. 3. 1. *Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem*: & Galat 2. 16. *Non juſtificabitur ex operibus legis omnis caro*, id eſt, omnis homo. Interdum autem nomen carnis latiùs accipitur, ut Gen. 6. 17. *Delebo omnem carnem*. Caro enim nunc valet, ut ſi dicere

a Tract. 10. in Iohan. cap. 17. ad locũ *Dediſti ei poteſtatem omnis carnis.*

diceret, omne animans; sicut apud Davidem psal. 136. 25. *Qui dat panem omni carni.*

a A quo Apollinaristæ dicti. Augustinus contra sermonem Arrianorum cap. 5. *Hæc dicentes volunt intelligi quia humanam carnem sine humana anima Christus assumpserit. Quæ propria hæresis Apollinaristarum est.* Idem tract. 48. in Iohan. *Apollinaristæ hæretici dicti sunt, quia ausi sunt dogmatizare quod Christus nõ sit nisi verbum & caro & animâ humanam non eum assumpsisse contendunt. Nam & aliqui eorum fuisse in Christo animam negare non potuerunt.* Vide sequentia.

CAP. VII.

Quomodo Basilius exposuerit verbum περπερεύεσθαι.

QVod apud veterem interpretem, non agit perperam: in Græco legitur οὐ περπερεύεται. 1. Corinth. 13. 4. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται. Ceterùm variè hoc verbum ab interpretibus exponitur. Alii exponunt, *non est inconstans*; alii, *non adulatur*; alii aliter [a]. Sed mea sententia nemo meliùs exposuit magno Basilio: cujus verba prout citantur à patribus, qui secundo Nicææ convenerunt, Canone, ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἄνδρα ἱματίοις πολυτελέσιν ἀμφιέννυσθαι, hæc sunt:

πᾶν γὰρ ὁ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται, περπερίας ἔχει κατηγορίαν. ὡς ὁ μέγας ἔφη βασίλειος.

a *Non protervum facit* Tertul. in lib. de patientia, cap. 12. *non est procax*, Erasmus. *non extollit aut ostentat se*, Scholia Græca. Ceterùm usurpat hoc verbum M. Tullius in primo ad Atticum, *Quomodo* ἐνεπερπερασάμην, id est, interprete Victorio, *me ostentavi & quasi juveniliter jactavi, omnibus adhibitis fucis & ornamentis orationi meæ tanquum exultavi & placere illi studui.* Plura de hac voce ejusque origine Suidas: quem vide, si vis & si vacat.

CAP. VIII.

De etymo nominis Karthago.

QVæ de etymo Karthaginis homo eruditus ſcripſit: *Karthago à Kartha deduci videtur, vocabulo ex taurino tergore derivato.* folia farferi ſunt & nugæ meræ. Qua enim lingua, quóve in populo tergum taurinum Kartha vocatur? mirum unde hoc hauſerit. Sed ille bona fide ſcripſit quod neſcivit. Nos veritatem etymi quæſivimus in Syria, unde domo, qui hanc urbem primi condiderunt. Apud Solinum cap. 30.

Quæ ſuper Karthagine veraces libri prodiderunt, hoc loco reddam. urbem iſtam, ut Cato in oratione ſenatoria autumat, cùm rex Hiarbas rerum in Libya potiretur, Eliſſa mulier exſtruxit domo Phœnix, & Karthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam.

Dicit Karthaginem prius dictã fuiſſe Karthadam: rectè. id ſonat, civitatem novam. Kartha, civitas; HADA, nova. eſt autem HADA pro HADATH, cui ſimile ut Sabba Sabbath. Nam moris apud Syros abjicere Thau ſyllaba ultima. Hunc morem imitati ſunt Græci in Golia & ſimilibus nominibus. In Karthada agnoſco etiam morem, quo Syri iidem dicunt Soda pro Sohada, id eſt, munus, morem à me ſæpiculè notatum. Sequitur in Solino. *Mox ſermone verſo in verbum Punicum Karthago dicta eſt.* Acetum dentibus meis quod ait, ſermone verſo in verbum Punicum. Quid? an quod novum

novum eſt, id Pœni lingua ſua dicunt Ago? fortè Karthago appellata quaſi Carthada, D in G mutante & A in O. Nam de facili hæ vocales permutantur. Aut dicta Karthago per apocopen, quaſi Karthachada, mutatione CH in G. Apud Stephanum inter alia nomina hujus urbis reperio κρινὴ πόλις. alioqui Karthago Græcis Καρχηδὼν, quaſi Καρθαχηδών. in quo χ pro heth ex more: & eliſa ſyllaba, ut fit in compoſitionibus, ita conjicio. puto autem conjecturam meam non omnino vanam eſſe.

CAP. IX.

Verbum uro de frigore uſurpatum.

PSalm. 121. 6. interpretatione, qua vulgo utimur; *Per diem ſol non uret te, neque luna per noctem.* Quæ interpres cõvertit ex Græco ὁ συγκαύσει. Sed vidi qui hanc interpretationem vehementer reprehenderent, quod ſequeretur, neque luna per noctem. Siquidem luna frigore nocet; non urit, quod caloris verbum eſt, ut ipſi dicebant. Itaque emendabant ex Ebræo, non feriet te, quod tam ad lunam quàm ad ſolem pertinet. & rectè, hi quidē ſi nativam ac primigeniam verbi Ebraici ſignificationem ſpectemus. verùm ſi ad ſenſum reſpicimus, pluma non intereſt, hoc an illo modo locus Davidis transferatur. nam quia non diſſimilis vis caloris & frigoris, ideo urendi verbo utimur etiam in frigore. Itaque poëtarum neſcio quis:

Aut Borea, inquit, *penetrabile frigus adurat.*

Et Tertul. in carmine ad Senatorem:

Omne quod eſt nimium contra cadit, unum operũtur
Et calor & frigus; ſic hoc ſic illud adurit.
Sic tenebræ viſum, ſic ſol contrarius aufert.

Sed & vulgò ita loquimur cùm dicimus arbores nocturno frigore aduſtas eſſe. Quare non dubito quod in libris quibuſdam vulgatis Geneſ. 31. 40, *die noctuq; æſtu urgebar & gelu*, quin meliùs omnino ſit in veteribus, *æſtu urebar & gelu*: quàm lectionem valdè firmat nota quæ in gloſſa ordinaria ad hunc locum, *æſtu urebar & gelu: unus effectus eſt caloris & frigoris.*

CAP. X.

Quid apud Davidem, Percuſſum eſt ut herba cor meum.

VErba ſunt Davidis Pſal. 102. 5.

Percuſſum eſt ut herba & aruit cor meum.

Quæ Ebræi exponunt de humore nativo, qui dolore ac mœſtitia nimium quantum exſiccatur, juxta illud; *Spiritus triſtis exſiccat oſſa.* Porrò eum humorem exiſtimãt ſignificari vocabulo cordis. ego veterum interpretum ſententiam contemnẽdam non puto, ut illud, *cor meum percuſſum eſt*, accipiatur pro illo [a], ego percuſſus ſum, & ſit ſenſus, Qualis herba ſole aduſta: ſic ego miſera ærumna contabui. Sic enim lxx. interpretes hunc locum convertunt: πεπλήγη ὡσεὶ χόρτος καὶ ἐξηράνθη ἡ καρδία μου. id eſt, *percuſſus ſum ut herba & aruit cor meum.* Percutere autem eſt urere, ut in illo, *Per diem ſol non percutiet te.* Quod ad genus loquendi, *Per-*

[a] Pſal. 121. 6.

cuſſum

cuſsum eſt cor meum, ei ſimile exſtat apud Ennium his verſibus:

Annibal audaci dum pectore dehortatur
Ne bellum faciam, quem credidit eſſe meum cor
Suaſorem ſummum, & ſtudioſum robore belli.

Senſus enim eſt, *quem credidit eſſe meum cor*, id eſt, quem ego credidi. autor A. Gellius libro ſeptimo capite ſecundo. Dictum autem hoc videtur ab Ennio ad Homeri conſuetudinem, qui κραδίην Διὸς, id eſt, *cor Iovis* pro ipſo Iove poſuit Iliad. δ.

a Aliquid tamen intereſt. Nam illud, *percuſſum eſt cor meum* majorem emphaſim habet. Sic *laudabit anima mea dominum*, plus eſt quam *laudabo dominum*: nã vis in his verbis ut ſi dicas, laudabo dominum ex animo. Sic *cui bene vult anima mea*: cui ego ex animo bene volo. b Proſper Aquitanicus hoc in loco legit *percuſſum eſt*, id eſt, ἐπλήγη. Sic alibi eſt ἐπαλαιώθω, nempe pſal. 6. Quod legendum conjicimus ἐπαλαιώθη; ſed conjicimus, non aſſeveramus.

CAP. XI.

Quo ſenſu dictum, Deus juravit per animam ſuam.

CVm veriſsimum ſit Deum animam non habere, quomodo lectum, *Deus juravit per animam ſuam*? An humano more capiendum, ſicuti cùm ei nares, manus aut pedes tribuũtur a? An potius genus eſt loquẽdi Ebraicum *per animam ſuam*, quod valet per ſeipſum? poſtremum verius puto. Vſus eſt hoc loquendi genere David Pſal. 3. 2. *Multi dicunt animæ meæ* b: & aliàs.

a Sic ferè Theologi veteres. Euſebius Ieſa. 42. *Vſitatum*

eſt ſacra ſcriptura in Deo abuti anima vocabulo, quoniam etiam pedes & manus, & digitos, & oculos Dei ſæpe dicit, & ſi quid aliud eſt humanius. Theodoretus Ierem. 9. *Iſtud autẽ anima mea poſuit humano more, cùm numen divinum non conſtet anima & corpore, ſed ſimplex ſit, incompoſitum & informe.*

b Id eſt mihi. Alii, *de anima mea*, id eſt, de me. Nã ſequitur. *non eſt ſalus ei.* Hujus loci eſt, *non abominabitur anima mea vos*, exſtat in Levitico. Sed de iſto poſtremo loco aliter Auguſtinus. Vide ſis Quæſtionum lib. 3. Quæſt. 93.

CAP. XII.

Quid in ſacris proximi nomine intelligendum.

EBraiſmum *proximi* nunc explicabo, vel, quod idem, *ſocii* atque *propinqui*. nam hæ tres voces promiſcuè uſurpantur, ut qui unam intelligat omnes intelligat. Propinquus appellatur in Ebraica lingua CAROB: proximus ſive ſocius (nam anceps interpretatio) REA. utrumque valet quod latinè dicimus alter[a]. itaq; Apoſtolus expoſuit τὸν ἕτερον. verba ejus ſunt Rom. 13. 8. ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε· quibus interpretatur quod Matth. 22. 39. τὸν πλησίον σου. & apud Moſen Levit. 19. 18. *proximum*; vel, ut vetus interpretatio, *amicum tuum*. Camius autem enarrans pſalmum decimum quintum ad locum, *non fecit proximo ſuo malum, neque tulit probrum adverſus propinquum ſuum: Proximus*, inquit, *& propinquus appellantur omnes, quibuſcum nobis res eſt.* His adde ex Eſth. 1. 19. *Et regnum ejus tradet ſociæ ejus ea meliori.* quorum verborum hæc Ioſephi declaratio eſt, κρείσσονα τὴν ἐκείνης τιμὴν ἑτέρᾳ γυναικί. optimè interpretatur *ſociæ ejus*, id eſt, alteri mulieri. huc refer, *vir ad ſocium ſuum*; quod paſſim obvium

obvium pro illo, alter ad alterum.

a Auguſtinus Quæſt. lib. 3. quæſt. 75. *Proximus eſt omnis homo homini:* &, *In multis locis proximum pro homine ponis.* Iuſtinus in dialogo cum Tryphone habito: πλησίον τῶ ἀνθρώπου οὐδὲν ἄλλο ἐστιν, ἢ τὸ ὁμοιοπαθὲς καὶ λογικὸν ζῶον ἀνθρώπου. Hiero. Zach. 8. 16. *Proximum omne genus hominum accipimus,* & quæ ſequuntur. Scribit hoc ad locum, *Loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo.*

CAP. XIII.

De loco quodam Moſis adverſus ſententiam Phariſæorum, qui eum falſa interpretatione corruperunt, diſputatum.

DIximus REA modò proximum aut ſocium, modò alium quemvis ſignificare. Itaque cùm præcipitur ut ames proximum tuum in lege, dubium videtur utrum amicos ſolùm, an etiam alios jubearis amare. Hanc dubitationem tollit Chriſtus, Matth. 5. 44. ubi locum illum latè exponit, tãquam ſi præciperetur ut amemus alterum in genere, quo ſenſu etiam inimici continentur; ſicuti cùm præcipitur apud Moſen eundem, *Non dices falſum teſtimonium adverſus proximum tuum*, ubi per proximum ἀναμφιζητήτως intelligimus aliũ quemlibet, ſive is amicus ſit, ſive non, nihil refert. Igitur Chriſto interprete & expoſitore, præceptum Moſis de amando proximo latiſsimè patet, extendiq; debet ad omnes homines. Sed enim Phariſæi in altera notione verbum Ebraicum accipientes, rectamque ſententiam pervertentes, quoniam jubemur proximum diligere, ex eo colligebant odio

contra habendos esse inimicos. Ex hac glossa est illud Matth. 5. 43. *Audistis dictum fuisse, 'Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Quod non minus absurdum, rationique dissentaneum mihi videtur, quàm si quis ex nono decalogi præcepto colligeret licere falsum testari adversus inimicum. Quam interpretationem à mente legislatoris alienam esse ne Iudæus quidem inficiabitur, si legerit ea quæ Camius scripsit in commentariis super psalmum 15. Cujus si verba latinè interpretemur, hæc ferè sunt. *Cùm dicit, Non fecit proximo suo malum, non dicit, fecit aliis malum: sicuti cùm ait, Non afficiet injuria vir socium suum, non dicit licitum esse afficere injuria alium hominem. Sic cùm præcipitur ut non testemur falsum contra proximum, non sequitur inde quod liceat testari falsum adversus alium. sed mos loquendi talis scripturæ, quo per proximum intelligit eum, quicum nobis negotium est.* hactenus ille. Quo nihil verius, nec quod faciat magis adversus glossam Pharisæorum, dici à Iudæo, aut scribi potest.

CAP. XIV.

De consuetudine legendi E *pro* I.

VBi nunc ī breve legimus, in iis fere nominibus veteres E legere solitos constat; exemplaque ejus lectionis nusquam non obvia in antiquitate, quod genus sunt Emmanuel, Hennom, Mesraim, Ebræus, Sennaar. Hinc in veteribus Hieronymi Mesra, imperium; Mesphat, judiciū; Memmenni,

menni, à me: Semu, audite: Selsel, umbra: Mesphaa, iniquitas sive disipatio; & alia sexcenta. Neque mihi dubium est, quin ex hac consuetudine sit Medras, de quo Elias in Thesbite radice Daras:

מדרש scriptum per hirec sub Mem. proinde miror cur solitum nobis dicere Medras per segol sub Mem.

Hæc ille: & ut Iudæus miratur de segol sub Mem, quod est ĕ breve pro i: nimirum ex ea consuetudine quam diximus. Atque hoc ita mihi certum, ut certum est Iudæos antiqui moris, si non planè expertes, parum certè gnaros scientesque esse.

CAP. XV.

De hymno magno, quem vocant Hallēluia majus.

Matth. 26. 30. ita scriptum est:

καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.

QVæsitum est autem ex me, quisnam fuisset ille hymnus quem Apostolos cecinisse ex eo loco intelligeretur. Respondi haud vanam videri opinionem eorum, qui arbitrarentur Apostolos eo tempore dixisse hymnum magnum, qui constat sex psalmis videlicet 113, 114, 115, 116, 117, & 118. Ebræi certè hunc hymnum hodieque canunt in nocte Paschatis post comesum agnum. vocant autem Halleluia magnum. Ejus rei satis mihi autor est Paulus Episcopus Burgensis homo aliquando Ebræus. Sed adscribam ipsiusmet verba ut habentur Psal. 112. additione prima: *Iste psal-*

mus cum quinque sequentibus usque ad Psalmum Beati immaculati, exclusivè vocatur ab Ebræis Hallelvia magnum, id est, hymnus magnus, de quo singularem faciunt solennitatem. Nam in tribus præcipuis festis, & in neomeniis stantes istum hymnum cum maiore cantant solennitate quàm cæteros psalmos totius psalterii. Insuper in nocte Paschæ, quum agnus paschalis comedebatur, post ejus comestionem recumbentes ad mensam istum hymnum solemniter dicebant. Vnde de hoc hymno ex istis sex psalmis compositio intelligi debet illud, quod in imminente passione Matth. 26. *capite legitur, hymno dicto, &c. eo quod Christus post agni paschalis comestionem hujusmodi ritum consuetum servans, hymnum prædictum cum apostolis recitavit: quia etiam Ebræi hodie agno paschali carentes in illa nocte, scilicet Paschæ, istum hymnum cum azymis solemniter, prout possunt, cantant.*

CAP. XVI.

Inaurem dixisse interpretem nostrum, cùm significare vellet ornamentum narium.

INauris nomen apud vulgatum nostrum interpretem animadverti multo aliter acceptũ, quàm vulgò solet. Cùm enim inaures usitatè vocare soleamus gemmas ab auribus dependentes (nam ab eo quod de auribus pendeant inaures dictæ sunt, ut Isidorus scribit) ipse contrà inaurem posuit pro ornamento narium, quod Græci ἐνώτιον vocant. Locus est Ezech. 16. 12. *Et dedi inaurem super os tuum.* os enim dicit nares, & inaurem earum ornamen-

namentum,[a] credo quoniam formæ referebat inaurium: næ mecum ſentit Hieronymus in commentariis ad eum locum. Sic enim ibi ſcribit: *Verbum Ebraicum* NEZEM *excepto Symmacho, qui interpretatus eſt* ἐπιῤῥίνιον, *omnes inaurem tranſtulerunt: non quo inaures ponantur in naribus, quæ ex eo quod de auribus pendeant, inaures vocantur: ſed quo circulus in ſimilitudinem factus inaurium, eodem vocabulo nuncupetur, & uſque hodie inter catera ornamenta mulierum, ſolent aurei circuli in os ex fronte pendere, & imminere naribus.*

a Auguſtinus in Quæſtionibus ex utroque mixtim: *Mos*, inquit, *Maurorum eſt ut inaures etiã in naribus habeant fœminæ.*

CAP. XVII.

Quenam ætas propriè vocabulo NEVRIM *ſignificetur.*

QVod apud Solomonem tranſlatione beati Hieronymi Proverb. 2. 17. *relinquet ducem pubertatis ſuæ*: & 5. 18. *lætare cum uxore adoleſcentiæ tuæ*: hoc in Ebræo legitur NEVRIM? quam ætatem alii terminarunt annis viginti quinque; alii pluribus; alii paucioribus. Quod ita ſcriptum repperi in Medras Miſle Proverb. 1. ad locum, Adoleſcenti ſcientia & intellectus.

Ad quotum annum vocatur homo NAAR? *Meir dicit ad annum 25: Aquila ad annum 30: Rabbi ait, Non ſicut hic dicit, neque ſicut ille dicit; ſed ita vocatur ad annum vigeſimum duntaxat.*

CAP. XVIII.

Quod Prudentius ſcripſit Belzebul pro Beelzebul, rationem habere ex antiquitate.

AVrelius Prudentius περὶ στεφάνων hym. 5.

Sed Belzebulis callida
Commenta Chriſtus deſtruit.

Novè dixit pro Beelzebulis. vide quæ de hoc nomine ſcripſimus in commentario ad voces Ebraicas novi teſtamenti. Ceterùm ſuſpicari quis poſsit eliſam à poëta litteram metri cauſa. poteſt ita eſſe: tamen in cõſuetudine antiqua frequenter abjiciebant litteram Ain, pro qua eſt e in Beelzebul. cujus rei exemplum ne longius petamus, reperiemus apud Ieſaiam in hoc ipſo nomine, *deſtructus eſt Bel.* nam idolum Babylonium Beel: unde compoſitum Beelzebul.

CAP. XIX.

Oſtenſa ratio ſcripturæ Bethlem, quæ apud Prudentium eundem.

EAndem conſuetudinem agnoſco in Bethlem Ἐπιθ. hym. 12.

O ſola magnarum urbium
Major Bethlem.

In quo eliſa aſpiratio, quã vocant H, heth. Nã quod in pleriſque libris legimus Bethleem, id Græca conſuetudine ſcriptum, non Ebræa. Ebræi enim Bethlehem, ex quo Bethlem: ſimile ut NAS, ſerpens, pro NAHAS apud Iuſtinum: MNVTHO

requies

requies ejus, pro MNVHATHO apud Hieronymum: SODA munus, pro SOHADA in lexico juris: MOLA pro MEHOLA in collectaneis nominum propriorum.

CAP. XX.

Quid fructus operum Dei. David enarratus.

Apud Davidem Psal. 104. 13.

De fructu operum tuorum satias terram.

Videtur hîc David per opera Dei intelligere nubes. Notum autem ut nubes pluviam generent. ideo pluvia nuncupatur fructus operum Dei, id est, nubium: quemadmodum liberi nuncupatur fructus uteri materni. Germana mês loci.

CAP. XXI.

Robur Domini pro arca.

Apud Davidem eundem Psal. 105. 4.

Inquirite Dominum & robur ejus.

ADmonet eruditissimus Ebræorum Camius, robur Domini hîc poni pro arca fœderis. & hâc quidem Camii interpretationem probabilem esse vel ex eo constat, quòd sic alibi scripserit idem David, *Tradidit in captivitatem robur suum*:[a] cujus loci sensus evidens est de arca à Philistæis bello capta. *Eadem*, inquit, *appellatur & facies Domini: ex quo illud, Quærite faciem ejus semper.* Psal. 78. 61.

a Alibi est, *Tu & arca roboris tui*, videlicet Psal. 132. Huc referunt nonnulli ex Habac. 3. 4. *ibi absconsio roboris ejus.* Vide Camium & lectiones nostras ad illum locum.

CAP. XXII.

Pugnare alicui ſive in aliquem.

DVæ iſtæ in loquendo phraſes, *puguare cum hoſtibus*, & *contra hoſtes*, notæ ſatis uſitatæque ſunt. Aliam novam ac minus frequentem repperi apud A. Gellium, ex primo Q. Claudii Quadrigarii. verba Claudii ſunt: *Poſtquam nunciatum eſt, ni pugnatum eſſet in Gallos, id civitas graviter tulit.* Ebræi hac poſtrema perſæpe utuntur, ut Iud. 1. 3. *Pugnemus in Chananæum*; & 8. *Pugnaverunt filii Iuda in Ieroſolymam.* Dixit etiam David, *Multi pugnant mihi*: & poëta neſcio quis, *Noli pugnare duobus*, pro eo quod eſt mecum, cum duobus.

CAP. XXIII.

Explicatum genus loquendi, Habita in ſeculum.

PSal. 37. 28. *Recede à malo & fac bonum, & habita in ſeculum.* Agnoſco elegans & Ebraicum genus dicendi, *Habita in ſeculum*, pro, habitabis. Geminum illud Moſis Deut. 32. 50. *morere in monte*: & alibi, *hoc fac & vive.* Quale eſt Gen. 20. 7. *orabit pro te & vive.* Sic Proverb. 4. 4. *cuſtodi præcepta mea & vive*, id eſt, vives, ut rectè Hiero. explicat. Huc pertinet Proverb. 3. 4. *& invenito gratiam.* Nã ſenſus, *& invenies.* Tale etiam eſt illud Virgilii,

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu
Si fœtura gregem ſuppleverit, aureus eſto.

Quod explicant; *aureus eris.*

CAP.

CAP. XXIV.

Metus repente. vetus interpretatio emendata.

MAlè eſt apud veterem interpretem Proverb. 3.25. *Ne paveas repentino terrore.* Nec meliùs apud alios, *Non timebis pavore repentino.* Mihi non dubium quin vertendum ſit, *ne timeas à metu repentè.* id expono, à malo repentino. Siquidem metus hoc in loco eſt malum quod metuimus, ut capite primo, *Cùm venerit metus veſter.* Porrò *metus repentè,* vetere & Ebraica phraſi dictum, pro metus repentinus. Tale eſt, *interitus è manu,* pro, ſubitus, item *hoſtes circum*[a], pro circumvicini; quo genere loquendi perhibent etiam Livium uſum.

a Zach. 12.6. *omnes populos circum*; vel ſi mavis *circa.* Quomodo Livius dixit *peragrare circa ſaltus.* pro ſaltus qui circa ſunt, aut qui vicini ſunt. Lib. 1. Hiſtoria.

CAP. XXV.

Locus ex pſalmo ſecundo novè explicatus.

EXiſtimo interpretes rectè vertiſſe apud Davidem in pſal. 2. 5. *Tunc loquetur ad eos.* Illud tamen neque reticere, neque diſsimulare poſſum aliam ſententiam horum verborum reperiri apud eruditiſsimum Grammaticorum Camium, ſecundum quam verba Davidis hunc ad modum convertenda ſunt: *Tunc occidet fortes eorum.* Nam verbum IEDABBER, quod vulgò reddunt *loquetur,* quidam, inquit, ita accipiunt, tanquam ſi eſſet à peſte derivatum, quæ DEBER appellatur: quo

ſanè modo extra omnem dubitationem accipitur 2.Paralip.22.9. *Et occidit omne ſemen regni*: ubi verbum idem in Ebræo, ſonat autem, ut ſi dicas *peſtis perdidit eos*, ſed latè capiendum de quavis morte. Quo quidem ſenſu Cicero perniciem ſive interitum reipubl. frequenter peſtem appellat. Feſtus quoque ait: *Peſtiferum fulgur dicitur, quo mors exitiumq; ſignificari ſolent.* Porrò *adeos* quod exponunt *fortes eorum*, in Davide ſcilicet legitur

ELEMO, & ita id verbi uſurpatur

S. Sade.

2. Reg. 15. ELE ARES*,

id eſt, fortes

terræ.

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER OCTAVVS.

CAP. I.

Quid loqui ad cor.

QVÆSITVM fuit ex me, quid significaret hoc verbum, *Et loquar ad cor ejus.* Hoſ. 2. 14. Reſpondi verbum eſſe eorum, qui aliquem levandi minuēdíve doloris cauſa alloquuntur. dico alloquuntur: nam id propriè eſt loqui ad aliquem, videlicet quod Græci dicūt παραμυθεῖσθαι ἢ παρηγορεῖν. M. Varro libro quinto de lingua latina, *hinc adlocutum mulieres ire aiunt, cùm eunt ad aliquem locum conſolandi cauſa.* Rei firmandæ eſt quod in Syra editione Iohan. 11. 19. *ut loquerentur cum corde earum.* Quibus verbis expreſsit id quod in Græco *ut conſolarētur eas.* Propriè ergo & latinè locum Hoſeæ ita convertes, *& alloquar cor ſive animum ejus.* Vulgo hoc dicimus, conſolabor eam. Hujus locutionis exempla alia, ſi quis fortè plura deſideret, inveniet Iud. 19. 3. Ruth. 2. 13. item Ieſa. 40. 2. & alibi.

CAP. II.

De ellipſi ſubſtantivorū, qua Ebræi perſæpe utuntur.

ITa eſt ſanè. Elleipſes ſubſtantivorum Ebræis admodum familiares ſunt. Cùm enim ſic ſcriberet David pſal. 27. 4. *Vnam petii à Domino, hanc requiram.* quis non animadvertit hac figura eum uſum fuiſſe? ſubintelligitur enim unam petitionem. etſi eo loco fortaſſe poſſet aliquis genus fœmininum per neutrum interpretari: quod non damno. Sed mihi illa altera interpretatio recta videtur. Sic Habac. 1. 16. *Cibus eius pinguis*: & Zach. 11. 16. *Carnem pinguis comedet*, admonent Grammatici ἰλλειπτικῶς dici videri poſſe, quaſi prophetæ ſubaudiri utrobique ovis aut pecoris voluerint. Et hanc quidem Grammaticorum interpretationem probabilem eſſe ex eo demonſtrari poteſt, quod ſic in trigeſimo quarto, verſu 20, ſcripſerit Ezeciel: *Ego judicabo inter pecus pingue & pecus macilentum.* Hujus etiam loci eſt illud Davidis pſal. 12. 4. *linguam loquentem magna.* ἰλλειπτικῶς enim verba hîc ſubaudiri rectè cenſet David interpres. Eadem figura eſt in illo ejuſdem Davidis ex pſalm. 106. 21. *Qui fecit magna in Ægypto.* ſubintelligitur enim facta aut opera. Nec inſolens eſt in eodē Davide per admiranda & terribilia, ἰλλειπτικῶς admiranda & terribilia ſignificari facta. Quin ipſe Solomo in Canticis dum ita ſcriberet, *Dentes tui ut grex tonſarum*, extra omnem dubitationem ovium ſubaudiri voluit. Denique Pſal. 5. 10. *Non eſt in ore ejus rectum.* per rectum eadem figura ſubaudiri verbum omnino ſuſpicor. Sic Proverb. 18. 13. *Dives reſpondet dura*, exiſtimo integrum eſſe, verba dura. Quamquam,

quam Hieronymus id tranſtulerit per adverbium, *dives affabitur rigidè.*

CAP. III.

Notatum Hieronymi μνημονικὸν ἀμάρτημα.

NOn ſemel notavi in Hieronymo memoriæ lapſum. Nam vir ille pleroſque libros ſuos non ſcripſit; ſed dictavit: & dictavit jam ſenex, quando memoria homini vacillare ſolet. hujuſmodi igitur ſenilem errorem erravit in commentariis Ezec. 22. Sic enim ibi legitur in extremo:

In Ebraico verius poſitum eſt, univerſi Sidonii; quos nos in venatores vertimus, juxta illud quod ſcriptum eſt, Anima mea erepta eſt ſicut paſſer de laqueo venantium. pro quo in Ebraico poſitum eſt Sidoniorum.

hæc Hieronymus. Ceterùm locus quem hîc laudat, niſi admodum fallor, eſt apud Davidem Pſal. 124. 7. ubi libri Ebræi omnes ſine ulla varietate IOCESIM habēt, & non, ut Hieronymus ſcripſit, Sidoniorum. Eſt autem IOCES propriè auceps. Venator autem in ea lingua SAIAD dicitur; non Sidon, quod eſt nomen urbis: à quo SIDONIM, id eſt Sidonij. Nemo igitur nimium confidat memoriæ ſuæ: cùm Hieronymum quoque ipſum ſummo ingenio præditum hominem, nonnumquam tamen vacillare videamus.

CAP. IV.

Qui ſint εὐθεῖς, id eſt, recti: quiſve Liber εὐθιῶν.

Ἐυθεῖς peculiari notione appellãtur, Abraham, Iſaac, & Iacob. unde liber Geneſeõs nomen invenit ut diceretur liber εὐθίων, id eſt; rectorum ac juſtorum. Ejus rei teſtem habeo fide digniſsimum Hieronymum ‖. Duobus autem locis, quos quidem ego obſervaverim, apud eum id ſcriptum eſt. Eorum locorum unus eſt in duodecimo commentariorum Ieſa. 44. ubi ſic ait: *Propriè juxta Ebræos & litterarum fidem Iſrael rectus Dei dicitur: unde & liber Geneſeõs appellatur* εὐθίων, *id eſt, juſtorum Abraham, Iſaac, & Iſrael.* Alter eſt libro ſexto in Ezecielem, capite decimo octavo: *Et ſi Balaam (ut veriſsimum eſt in linguam noſtram tranſlatum) vanum populum ſonat, perſpicuum eſt, quod vanus prius gentium populus deſiderarit habere conſortium cum animabus juſtorum Abraham, Iſaac, & Iacob, qui* εὐθεῖς, *id eſt, recti ac juſti nuncupantur: unde & Geneſeõs liber ex eorum vocabulo nomen accepit.*

‖ His adde, ſi placet, teſtimonia Ebræorum. R. David in comment. 2. Sam. 1. 18. de ſententia τῶν διδασκάλων ita ſcribit: *Liber recti eſt liber geneſeõs, quia liber eſt continens res geſtas Abrahami, Iſahaci, & Iacobi; qui recti vocantur.* In tractatu Thalmudico qui de cultu alieno, fol. 25. pag. 1. *Quis liber recti? dicit R. Haza filius Abba, dicit R. Iohannes Iſte eſt liber Abrahã, Iſahac & Iacob: qui recti vocantur, juxta id quod dicitur? Moriatur anima mea morte rectorum.* Hoc obſcurius dictum gloſſę ita elucidant: *Iſte eſt liber Breſith* (id eſt, Geneſeõs) *in quo geſta patrum deſcripta.*

CAP. V.

Dictum quoddam Iohannis Euangeliſtæ ex commentariis Hieronymi.

Beatus

BEatus Iohannes Euangeliſta, cùm Epheſi moraretur, uſque ad ultimam ſenectutem, & vix inter diſcipulorũ manus ad eccleſiam deferretur, nec poſſet in plura vocem verba contexere, nihil aliud in ſingulas ſolebat proferre collectas, niſi hoc, *Filioli diligite alter alterum.* Tandem diſcipuli & fratres, qui aderant, tædio affecti, quòd eadem ſemper audirent, dixerunt; *Magiſter quare ſemper hoc loqueris?* Qui reſpondit dignam Iohanne ſententiam, *Quia præceptum Domini eſt, & ſi ſolum fiat, ſufficit.* Scriptum hoc eſt in tertio commentariorum Hieronymi, ſuper epiſtolam ad Galatas, capite ſexto, non procul à fine.

CAP VI.

Enarratum proverbium, Qualis mater talis filia.

NOn eſt dubium, quin propheta Ezeciel illo proverbio: *Qualis mater talis filia*, matris nomine terram intellexerit Chananæam: filiæ autem homines habitãtes in ea. Solebant enim apud priſcum ſeculum terram matrem appellare, ut liquet ex Metamorphoſi Ovidii, ubi Deucalion jubetur oſſa magnæ matris, id eſt, lapides terræ poſt tergum jacere. Brutus quoque is, qui reges exegit, cùm reſponſum eſſet eum regnaturum Romæ, qui primus matri oſculum obtuliſſet, navi egrediens, terram quam matris nomine ſignificari conjiciebat, oſculatus eſſe perhibetur. Filiam autem vocant Ebræi non tam ipſos homines, quàm cœtum & congregationem hominum, qui in loco aliquo ſi-

mul habitant. Itaque ubi audis, *filia Edom, filia Sion, filia Ieruſalem*, ex hoc ſenſu debes has & ſimiles locutiones accipere. errant enim qui aliter accipiunt. Vide quæ ſuper hac re ſcripſimus libro primo, quæſt. ſexta.

CAP. VII.

Quid ſit apud Davidem, In me jurant. atq; inibi locus ex Ieſaia declaratus.

PSal. 102. 8. *In me jurant.* In his verbis, quæ ad verbum & quod Græcè dicitur κατὰ πόδα vertimus, quidam exiſtimant jurant poſitum pro cōjurant; ſed hoc ſi voluiſſet David, alio genere ſermonis uſus fuiſſet. Nam jurare pro conjurare inſolens Ebræis ſermo. Potiùs hoc dicit, *per me jurant*, id eſt, exſecrantur. Nam *jurare*, exſecrari, & *jurandum*, exſecratio. Vide Num. 5. 21. Sic Ieſa. 65. 25. *Nomen veſtrum jurando erit electis meis:* vult dicere, exſecrationi erit. Licet & aliter exponere ut hoc dicat, Iurât per ærumnam ac miſeriam meam: à quo jurandi genere non abhorret ſermo vulgaris.

[1] ἐνόρκιον Græcè quod reddunt exſecrationē ſive exſecramentum, ut in illo Numerorum, *Det eam Dominus in maledictionem & exſecrationem.* Eſt autem propriè juramentum per exſecrationem. Nam qui jurat ferè exſecratur & devovet ſeipſum, ſi hoc vel illud non faciat. Auguſtinum conſule Quæſt. l. 4. q. 11.

CAP. VIII.

Cur apud Moſen ſit dies unus in creatione, ubi de die

de die primo: deq; enallage Ebræorum, qua unum dicunt pro primo.

GEn. 1. 5. *Fuitq; vespera & mane dies unus.* Cur lectum hîc unus, & non primus? An quia dies alius nondum erat, ad quem hic dies relatus appellari poterat primus? Aut rectiùs Ebraismus nodum solvet? Nam in sermone Ebræo unus valet primus, unde *unus sabbathi*, id est, primus dies septimanæ. Sic Hag. 1. 1. *die uno mensis*, id est primo. Cicero hoc modo locutus est in de senectute: *Qui uno*, inquit, *& octogesimo anno mortuus est.* Quod usitatiùs diceretur, *octogesimo primo.* Theophylactus in Lucā: παρὰ γὰρ Ἑβραίοις τὸ μίαν ταυτὸν σημαίνει τῷ πρώτῳ. Adi is Augustinū Locut. lib. 4. pag. 88.

CAP. IX.

Cur apud eundem prius vespera posita sit: deinde mane.

IN loco eodem cur prius vesperā nominat, quā mane? An quia Ebræi diem naturalem sive civilem à vespera incipiunt[a]? sed planè id mihi non liquet[b], & fieri potest ut ideo à vespera incipiat, quoniam in ea finitur prima diei pars: sicut in mane finitur pars diei secunda ac postrema.

a Autor Plinius lib. 2. cap. 77. Athenienses diem observasse inter duos occasus. Sic Ebræi, diem observabant ab occasu in occasum, hoc est à vespera in vesperam. Vespera autem incipiebat, ut aiunt, à sexta hora post meridiem, quia primus occasus in hanc incidit, si annum ab æquinoctio ipsorum more inchoes. b Olim aliter; nunc satis liquet. nec alia causa est

cur à veſpera incipiat David Pſal. 55. 18. cùm ait *Veſpere & mane & meridie oro, &c.*

CAP. X.

De proverbio, Canem auribus tenet.

Proverb. 26. 17. ait ſapiens.

Prehendit aures canis, qui ſe immiſcet liti non ſuæ.

VIr litterarum elegantiorum ſtudioſiſsimus per litteras quæſivit, ut ſibi reſcriberem quænam eſſet eorum verborum ſententia. Reſcripſi ut viro erudito breviſsimè Ebraicum eſſe proverbium, *prehendit aures canis*, idem ſignificans quod Græca illa parœmia τῶν ὤτων κρατεῖ τὸν λύκον, hoc eſt, *auribus lupum tenet.*

CAP. XI.

De pleonaſmo particulæ, Cum.

PLeonaſmum particulę ETH animadvertere eſt apud Ebręos, cùm dicunt, MEETH ADONAI id eſt, *à cum Domino*, pro, *à Domino.* Pſal. 121. 2. Similem pleonaſmũ invenies apud autores latinos; ſed in alio genere ſermonis. Plautus, *Hanc jube orare mecum.* Ennius, *Tecum precibus pater orat.* Rurſum Plautus in Bacchi. *Nam ni ita eſſet, tecum orarem ut ei quod poſſes mali Facere. faceres.* Namque obſervatum in his locis, *mecum* & *tecum* poni pro me & te, otium agente præpoſitione: ſed quæ tamen venuſtatis cauſa utrobique adjecta videtur. hæc quanquam levia; tamen non omnino indigna viſa ſunt, quæ adnotarem.

CAP.

CAP. XII.

Quinam ſint Chaldæi apud Danielem.

CHaldæos dicimus uſitata ſignificatione gentem vulgo notam: nonnunquam autem aliter accipimus, ut Dan. 2. 2. ubi ſignificat divinos, aſtrologos[a], aut genethliacos: vel, ut Græca ſcholia maluerũt interpretari, *augures*, καὶ ἀστροσκόπους, id eſt, *ſpeculatores ſtellarum*. Tales enim antiqui Chaldæos vocabant, ſive ex Chaldæa, ubi primum hæc diſciplina tradita memoratur, ſive aliunde eſſent. Cicero lib. 1. de divinatione: *Chaldæi non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obſervatione ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe ut prædici poſſet quid cuique eventurum, & quo quiſque fato natus eſſet.* A. Gellius lib. 1. cap. 9. *Diſciplinas altiores* μαθήματα *veteres Græci appellabãt: vulgus autem, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dici oportet, Mathematicos dicit.*

a Vt Arabs pro Latrone, & Chananæus pro mercatore: ita Chaldęus ponitur pro aſtrologo. Nam gens illa præ ceteris dedita erat Aſtrologiæ. Præcipuè autem in ea ſcientia excellebant ſacerdotes Chaldæorũ. Quocirca & Chaldæi nominabantur. Teſtis mihi Diodorus Siculus lib. 2. ita ſcribens: οὗτος ὅτομα Βήλεσις, τῶν δ' ἱερέων ἐπιστημότατος, οὓς βαβυλόνιοι καλοῦσι χαλδαίους. b Non tantùm aſtra ſpeculabãtur, ſed ex iis divinabant ac prædicebant futura, ut perſpici poteſt ex loco Ciceronis, quem ſuprà citavimus. Porrò uſurpat hoc ſenſu vocabulũ Chaldæus & Iuvenalis Satyr. 6. in illis verſibus:

Chaldæis ſed major erit fiducia. Quicquid
Dixerit Aſtrologus, credent à fonte petitum
Hammonis.

CAP. XIII.

De uſu quodam verbi, ſapiens.

SApientis nomen comperior interdum latè acceptum, longeque aliter, quàm vulgò solet. Cùm enim sic loquitur Apostolus 1. Corinth. 3. 10. ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα, quis non videt *sapientem* [a] hîc dici ab eo peritum architectum: nempe sic antiquitas eo vocabulo utebatur. Solebant enim prisci mortales [b] *sapientes* quoq; vocare eos qui artes mechanicas callebant. Itaq; Homerus fabrum quendam lignarium *sapientem* vocat. Sed Apostolus exprimere mihi voluisse videtur vocabulũ Ebraicum חָכָם quo *sapientem* significat, quod in hoc sensu frequenter apud Mosen occurrit, ut Exod. 28. 5. & 35. 10. & 36. 2. & alibi.

a Vtitur hoc modo Crateles Comicus, Ὁ γὰρ χρόνος μ' ἔκαμψε, τέκτων οὐ σοφὸς, Απαντα δ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα. Ait *tempus fabrum haud bonum infirmiora omnia facere, ab eoque se incurvatum esse.* b Idem σοφίαν dicebant scientiam, ut Plato in 2. de Repub. σοφίαν δημηγορικὴν: & Aristoph. in Pluto ζοφίαν μελετῶν: & doctrinam. Tertul. in de carne Christi, cap. 9. *Vnde huic doctrinæ?* Græcè ζοφίαν Matth. 13.

CAP. XIV.

De Mardochæi & Esthеræ cognatione secus quàm interpretes omnes historiam Ebraicam prodidisse.

MArdochæum Iudęum *patruum Esthеræ* fuisse ab omnibus [a], quos viderim, interpretibus proditum est. Iosephus quidem certè libro undecimo capite sexto, ita de eo scribit,

Εὑρίθητις ἐν βαβυλῶνι κόρη τῶν γονέων ἀμφοτέρων ὀρφανὴ, παρὰ τῷ θείῳ Μαρδοχαίῳ τρεφομένη.

Hieronymus quoque exponens versum primum capitis

capitis octavi: *Confessa est*, inquit, *ei Esther, quod esset patruus suus.* Nicolaus quoque idem approbare se ostendit his verbis: *Venit in conspectum regis tanquam ei familiaris. tum quia vitam ejus servaverat; tum quia reginæ patruus erat.* Quinetiam Ebræus Abraham, qui cognominatur Abenezra, exponens verba Ebræa MA HV LAH. disertè pronunciat Mardochæum *Esthere patruum* fuisse. At locus tamen ex capite secundo versu septimo ostendit Mardochæum & Estheram *patrueles* fuisse, quos Græci dicunt ἀνεψιούς. ita enim in eo loco scriptum est, *Is erat nutriens Hadassam, id est, Esthe-ram patrui sui filiam utroque parente orbatam puellam.* & mox versu decimo quinto, *Cùm instaret tempus Esthere Abichailis Mardochæi patrui filiæ.* Ecce appellat Abichailem patrem Estheræ, *patruum* Mardochæi. Erant ergo Mardochæus & Esthera *patrueles*, hoc est, è duobus fratribus nati: qui ex lege contrahere poterant. Quò pertinet quod in libris Græcis, versu septimo, ἐπαίδευσεν αὐτὴν ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα. Quanquam id longè aliter hodie redditur ex Ebræo: veruntamen. Ebræi quidem certè veteres, quod in textu LEBATH interpretãtur, ac si scriptum esset LEBAITH, & exponunt LEISSA, id est, *in uxorem.* autor Iarius in commentariis ad hunc locum.

a Severum excipio, in cujus historia hæc habentur: *à Mardochæo*, inquit, *patruele fratre educata.* rectissimè. Patruelem fratrem dixit, ut Cicero in quinto de Finibus: *frater noster cognatione patruelis, amore germanus.*

CAP.

CAP. XV.

Locus è libro Pſalmorum declaratus.

QVod apud Davidem tranſlatione B. Hieronymi Pſal. 119. 130. *Oſtium ſermonum tuorum lucidum*, id in Græca vulgata manifeſtiùs legitur, ἡ δήλωτις τῶν λόγων σου φωτιεῖ· & apud nos, *declaratio ſermonum tuorum illuminat*, vel, ut in aliis libris, *illuminabit*. Quæ interpretatio, tametſi mutata à poſteriore ætate, mihi tamen ſic ſatis placet. Nam dictio Ebraica, qua hîc uſus David, non tam *oſtium* deſignat, quàm (utar verbo non Tulliano; ſed quod invenies tamen apud Vitruvium & Vlpianum) *aperturam ſive apertionem*. Porrò *aperire* eſt clauſa recludere, hoc eſt, obſcura illuſtrare. Sic mihi videtur. Aliis, *oſtium* eſt ingreſſus, hac ſententia, verba tua in ipſo limine atque introitu illuminant. huc referunt, *Caput verborum tuorum veritas*, ex verſu 106. Quod ne prætermittendum quidem duxi, ut ſi cui id melius videbitur, utatur, per me hoc enim ei licet.

CAP. XVI.

De gente Hamanis interpretes diverſa ſenſiſſe.

IN litteris Aſveri regis Perſarum, quibus Hamanis edictum reſcindit, apud Ioſephi interpretem ſcriptum legitur: *Aman filius Amadathi & animo & gente Macedo, alienuſq; à Perſarum gente.* Diſcors ſibi Ioſephus, quod mirum in ſcriptore tam accurato. Paulò antè ſcripſerat: *Quo tempore Aman Amadathi filium genere Amalecitam ad regem*

gum introeuntem peregrini & Perſæ ſalutabant. Pugna ecce clara. ibi enim ait Hamanem gente Macedonem fuiſſe: hîc Amalecitam. Quid dicemus? In exemplari Græco prior locus ita legitur: ὡς μὲν ὢν Ἀμάνης Ἀμαδάθου παῖς, ἀμαληκίτης ἦ τὸ γένος· optimè. ſed nondum confecta res. In additionibus apocryphis Eſth. 16. 8. ὡς γὰρ Ἀμὰν Ἀμαδάθου μακεδὼν παῖς ἀληθείᾳ ἀλλότριος τοῦ τῶν Πέρσων αἵματος. quæ vetus noſter interpres latinè ſic convertit, *Aman filius Amadathi & animo & gente Macedo alienuſq; à Perſarum ſanguine.* verba manifeſta: ſed ne omnino credã vera eſſe, facit autoritas Ioſephi, cui aſſentit paraphraſtes is, qui Eſtheram in Chaldaicum ſermonem convertit, & Ebræus Salomo, qui cognominatur Iarius, & Nicolaus, & Ebræi alii omnes, quos viderim. Sed & locus eſt in ea hiſtoria, qui hanc ſententiam confirmare videtur. Nam quod in Ebræo *Agagi* Eſth. 3. 1. ſi non fallunt interpretes, gentile eſt ab Agag nomine regis Amalecitarum, de quo mentio Num. 24. 7. & 1. Sam. 15. 8. Vt igitur ab Iſrael appellatur *Iſraeli*, id eſt, Iſraëlita: & à Meſraim, *Meſri*, id eſt, Ægyptius: ſic ab *Agag* nomen gentilitium deſcendit, quod eſt Agagi, id eſt, de ſtirpe Agag. hæc notare viſum propter eos, qui nihil non tribuunt libris apocryphis, & ut ſciamus, cum iudicio eos legendos eſſe.

Severus in hiſtoria ſua eum Perſam vocat: ſed perverſe, ut puto.

CAP. XVII.

Vertendum videri apud Hoſeam, tanquam teredo: quod alij tanquam putredo. in eam rem adducta verba Camij Ebræi.

EXiguum quiddam eſt, quod hoc capite notare ſtatui. Hoſ. 5. 12. in libris, quibus vulgo utimur, ita legimus, *Quaſi putredo domui Iuda.* Ceterùm in codice Ebræo RACAB ſcriptum eſt: quæ vox nonnunquam *coſſum* ſive *teredinem* ſignificat, ut notamus lib. 3. Quæſt. 45. Igitur malim, *quaſi teredo.* nam præcedit, *tanquam tinea.* Optimus interpretum Camius clarè hanc meam interpretationem confirmat, cùm illum locum ſic exponit, *Tanquam tinea comedens veſtes, & tanquam teredo comedens oſſa & ligna.*

CAP. XVIII.

Aërem ſignificari apud Moſen per firmamentum, ut apud Davidem per cœnacula Dei: ibidémque de etymo vocabuli Ebraici, quo firmamentum deſignant.

QVod apud Platonem Cratylus ait, ex verborum intelligẽtia cognitionem rerũ pendere: id ego & ſæpe antehac in aliis, & in hac obſervatione veriſimum eſſe cognovi. Nam quidam, cùm legerent apud Moſen, *diviſit aquas, quæ ſubter firmamentum, ab iis quæ ſuper firmamentum ſunt*, nec ſcirent firmamentum Ebræis aliquando poni pro aëre[a], hoc eſt, pro infimo eodemque primo cœlo, finxerunt neſcio quod novum cœlum cryſtallinum ſuprà cœlum ſtellarum, quod aiunt aqueum ideo dici, quia aqua corpus διαφανὲς. fabulæ. atque eo accommodarunt locum illum Davidis: *Qui contabulat in aquis cœnacula ſua.* ſed (venia dicto) non

non ſine manifeſto errore. Clarè enim David paullo infrà eum locum quem adduxi: *Qui potat montes è cœnaculis ſuis*, cœnacula appellat non firmamentum in quo ſtellæ; ſed nubes mediæ regionis, in qua pluviæ generantur. Conferhos duos locos, & interpretes, qui eam ſignificationem in verbo *Cœnaculorum* non viderunt, dimittes non ſine riſu. Pro clauſula addam, qui huc facere videtur, alterum locum ex eodem Pſalmo: *extendit cœlum tanquam cortinam*[b]. hoc eo, ut intelligamus Ebraici nominis, quo *firmamentum* ſignificant, etymon. Vocatur enim in ea lingua RACIA, non à firmitate, ut quod Græcè στερέωμα: ſed ab extenſione, quod eſt RACA ultima Ain, quoniam videlicet cortinæ in modum expanſum ſit.

a Vt cùm aves dicũtur volare רקיע השמים *in expanſo* ſive *firmamento cœli*. Propriè autem vereque dici de aëre cum alii teſtantur, tum inprimis David cognomento Camius ad verſum vigeſimum Pſalmi ſeptimi ſupra ſeptuageſimum. *Aër*, inquit, *in veritate ſua nominatur* רקיע. *id eſt, firmamentum.* Cui ſententiæ robur addit Ambroſius Hexaëmeron lib. 5. cap. 12. item Auguſtinus de Gen. ad litteram lib. 2. cap. 4. Beroaldus quoque Chronolo. lib. 2. cap. 5.

b Vel tanquam pellem. Alibi eſt, tanquam tentorium. Vide quæ habentur Ieſa. 40. 22.

CAP. XIX.

Explicata cauſa diverſæ interpretationis in loco quodam Davidis. ſimul oſtenſum quid perſequentes ſceleris apud Davidem eundem.

PSal. 119. 150. in Coph.

Appropinquaverunt perſequentes ſceleris.

Sic Ebræa verbum è verbo ſonant. Sed Græci veteres κατακόντισάν με. ex quo beatus Hieronymus: *Appropinquaverunt perſecutores mei ſceleri.* cõcinna ſententia. Sed unde diverſitas tanta interpretationis? nimirum quia quod ſcriptum ſine notis vocalibus Res, Daleth, Phe, Ioth: id hodie legunt RODDEPHE, quã lectionem etiam agnoſcit Chaldæus paraphraſtes, ſed Græci & Hieronymus legerunt RODEPHAI: id ſignificat, *perſequentes me.* Diverſitas omnis in alternatione vocalium Seri & Phathach. Iam non diſputo utra lectio verior: neq; damno vulgò receptam (Deus enim meliorem mentem mihi) tãtùm quæro, quid hîc *perſequentes ſceleris?* Nam *perſequi* vulgò eſt inſequi ut perdas: quæ ſignificatio huic loco minimè convenire videtur. Et opinor, *perſequentes ſceleris* hoc in loco valet, ſectantes ſcelus: videlicet idem planè ut in illo, *Quærito pacem & perſequitor eam.* Pſal. 34. 15.

CAP. XX.

Enarrata vox ECEB *ex libro hymnorum.*

AIt David Pſal. 119. 33. *Servabo eam* ECEB. Quid ſignificaret ECEB hoc in loco rem leviculam non diu, ſed anxiè quæſivimus. ECEB autem propriè *calcaneum* ſignificat. Cùm igitur *calcaneus* ſit extrema pars pedis. ſuſpicati ſumus ECEB etiam finem ſignificare, & Davidem hoc dicere, *ſervabo eam in finem*, hoc eſt, ſemper: ut ſit ECEB pro LEECEB ellipſi uſitata Ebræis. in qua ſenten-

ſententia me confirmavit primùm autor interpretationis Chaldaicæ ; deinde Camius Ebræus, cujus hæc ſunt verba : *ſecundum ſententiam meam* ECEB *ſignificat finem. Nam quia calcaneus in extrema parte corporis, ideo finem appellaverunt ab eo* EÇEB *id eſt, calcaneum.* Sed & Græci ad hunc ſenſum accepiſſe videtur cùm verterent δια παντος. Libet adjicere alterũ locum, ubi verbum ECEB idem planè ſignificat. Locus eſt in eodem Pſalmo infrà verſu 112. *Inclinavi cor meum ad faciendum ſtatuta tua, in ſeculum* ECEB. hoc eſt, interprete Chaldæo, *in ſeculum ad finem uſque.*

CAP. XXI.

Hazaelem non fuiſſe filium Benhadadi : ibidemq; oſtenſum malè ſcribi Benhadab in quibuſdam libris Latinis.

HAzaëlem ſunt qui putent fuiſſe filium Benhadadi : ſed falli eos ac decipi puto. Adducor autem in eam opinionem, quòd Scriptura Ben-hadadum vocat dominum Hazaëlis : quod, meo judicio, non faceret, ſi filius fuiſſet. ita vocat eum 2. Reg. 8. 14. Vanum etiam illud eſt quod ſcriptum in Gloſſa ordinaria Amos 1. 4. *Pater Hazaelis vocatus eſt Ben-hadab, b habens ultimam litteram : filius Hazaelis vocatus eſt Ben-hadar per R.* Siquidem codices Ebrei utrumque *Ben-hadad* nominant, cum D in ultima. Sed Græci elementorum affinitate decepti *Benhadar* legerunt. Vnde autem *Benhadab* ſit in nonnullis codicibus latinis

aliis quærendum relinquo, non admodum de eo laborans, cùm constet in melioribus libris esse *Benhadad*.

CAP. XXII.

Vt Plautus dixit, rem voluptatum: ita Ebræi dicunt, verba fraudum, &c.

IN Davide frequens est genus loquendi, *verba fraudum* 35.20. *verba iniquitatum* 65.4. *verba mirabilium* 145.5. pro ipsis fraudibus, iniquitatibus, mirabilibus. Sic *verba cantici* idem dixit, cùm significaret canticum, quod cecinit, quum eum Deus liberasset, tum à ceteris hostibus, tũ à Saulo, Psal. 18. 1. Ejusdem generis est, *Verba jejuniorũ & vociferationes ipsorum*, Esth. 9. 31. Videtur autem hic loquendi modus non longè abire ab eo, quem viri docti observant ex Plauti Amphitruone, ubi *rem voluptatum*, pro ipsis voluptatibus posuit, his verbis:

Satin' parva est res voluptatum in vita atque ætate agunda Præ quod molestum est.

Quod si est, haud omnino inscitè faciet, qui locos suprà citatos ita convertet, *Rem fraudum: rem iniquitatum, mirabilium*, &c. Nam verbum pro re poni in sermone Ebræo, notius est quàm ut indicari debeat.

CAP. XXIII.

Hammonem Deum non arietinis; sed bovinis cornibus effingi apud Iosephum Gorione natum.

Satis

SAtis constat Hammonem pingi solitum cornibus arietinis. primùm ex Festo: *Hammo cognominatus, quia in arena putatur inventus, cui cornua affinguntur arietis, à genere pecoris inter quod inventus fuit.* Deinde ex Isidoro: *Arietem primum signum, cui ut libra medium mundi lineam tradunt propter Ammonem, id est, Iovem vocaverunt, quia in ejus capite, qui simulachra faciunt, arietis cornua fingunt.* Sed in historia Ebraica Iosephi Gorione nati, in eo sermone, quem Nactenabis magus habuit cum matre Alexandri, non arietis, [1] sed bovis cornua ei attribuuntur. Sic enim ibi legimus: *Deus iste* (loquitur de Hammone) *vir est mediæ staturæ, neque senex neque adolescens, in fronte gerit duo cornua similia cornibus bovinis: & barbam habet similem barbe canine.* Vbi notabis quod ait de barba canina. nam id alibi non facilè reperias. ego certè non memini legere de eo ullum usquam verbum.

Lib. 2. ca. 6.

[1] Vervecis caput ei tribuit Athanasius in libello de Idololatria, pag. 7. *Et in Libya*, inquit, *lupiter Amon vervecino capite configuratus*, interprete Nannio.

CAP. XXIV.

Vocabula pleraque Ebraica in Hieronymo corrupta esse, ex ignoratione moris antiqui.

EBraica pleraq; vocabula apud Hieronymum aliter in antiquis, aliter leguntur in libris hodie vulgatis. Id accidit, quia in eo autore emendando qui patrum memoria studium posuerunt, cùm ignari essent lectionis antiquæ, scripserunt Ebræa omnia secundum consuetudinem recentem ac nuperam. quanquam libri manuscripti omnes reclamarent. Quosdam nunc proponam locos, ex

quibus hoc quod dico intelligi poterit. Ita igitur scriptum est in tertio comment. super Iesaiam:

Maximè quia Misraim, quod dicitur AEgyptus.

sed in veteribus omnibus Mesraim legitur: quod sine dubio scripsit Hieronymus. ita enim antiqui sonabant; non Misraim. Eodem modo peccatum est libro undecimo, ubi ait:

Cùm oratio tephilla dicatur.

Non enim *tephilla*; sed *thephella* Hieronymus scripsit: quod ἀρχαικῶς dicitur pro *thephilla*. Colligo ex manuscripto meo, ubi tamen mendosè *thelfellath*. In eodem loco:

quæ in præsenti loco scribitur Michtab.

Liber à manu *Mactha*. emendo, *Machthab*. Machthab antiquè pro Michthab, ut *Mariam* pro Miriam, *Samson* pro Simson. In septimo capite 21.

Verbum Ebraicum ELAI *quod omnes interpretati sunt ad me.*

In manuscripto eodem ELOI: sed dubito an rectè. Nam quæ hoc modo leguntur, ut ELOHI *Deus mi*: ODOM *homo*: ATTHO *tu*: LECHO *tibi*: ea ferè notantur vocali cames, hoc est, ā longo: at in ELAI est phatha, hoc est ă breve, nisi cùm ponitur in distinctione. Videndum ergo num ibi sit accentus distinguens. In nono:

Verbum Ebraicum siccore ambiguum est.

supposita lectio. Hieronymus scripserat *secchore*: & ita libri veteres. In octavo, cap. 27.

Iste autem Leviathan coluber fugiens in Ebraico dicitur bariah.

Legen-

Legendum *baria* aut *bari*. quod poſtremũ repperi in manuſcripto *bari* pro baria, ut *Hoſi* pro Hoſia, & *Ieſu*, unde Ieſus, pro Ieſu. In eodem lib. cap. 14.

Maor autem quod Græcè φωσὴρ.

Non Maor in vetuſto codice; ſed Mor legitur: & hoc antiquè ut CHOB pro CHEOB. Itaq; ubi ait:

Aquila magum interpretatus eſt CEOB.

In veteribus ſcriptum eſt CHEB: ex quo emendo CHOB ſive CHEOB. Noli ambigere quin Hieronymus alterutrum ſcripſerit. In nono, cap. 28.

In monte diviſionũ, qui Ebraicè appellabatur Peraſim.

Quoties Hieronymus teſtatur Ebræos Pe latinum non habere? ſcribendum igitur *Pharaſim*, ut paulò pòſt, *ſic non pepercit in monte Pharaſim.* Hæc pauca è ſexcentis. Nam ſi omnia recenſere velim, quæ in eo autore mutata ſunt, tibi faſtidium ſit legendi, mihi ſcribendi. Pergamus ad alia.

CAP. XXV.

Nani qui ſint: quæve columna nana.

NAnos[a] *Græci vocant pumiliones, hoc eſt, brevi atque humili corpore homines, paullum ſupra terram exſtantes*, ait Apollinaris Sulpitius apud A. Gellium lib. 19. cap. 13. Sed & latinum verbũ eſſe oſtendit ibi Grammaticus neſcio quis, idq; probat ex poematis Helvii Cinnæ, è quibus hi verſus ab A. Gellio etiam laudantur:

At nunc me genij nana per ſalicta
Bigis rheda rapit citata navis.

Feſtus quoque ait *nanos* pumiliones appellari, &

ad similitudinem talium hominum vas aquarium humile & concavum, quod vulgo si·ulũ barbatum vocant, *nanum* dici. His addo apud Mosen tralatione ea, quæ ab urbe nomen sortita est (Ierosolymitana enim dicitur) scriptũ inveniri NANNOS, littera N geminata. Locus est Levit. 21. 20. ubi in Ebræo legimus DAC, quod à Pagnino perperam *lippus* interpretatur. Elias Thesbite & in lexico Chaldaico: *homines brevi atq; humili statura* NANNASIM, *id est, nani vocantur*. Sed Ebraici juris prudentes adjectivè etiam usurpant, ut cùm dicunt, *columnæ nanæ*.[b] Nanum enim tum idem valet quod humile ac breve. Reperies eo modo usurpatum in Middoth capite tertio.

a Lexicon vetus Νάνος; *humilio*. Quidam scribunt νάννος duplici N. Sanè apud Xiphilinum in Domitiano, ubi vulgo legitur νόννας καὶ γυναῖκας (υνέβαλε, viri docti reponunt νάννας vel νίννας, id est, *nanas*.

b *Sic* רוחין נבסים *spiritus nanni* sive *nani*. exstat in Menahem de Racanati Gen. 1. fol. 11. col. 1.

I. DRV-

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER NONVS.

CAP. I.

Quod in veteribus Hieronymi Hellel, mutatum hodie temerè in Hillel. simul adducta sententia una & item altera ejus autoris.

HELLEL ille Phariſæus apprimè nobilis familiam inſtituit, quæ ab eo dicta eſt, *domus Hellel*: de qua Hieronymus in tertio commentariorum ſuper Ieſaiam: *duas*, inquit, *familias interpretantur Sammai & Hellel*. Sed quod in libris veteribus *Hellel* legitur, id mutarunt in *Hillel*, qui non animadverterunt Hellel ἀφαιρέσει dici pro Hillel, ut *Hennom* pro Hinnom. Sic *Emmanuel* dicebant quod nunc Immanuel. vide Iud. 12. 12. in latina vulgata. Hujus eſt ſententia illa in Avoth capite primo, *Qui propagat nomen ſuum, amittit nomen ſuum.* item, *Niſi ego mihi, quis mihi? & cùm ego mihi, quid ego? & niſi nunc, quando?*

a Vixit centum annis antè deſtructionem Templi ſecundi. Autor Elias Levita præfatione in librum, in quo vocum Chaldaicarum ſenſa enarrat. Idē atteſtatur autor illius ſcripti quod *Volumen jejunij* vocatur, fol. 25. col. 3. Quæ ætas incidit in

principatum Herodis magni: ſub quo Hellelum vixiſſe liquet ex hiſtoria Gorionidis cap. 50. ubi ejus & Sammai mentionem facit, ac principem Phariſæorum vocat. Meminit etiam Matthiæ filius Originum lib. 15. cap. 1, ſed aliter nominat. Pollio enim ibi vocatur.

CAP. II.

Enarrata vocabula aliquot è libris magiſtrorum.

SEllam *familiæ*, quam Varro *ſellam familiaricam* dixit, ut Græci autores τὴν ἴδιαν, & è latinis non nemo *ſellam* ſimpliciter; ita Ebræi vocāt MOSAB, id eſt, *ſedem* ſive *cathedram*. Itaque Elias MOSAB ait eſſe locum ubi homines alvum exonerāt. Idem ſcribit BETH HACCHISSE, locum illum vocari, & MACOM quoque, quæ vox propriè *locum* ſignificat. BETH HACCHISSE autem, id eſt, *domus ſellæ* ſive *cathedræ*. Mappam vocem Punicam uſurpant pro linteo, quod menſæ inſternitur, & pro mantelio. Græci χειρόμακτρον vocant, ut cùm dicunt, *Abſtergit manum ſuam mappa*. Ampliùs utuntur eo vocabulo, ut ſignificent involucra librorum legis. Quod Punicum ſit, teſtatur Quintilianus lib. 1. cap. 9. *Mappam*, inquit, *uſitatum circo nomen Pœniſi vendicant*. BETH HADIN quod verbum è verbo redditur, *domus judicii*, non locum ſignificat; ſed ipſos judices. & eſt locutio, ut cùm dicimus, *domus Iſrael*, *domus Iuda*. Ergo, *domus judicii cogunt illum*, valet illud, judices cogunt illum, & ſic alibi vertimus. Sed *Deus & domus judicii ipſius*, id eſt, angeli ipſius, ut Elias expo-

exponit. Similis figura cùm Deus *cœlum* vocatur, ut in illo. *Peccavi in cœlum.* quæ locutio doctoribus familiaris. Per *annulum* ſignificant orbem podicis. id Ebraicè eſt TABBAATH: Græcè autem δακτύλιον, ut viri docti obſervant. *Mitra*, id eſt, מיתרא latinè vitta. ſonat vinculum, à radice IATHAR. ab eo eſt *mitrella*, velum quo virgines Deo ſacræ caput tegebant, obnubebantque, quaſi parva mitra. eo vocabulo ſic uſus eſt Optatus Milevitanus libro ſexto.

[1] Hoc ſignificatu utuntur etiam autores Latini. Martialis, *Attulerat mappam nemo dum furta timentur.* Horatius, *ne ſordida mappa corruget nares.* Conſule Petrum Ciaconium de triclinio. pag. 16.

CAP. III.

Ephrem ſinceriter eſſe apud Latinum interpretem, quod ἰφραὶμ Græci legunt. Quodq; veteres αι in η mutabant.

APud interpretẽ Latinum veterem Iohan. 11. 54. *Ephrem* [a] legitur, quod in libris Græcis ἰφραὶμ. Fuit autem tempus, cùm putarem priorem illam ſcripturam mendoſam eſſe. poſteà mihi venit in mentem, ſolitos fuiſſe olim veteres aliquando ſcribere η pro αι. id quod & anteà à nobis obſervatum eſt, & multa ejus rei exempla in collectaneis nominum veterum reperiuntur. Quale eſt *Ieruſalem* nuſquam non obvium. Vt ergo *Ieruſalem* ſcribebant pro Ieruſalaim: ſic *Ephrem* eſt pro E-

phraim. Itaque apud Nonnum ubi vulgo:

Εἰς πόλιν ὀπποθι μέμνε σὺν ἀντιθέοισι μαθηταῖς
Εφρὲμ τὴν καλέουσι.

Libentiùs legerim Εφρὴμ per ἦτα. lubricus enim sanè lapsus in Εφρὲμ de Εφρημ. sed tamen de eo nolim contendere [b]. Ex hac consuetudine est μωζανὴμ, id est lances, pro μωζαναΐμ apud Epiphanium [c].

a Ita quoque legitur in comment. Hilarij Psal. 59. 9. ad locum, *Ephraim fortitudo capitis mei.* b Nam veteres etiam ε pro αι scribebant, si vera est scriptura horum nominum in codicibus vulgatis Ενγαλλὶμ, Ενγαδδὶ, Ενρωγηλ. hoc postremum & Αινρωγὴλ scribitur. c Adde, si placet, μεσρὴμ pro μεσραὶμ quod nunc sonant Misraim. ex Originib. Iosephi: ex comment. Theodoreti in Psal. 77.

CAP. IV.

Non omnis, non semper. Quod negatio verbum afficiat, non particulam.

NOn *omnis* usitant Ebræi pro nullus: & *non semper* pro nunquam: in quo sermone *omnis* & *semper* tantundem valent, ut si dicas ullus & unquam. Exempla crebra sunt de *omnis*, ut, *Non est impossibile apud Deum omne verbum: Non justificabitur ex operibus legis omnis caro:* rariora de semper, ut Habac. 1. 17. *Et semper interficere gentes non parcet?* Quanquam dici potest, & veriùs videtur, quod negatio afficiat verbum; non particulam. & sic nulla erit figura.

CAP. V.

Isidori Origines locis aliquammultis sanata.

Caput

CAput hoc totum dabo Iſidoro, cui vocibus aliquot Ebraicis faciam lucem & ſimul medicinam. In Geſſai:

in ſole ſacrificium vel incenſum.

lego, *inſula ſacrificium vel incenſum.* In libro de nominibus Ebraicis: *Ieſſe, inſula labamen.* Gloſſarium vetus: *Ieſſai, inſula ſacrificium,* ſive, *inſula holocauſtum.* Eucherius: *Ieſſai, inſula holocauſtum vel ſacrificium.* אי *inſula,* יש *munus.* In Zambri:

ſtella laceſſens vel amaricans.

emendo ex libro de nominibus Ebraicis: *Iſte laceſſens vel amaricans. propriè enim eſt nomen ab amaritudine figuratum.* hæc Hieronymus. ZE *iſte:* MERI *amaritudo.* In Ioſeph:

hunc Pharao Cephaneth appellavit, quod Ebraicè abſconditor repertorum ſonat.

Corrigo audacter: *hunc Pharao Saphaneth Phanee appellavit, quod Ebraicè abſconditorum repertor ſonat.* In libro de nominibus Ebraicis: *Somtonphane corruptè dicitur. Nam in Ebræo legimus Saphaneth phane, quod interpretatur abſconditorum repertor. Porrò ab AEgyptiis didicimus quod in lingua eorum reſonet ſalvator mundi.* In Cain:

Cain, id eſt, poſſedi hominem per Deum.

lege CANITHI, id eſt, *poſſedi.* Ebræa ſunt, CANITHI IS ETH ELOHIM, id eſt, *acquiſivi virum cum Deo.* Lib. 19. cap. 21.

Abanem cingulum ſacerdotale.

Germana lectio *Abanet,* quam in margine notavit corrector. eſt autem Abanet in lingua Ebræorum,

quod à Babyloniis Hemian dicitur. Hierony. de veſte ſacerdotali: *Tertium eſt genus veſtimenti, quod illi appellant Abanet: nos cingulum vel baltheum aut zonam poſſumus dicere, Babylonij novo vocabulo Hemian vocant.* Ibidem,

logicum, quod latinè dicitur rationale.

non λογικόν ſed λόγιον inter veſtes ſacerdotum in Ebraica lingua HOSEN appellatur. de hoc Hieronymus, *Pannus eſt brevis ex auro & quatuor textus coloribus; hoc eſt, iiſdem quibus & ſuperhumerale, habens magnitudinem palmi per quadrum, & duplex, ne facilè rumpatur.* Et Eucherius: *Logion, quod & rationale, pānus erat exiguus, ex gemmis, auro, coloribuſq; variis; qui ſuperhumerali contra pectus Pontificis adnectebatur.* Auguſtinus Quæſtion. libr. 2. quæſtione 116. *Quod Latini rationale interpretati ſunt, inopia lingua fecit. Græcus enim habet* λόγιον, non λογικόν.

CAP. VI.

Sententia quapiam magiſtrorum unde ſumpta ſit indicatum.

CRebræ mutationes principum regnis acciuitatibus perniciosæ ſunt, cū ferè bonis mali ſuccedant, aut malis pejores. Itaque dicunt οἱ διδάσκαλοι· *Væ principatui ſepelienti dominos ſuos.* E Solomone autem id acceptum eſſe didici, ex libro Proverbiorum, ubi ita ſcriptum eſt, *Propter ſcelus terræ multi principes ejus*, Proverb. 28. 1. Salomo Iarius eam, quam dixi ſententiam magiſtrorum, laudat in

dat in commentariis Hoſ. 4. 1. Neque ego illam indignam judicavi, quam hîc adnotarem.

CAP. VII.

De ambiguitate particulæ ETH: *locus ex Geneſ.* 4. 1. *adductus & declaratus.*

ETH particula Ebraica modò quarti caſus articulus eſt, modò præpoſitio. cùm præpoſitio eſt, tum idem valet quod עִם, id eſt, *cum*. Itaque cùm dicis ETH ELOHIM, ambiguus eſt ſermo utrum *Deum* an *cum Deo* velis dicere. ſed circumſtantia loci hanc ambiguitatem plurimum tollit. Non enim omnia locis omnibus ſemper conveniunt. Nam ſi in illo loco Gen. 4. 1. *Acquiſivi virum* ETH ELOHIM, dicerem ETH articulum eſſe: non minus errarem, meo judicio, quàm ſi contra præpoſitionem eſſe dicerem in illo, *Benedicite* ETH ELOHIM. Quanquam igitur ETH ELOHIM per ſe ambiguum eſt, tamen qui in illis, quos recitavi, locis, promiſcuè & ambiguè utrobique accipiat, labi ipſum ac decipi puto. Nam ut non dubito quin in poſteriore loco ſignificet *Deum*: ita præſtare arbitror, ut in priore exponamus *cum Deo*. id valet ope & auxilio Dei. Quod ſi quis objiciat, eam locutionem hoc ſenſu nuſquam reperiri, huic ego reſpondeo, primùm hoc incertũ eſſe an reperiatur nec ne: deinde ut non reperiatur cum ETH, tamen reperiri cum עִם. quod idem valet, 1. Sam. 14. 45. Non me latet quoſdam de hoc loco aliter ſentire; ſed iumentum ego, ſi quod

hîc comminiſcuntur de ſpe Adami, autoritate ſacrarum litterarum probare poſſunt.

CAP. VIII.

Aliter citari ab interpretibus Ebraeis Filii Gorionis verba, quàm in exemplaribus editis contineatur.

IN commentariis Camii Ebræi ſuper Pſalmum centeſimum vigeſimum, ad nomen Meſech, vulgo hæc verba leguntur: *Ioſeph Gorionis filius ait Meſech Hetruſcos eſſe.* Eadem quoque leguntur in ſcholiis Abenezræ. Ceterùm Ioſephi codex, quem domi habeo elegantibus formis excuſum Venetiis, non Meſech habet, ut boni illi viri legũt; ſed Thubal. ejus verba ſunt lib. 1. cap. 1. *Thubal, hi ſunt qui habitant in terra Thuſcana, ad flumen Phiſaa.* poſteà ſequitur: *Meſech, hi ſunt Sibſane.* ita codex ille; ſed ſuſpicor mendam eſſe, & legendum *Sichſane*, Beth in Chaph mutata. Nam proclivis ſanè lapſus de Chaph in Beth, propter nimiam harum litterarum ſimilitudinem: quas invicem permutatas in Ebraicis monimentis ſæpe adnotavimus. Arbitror autem per *Sichſane*, paullum corrupta voce, Saxones intelligi, populos Germaniæ. Sed hoc arbitrarium eſſe volo, non certum.

CAP. IX.

Mos Græcorum ultimam conſonantem in σίγμα mutandi.

BArbara vocabula ita ferè corrumpunt Græci, ut ultimam conſonantem mutent in σίγμα, quem-

quemadmodum exempla, quæ adducam, perspicuum facient. Paucis notum, tamen certum est, κέρας hoc modo factum ex Chaldaico CERAN: & λάμπας ex Ebræo LAPHID. Illud notius & à me anteà observatum, quod Αννίβας dicũt ex Annibal: Ασδρύβας ex Asdrubal: sic Γολίας [a] reperitur ex Goliath: sic Libanus ex LEBANON: sic κρόκος ex CHARCHOM: sic καδμὸς, id est, orientalis ex CADMON: sic ἔρανος ex ARNON: sic deniq; κύρβας unde κυρβασία ex CHIRBEL: & fortè an ἐλέφας ex Arabico ELPHIL. Alia multa talia in schidis meis annotata sunt; sed quibus enumerandis ideo supersedeo, quòd facillimum sit cuique ea inter legendum observare. Mihi satis hanc consuetudinem veterum verbo indicasse.

a Ad hoc exemplum pertinent *Ioses* & *Tobis* pro Ioseph & Tobit: nisi magis ut sint ex Iose & Tobi; quæ similiter usitata. Ceterùm *Golias* in obliquis facit *Goliæ Goliam*, &c. Tale est *Beliæ* ex Belial apud Tertul. in de corona militis.

CAP. X.

Quid differant Iurare Domino, & Iurare per Dominum.

QVod latinè *jurare Dominum* aut *per Dominũ*: id Ebraicè dicitur BADONAI cum beth. ex quo illud Apocalyp. 1. 6. καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, id est, *juravit per eum qui vivit in secula seculorum*. Interdum autem reperitur LADONAI cum Lamed; sed alio sensu. tum enim valet, *jurare Domino*, ut quantum inter eum cui juramus, & eum per quem juramus interest, tantùm inter

hæc duo interesse videatur. Si fas esset in re tam levi, auderem *vivit Dominus*, differentiam hanc perpetuam esse: insciteque interpretes eam confundere, Sophon. 1. 5. Cùm vertunt, *Qui jurant per Dominum*: quod scriptum in Ebræo LADONAI id est, *Domino*, ut Psalm. 132. 2. *Quæ juravit Domino, vovit fortis Iacob.* & Iesai. 19. 10. *In die illo erunt quinque civitates in terra Ægypti utentes lingua Chanaan, & jurantes Domino.* Quid autem sit *jurare Domino* discès ex 2. Paralip. 15. Porrò in verbis Sophoniæ hæc sententia continetur, Qui jurati sunt Domino, hoc est, qui sanctè ac quasi Deo teste polliciti sunt se in fide, pietate, fœdere mansuros cum Domino, violant quod polliciti sunt jurando per regem suum, sive, ut alij malunt, per Deum suum Moloch.

CAP. XI.

Declarata verba Hieronymi de terminatione pluralium apud Ebræos.

DIvus Hieronymus ut probet SAMAIM in multitudinis numero masculinum esse, ponit hanc regulam in commentario super Iesaiam ad locum, Audi cœlum;

Est Ebraici characteris idioma, ut omnia quæ IM *syllaba finiuntur, masculina sint & pluralia, ut Cherubim, Seraphim: & quæ in* OTH *fœminina & pluralia.*

Quæ aliena est à proposito, nisi statuamus duplex plurale, unum duorum; alterum plurium. Plu-

rale

rale duorum eſt, quod nos duale dicimus. ejus terminatio propriè in AIM, eſtq; tam fœminino rum quàm maſculinorum, ut SETHAIM *duæ*: SAMAIM, *cœli*. Alia pluralia quæ quidem maſculina ſunt, terminantur perpetuò in IM. Non tamen omnia quæ in IM terminantur talia ſunt. NAIM enim media Ain in unitatis numero *jucundum* ſignificat, & ZARIM, id eſt, *inundatio ſive turbo*. Præterea NASIM vox *fœminas* ſignificans ſenſu & conſtructione fœminina eſt. Sed & MOTH in ſingulari *mortem* denotat, & ABOTH in plurali *patres*. quod poſtremum maſculinum eſt, terminatione fœminina.

CAP. XII.

De vocabulo maris Ebraico adverſus locum quendam ejuſdem Hieronymi.

MAris Ebraicum vocabulũ conſtat eſſe IAM: idque mihi ita notum videtur, ut in re perſpicua exemplis abutendum non putem. Hieronymus tamen in commentariis Ieſ. 2. ad hunc modum ſcribit: *Ebræi putant lingua propria ſua mare Tharſis appellari: quando autem dicitur* IAM, *non Ebraico ſermone appellari; ſed Syriaco*. Sic ille. Quod tale eſt ut ne ipſis quidem Ebræis hodie probatum iri exiſtimem. An olim ita ſenſerint, neſcio. Credo ego Hieronymum ex magiſtro ſuo id hauſiſſe: qui, ut alia multa, ita hoc prave ipſum docuit. nam de Tharſis dubitari poteſt an omnino mare ſignificet. Sed de eo non contenderim. hoc tantùm,

IAM Ebraico ſermone appellari mare; non Syriaco. Syri enim mare IAMMA dicunt, quod, cùm eandem originem habeat cum illo ſuperiore, forma tamen differt. origo autem ipſa ex Ebræo eſt. dico ex Ebræo, primùm quia Moſes ea voce frequenter uſus eſt, qui haud dubiè Ebraicè ſcripſit, non Syriacè: deinde, quia inter omnes ſatis conſtat, eam linguam Syriaca antiquiorem eſſe.

CAP. XIII.

Notata quædam in editionem Chaldaïcam ex libro Eſther.

CHaldæi interpretis verba ſunt è primo libri Eſther verſu 6.

וְדוּרָא דִי בְכַרְכֵּי יַמָּא

Quæ vir doctiſsimus Benedictus Arias Montanus ita convertit, *Et filorum perplexionibus, quæ munitionibus maris magni adferuntur.* heu pravam declarationem. emendo, & *Dora lapide, qui in civitatibus maris magni.* Nihil verius. Camius in libro radicum voce Dar: *Aiunt magiſtri lapidem eſſe pretioſum in opidis maritimis, qui* 'Dora' *vocatur, quem ferunt in menſa poſitum illuſtrare totum convivium.* In eodem capite, verſu tertio, ESTARTIGIN, id eſt, interprete Aria, *anteſignani.* Tu ex me diſce vocem Græcam eſſe στρατηγοὶ, quæ hoc in loco id denotat, ut in Actis Apoſtolorum, ubi præfectus templo ab Euangeliſta στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ appellatur. hoc tam certum mihi quàm certum hunc ſolem lucere in meridie. Capite ſecundo verſu nono.

' *Fortè an lapis phengites dictus ita à tranſlucendo. Vide Agricolam de nat. foſſ. l. 7.*

HES-

HESDA: Ariac *misericordiam*: ego, *gratiam*, ut apud Solomonem in Proverbiis DISA DEHESDA, id est, *caprea gratiæ*. sed hoc leve. Capite 8. vers. 9. HAPHAHOTH, Chaldæus voce Græca exposuit הפחכין: pro quo εὐλογητὸς ille scribit *hipparchis*: meo judicio, non rectè. malim, *hyparchis*. est autem ὕπαρχος prætor; ut apud Herodotum Σαρδίων ὕπαρχος. potest etiam scribi, *Eparchis*, id est, ἐπάρχους. Iosephus Orig. Iudai. lib. 11. cap. 5. τοῖς ἐπάρχοις τῆς κοίλης Συρίας.

CAP. XIV.

Allophyli qui sint in Græcorum editione? quive alienigenæ in latina vulgata.

Ἀλλοφύλους usitatè intelligimus eos, qui alterius gentis sunt, quos Ebræi NOCHRIM aut ZARIM appellant. ita sanè lxx. translatores accipiunt, Iesa. 2. 6. καὶ τέκνα πόλλα ἀλλόφυλα ἐγενήθη αὐτοῖς, id est, liberi multi alieni aut peregrini. Iidem tamen sæpe aliter accipiunt, ut in eodem versu, ἐπλήσθη ἡ χώρα αὐτῶν κληδονισμῶν ὡς ἡ τῶν ἀλλοφύλων. Hic enim idem valet quod Philistæorum. & est nomen proprium gentis. Itaque Hieronymus exponens eum locum: *Pro Philisthiim*, inquit, *semper* lxx. ἀλλοφύλους *interpretati sunt, nomen commune pro proprio: quæ est hodie gens Palæstinorum, quasi Philistinorum, quia* P *litteram Ebraicus sermo non habet; sed pro ea* Φ *Græco utitur*. hactenus Hieronymus. Huc referendum ex Psal. 107. 10. ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν, ita postulante sententia. Sanè in

Ebræo legitur PHELESETH: ex quo alii omnes interpretes ἡμεῖς φυλιστιείμ φιλωθησαν, id est, *mihi Philistæi amici facti sunt.* Quæ verba ideo adduxi, quoniam vulgo aliter legúntur in fragmentis noſtris. Sed corrupta ibi ſunt, emendanda ex hoc loco. Idem ſenſus vocis alienigenæ in latina vulgata. Hieron. Ieſa. 14. *Philiſtæos autem, ut ſuprà diximus, Paleſtinos ſignificat, quos alienigenas vulgata ſcribit editio: cùm hoc non unius gentis: ſed omnium externarum gentium vocabulum ſit.* Claudam caput, ſi prius addidero ex Theodoreto & Euthymio, qui Philiſtæos ideo dici ἀλλοφύλους ſcribunt, quia vicinam Iudææ regionem habitabant. Quod tamen cum aliis multis gentibus ipſis commune erat.

[1] Propriè alterius tribus. nam φυλὴ tribus. Sed interdum gentem denotat. Hoc nomen latè ſumunt Tertul. adverſus Iudæos cap. 4. & Nazianzenus ſteliteut. 2. ſtrictè ſumit & Ieremias. cap. 47. edit. Græca. Theodoretus ad hunc locum: *Vocat alienigenas eos, qui Aſcalonem, Gazam, Azotum, Geth & Accaron incolunt.*

CAP. XV.

Quod in vulgatis Hieronymi ἄρμα Αἰγύπτου, in veteribus legi ὄρομα Αἰγύπτου.

QVod apud Ieſaiam in principio capitis decimi noni MASSA MESRAIM, id olim Aquila tranſtulit ἄρμα Αἰγύπτου, ut teſtatur Hieronymus in commentariis ad eum locum [2]. Cùm autem cõſtet ἄρμα nomẽ eſſe ab αἴρω, id eſt, tollo, non iu-

injuria credi poteſt id eſſe hoc in loco ἄρμα, quod Symmachus & Theodotio, teſte eodem Hieronymo, λῆμμα dixerunt. cogitemus tamen. Nam in libris quibuſdam veteribus, non ἄρμα legitur, ut in vulgatis; ſed ὅρμα, ut ſuſpicari quis poſsit Aquilam tranſtuliſſe ὅρμημα Αἰγύπτου, id eſt, *viſio Ægypti*. Id qui dabit, idem facilè concedet eum imitatum fuiſſe in eo ſeptuaginta ſeniores. eorũ enim eſt illud ὅρασις Αἰγύπτου[b], ſi credimus Hieron. Sed enim cogitanti ut Aquila amet exprimere verbũ è verbo, quem propterea contentioſum interpretẽ appellat Hieron. vix dubium mihi videtur, quin verior ſit lectio vulgata. Nam MASSA verbum è verbo, id eſt, ἄρμα. Quomodo autem prophetia dicta ſit MASSA à tollendo, iam pridem in primo Quæſtionum noſtrarum, quem octo abhinc menſes curavimus imprimendum, copioſè docuimus. inde igitur petat, qui id ſcire avebit. *Lib. 1. quæſt. 57.*

[a] Non ibi ſolùm hoc teſtatur, ſed etiam prooemio in Nahum, *maſſa*, inquit, *Aquila tranſtulit ἄρμα*. Et in Habacuc: *maſſa Aquila verè in pondus*. Sed in principio comment. ſuper Malachiam, *quod Ebraicè* MASSA, *ab Aquila* ὅρμα *dicitur*. Quid hîc ſtatuemus? An in una verſione poſuit ἄρμα, & ὅρμα in altera? duas enim edidit. Hac poſtrema voce uſus eſt Fauſtus apud Auguſtinum lib. 31. cap. 3. *juxta Horama Petri*.

[b] Inter ὅρμα & ὅρασις diſtinguit Theophylactus in Act. pag. 33.

CAP. XVI.

De vocabulo Secchora adverſus Hieronymum.

Ebræo legitur PHELESETH: ex quo alii omnes interpretes ἐμοὶ φυλιστιὼν φιλιώθησαν, id est, *mihi Philistæi amici facti sunt.* Quæ verba ideo adduxi, quoniam vulgo aliter leguntur in fragmentis nostris. Sed corrupta ibi sunt, emendanda ex hoc loco. Idem sensus vocis alienigenæ in latina vulgata. Hieron. Iesa. 14. *Philistæos autem, ut suprà diximus; Palæstinos significat, quos alienigenas vulgata scribit editio: cùm hoc non unius gentis: sed omnium externarum gentium vocabulum sit.* Claudam caput, si prius addidero ex Theodoreto & Euthymio, qui Philistæos ideo dici ἀλλοφύλους scribunt, quia vicinam Iudææ regionem habitabant. Quod tamen cum aliis multis gentibus ipsis commune erat.

[a] Propriè alterius tribus. nam φυλὴ tribus. Sed interdum gentem denotat. Hoc nomen latè sumunt Tertul. adversus Iudæos cap. 4. & Nazianzenus steliteut. 2. strictè sumit & Ieremias. cap. 47. edit. Græca. Theodoretus ad hunc locum: *Vocat alienigenas eos, qui Ascalonem, Gazam, Azotum, Geth & Accaron incolunt.*

CAP. XV.

Quod in vulgatis Hieronymi ἄρμα Αἰγύπτῳ, *in veteribus legi* ὄρομα Αἰγύπτου.

QVod apud Iesaiam in principio capitis decimi noni MASSA MESRAIM, id olim Aquila transtulit ἄρμα Αἰγύπτῳ, ut testatur Hieronymus in commentariis ad eum locum [a]. Cùm autem cōstet ἄρμα nomē esse ab αἴρω, id est, tollo, non iu-

injuria credi poteſt id eſſe hoc in loco ἄρμα, quod Symmachus & Theodotio, teſte eodem Hieronymo, λῆμμα dixerunt. cogitemus tamen. Nam in libris quibuſdam veteribus, non ἄρμα legitur, ut in vulgatis; ſed ὄρμα, ut ſuſpicari quis poſsit Aquilam tranſtuliſſe ὄρμαμα Αἰγύπτου, id eſt, *viſio Ægypti*. Id qui dabit, idem facilè concedet eum imitatum fuiſſe in eo ſeptuaginta ſeniores. eorũ enim eſt illud ὄρασις Αἰγύπτου, ſi credimus Hieron. Sed enim cogitanti ut Aquila amet exprimere verbũ è verbo, quem propterea contentioſum interpretẽ appellat Hieron. vix dubium mihi videtur, quin verior ſit lectio vulgata. Nam MASSA verbum è verbo, id eſt, ἄρμα. Quomodo autem prophetia dicta ſit MASSA à tollendo, iam pridem in primo Quæſtionum noſtrarum, quem octo abhinc menſes curavimus imprimendum, copioſè docuimus. inde igitur petat, qui id ſcire avebit. *Lib. I. quæſt. 57.*

a Non ibi ſolùm hoc teſtatur, ſed etiam prœmio in Nahum, *maſſa*, inquit, *Aquila tranſtulit ἄρμα*. Et in Habacuc: *maſſa Aquila vertit in pondus*. Sed in principio comment. ſuper Malachiam, *quod Ebraicè* MASSA, *ab Aquila* ὄρμαμα *dicitur*. Quid hîc ſtatuemus? An in una verſione poſuit ἄρμα, & ὄρμαμα in altera? duas enim edidit. Hac poſtrema voce uſus eſt Fauſtus apud Auguſtinum lib. 31. cap. 3. *juxta Horama Petri*.

b Inter ὄρμαμα & ὄρασιν diſtinguit Theophylactus in Act. pag. 33.

CAP. XVI.

De vocabulo Secchora adverſus Hieronymum.

VErbum Ebraicum SECCHORE, ait Hieronymus, *ambiguum est, & vel ebrios vel mercenarios sonat:* quasi nulla diversitas sit inter *Secchore* & *Sechire*, mercenarii *Sechire* dicuntur; ebrii *Secchore*: est autem diversitas inter hæc duo, primùm in sono litterarum: deinde in vocalibus. dico in sono litterarum, quoniam s in *Sechire* sonat ut s nostrum in primis vocibus, ut in *Securis*: at in *Secchore*: magis stridet, neque nostri sermonis est. In vocalibus, quia unum legitur cum Vau, alterum cum Ioth. Neque quod hîc adfertur rei probandæ *Isachar, id est, merces*, quicquam ad rem facit. Nam ut verum sit mercedem *Sachar* dici, non puto hoc satis esse ad probandum, quod vult Hieronymus, nisi si satis esse putemus si quis dicat ABVR A, id est, *transgressio*, ut probet BAABVR significare, quod Theodotio vertit, *in transgressione*. Quid? an quia HOMA murum sonat, dicemus eandem vim habere HAMMA? aut quia EREB est vespera, ideo OREB quoque vesperam significabit? hoc volo & concludo, non rectè ambigua dici, quæ sono litterarum & notis vocalium inter se distincta sunt.

CAP. XVII.

Hieronymi locus quidam illustratus. Quid Gehon: quidve Sihor. unde Melo nomen, quo Ennius usus.

LIbet duo vocabula vetera *Nili* hoc capite annotare, quando Hieronymus, Ierem. 2. 18. in eo loco

eo loco ubi citat editionem communem, aliter intelligi non poteſt. Nam quod in aliis editionibus ſecundum veritatem Ebraicam, *Vt bibas aquam Sihor: in ea*, inquit, *legitur, ut bibas aquam Gehon.* nec temerè. Nam ſcilicet per *Sihor* intelligi fluvium Ægypti, qui idem & *Gehon* vocatur, ſi non fallit antiquitas. Euſebius de locis Ebraicis *Gehon, fluvius qui apud Ægyptios Nilus vocatur* [a]. Ioſephus lib. 1. cap. 2. γιὼν δὲ ὁ αὐτὸς Αἰγύπτιος ῥεῖ. δηλοῖ δὲ τὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἀναδιδόμενον ἡμῖν, ὃν δὴ νεῖλον ἕλληνες μετωνόμασαν. Interpres igitur ille, quiſquis fuit, ad ſenſum reſpexit, ac neſcio an eo etiam, quod *Gehon* in hoc ſignificatu minus controverſum ſit. nam de *Sihor* non eadem omnes ſentiunt. Euſebius enim ita interpretatur tanquam ſi eſſet nomen loci; ſed, meo animo, fallitur. Nam pro fluvio uſurpatur non hoc in loco tãtùm; ſed etiam Ioſ. 19. 26. & 1. Paralip. 13. 5. Dictus autem eo modo *Sihor* à nigredine, quemadmodum cùm Nilus à Græcis autoribus μέλας nominatur. certè Sahar Ebræis quod nigrum eſt ſignificat. Μέλας autem nominatum fuiſſe *Nilum* à veteribus Græcis, præter Euſtathium Homeri enarratorem, etiam Plutarchus de fluminibus declarat. Mirum ni ab hac origine Melo quaſi μέλας. aut dictus Melo ſive Milo (ita quidam legunt) quaſi Nilus, N in M mutante. Nam hæ litteræ alternant, ut in *Noph* & *Moph*, id eſt, Memphis. Servius in primum Æneidos: *Ennius dicit Nilum Melonem vocari, Atlantem verò Telamonem.* Feſtus in Alumento: *Alumento pro*

Laomedonte, à veteribus Romanis nec dum adsuetis Græca linguæ dictum est: sic Melo pro Nilo, ex his locis interpretantur illud Ausonii, *Melonis albam paginam,* [c] de papyro, quem Nilus producit.

a Beroaldus Chrono. lib. 2. cap. 7. multis ostendit Gehon & Sihor dici fluvium AEgypti: ac alium esse à Nilo. In eadem sententia fuisse videtur Ebræus Abraham cognomento Abenezra, qui Nilum inter & fluvium AEgypti, quem Sihor vocari scribit, apertè distinguit, si modo שיחור est Nilus. Scribit hoc Gen. 15. 18. ad locum, *à flumine Ægypti.*

b De fluvio AEgypti intellige, quem alii Nilum exponũt, alii Rhinocoruram; nec temerè. Nam Nilus non disterminat Palæstinam ab AEgypto. Autor illarum quæstionum, quæ in libros Præteritorum scriptæ exstãt in operibus Hiero. *Sihor*, inquit, *Ægypti fluvius est à Nilo derivatus.*

c Politianum adi Miscel. cent. 1. cap. 39.

CAP. XVIII.

De sensu alio nominis Gehon: deque etymo ejusdem.

IGitur Gehon fluvium Ægypti significat, ut diximus: scribendumque perpetuò hoc nomen cum aspiratione Gehon aut Gihon. Erat & rivulus ejus nominis propè Ierusalem, sic dictus, ut videtur, quòd hortos vicinos urbi irrigaret, Nili in morem: aut dictus Gehon ab effluendo, quod est גרח; à qua radice fluvius Ægypti quoque appellatus fuit, eo quòd extra ripas diffluens irrigaret humum, ut Gamius pater censet; cujus si verba latinè interpretemur, hanc ferè sententiam continent: *Gehon est flumen Ægypti a radice* גרח *quæ effluere significat, eo quòd extra ripas diffluat, humumq; inundet.*

inundet. Sed & rivus, qui propè Ieruſalem, eo nomine venit, quem etiam Siloa dicunt. Sanè in Thargum Ionathæ Siloa legitur, ubi in Ebræo eſt Gehon. fortè Gehon exeo dictus, quòd in hortos tranſcurreret irrigandi eos cauſſa. hactenus ille. Hujus rivuli mentio in Annalibus Ebræorum, videlicet in Seder olam Rabba, capite vigeſimo tertio, his verbis: *Sub adventum Senacharibi regis clauſit Ezecias aquas Gehon,* id eſt, obſtruxit fontem torrentis Siloa.

CAP. XIX.

Cur decem tribus ſignificata per domum Ioſeph.

SAtis inter omnes conſtat per domum Ioſeph intelligi decem tribus. Amos 5.6. & Abd. 18. ejus autem rei Hieronymus hanc cauſſam adfert, quòd Ieroboam autor & caput diſceſsionis populi de tribu Ephraim fuerit, & de domo Ioſeph. Alii autem ſuſpicantur ita appellatas tribus illas propter claritatem & ſplendorem nominis Ioſeph. Alii, quoniam nomen Ioſeph excludit genus Eſau, à quo gens Idumæa deſcendit. Camius autor à tempore diſceſsionis domum Iacob, qui & Iſrael, appellatam fuiſſe domum Ioſeph: & quamvis ab Iſraële genus quoque duxerint tribus Iuda & Benjamin: tamen, ut Hieronymus annotat, ex majore parte populi decem tribus nomen priſtinum retinuerunt. Duæ autem aliæ, quibus imperabat ſtirps Davidis, vocatæ ſunt Iuda. Hieronymus in commentariis Amos 5. Camius in comment. Abd. 18.

mub

CAP. XX.

Locus ex prophetia Ionæ bifariam enarratus.

IOn. 2. 4. *Flumen circundedit me.* An per *flumen* mare intelligit, ut sit μέτωνυμις, figura Grammaticis nota? Sic Nicander in Theriacis pontum *fluvium* appellat. Lexicon Hesychii, ποταμὸς ὁ ὠκεανὸς καὶ τὸ ὑγρόν. Sic Amos. 6. 15. *torrens deserti* valet interprete Camio *mare deserti.* Contrà Virgilius *maris* vocabulum de fluvio usurpat his versibus:

Vnde per ora novem vasto cum gurgite montis,
It mare proruptum.

Aut *flumen* posuit pro fluminibus, hac sententia: fluminibus undique in mare exonerantibus ac fluentibus circumdatus fui. Sic Græci, καὶ ποταμοὶ ἐκύκλωσάν με.

CAP. XXI.

Notatum genus loquendi, fluvius Euphratis.

MOsis verba sunt Gen. 15. 18. *A fluvio Ægypti usque ad fluvium magnum, fluvium Euphratis.* Quorum partem postremam vulgò convertunt, *fluvium Euphratem.* sed est genus constructionis familiare Ebræis, *fluvius Euphratis*, ut *urbs Ierosolyma.* Tale est, *herba Lapathi*, apud Horatium: &, *lex Posthumia*[a], in Catullo. Quare qui Mosis locum aliter convertunt, quanquam sensum exprimant, genus tamen loquendi in utraque lingua repertum sine ulla necessaria caussa immutant. Quod in sacris litteris minimè probandum

dum videtur.

a *Vt lex Poſthumia jubet magiſtra*, id eſt, Poſthumia. Sic alibi eſt *urbs Roma*, pro Roma.

CAP. XXII.

Notatus error Hieronymi ſuper Libano monte.

AIt Hieronymus: *ὁμωνύμως *apud Ebræos & Græcos & mons appellatur & thus.* Cum pace autem cumque venia iſtorum, ſi qui ſunt, qui Hieronymi autoritate capiuntur, dictum hoc ſit: *Thus apud Ebræos Lebona dicitur: mons, Lebanon.* Ecce diſcrimen in vocalibus: diſcrimen in terminatione. Non igitur ὁμωνύμως & mons appellatur & thus apud Ebræos & Græcos; ſed apud Græcos tantùm. Itaque quod alibi *idem ſcripſit, *Libanus mons juxta Græcum ſermonem* ὁμώνυμον *eſt thuri, veriſimum eſt.* Ceterùm pro certo non conſtat utrum mons ita appellatus ſit à thure, an aliam habeat nominis rationem. Neque enim in ſacris litteris hoc uſquam ſcriptum lectum eſt. Tamen, cùm LABAN dicant Ebræi, quod nos album, credi poteſt, nomen Lebanon à candore nivium vocitatum. A Lebanon autem eſt Græcum λίβανον in quo ultima mutata, ſecundum conſuetudinem ejus linguæ. Græci enim, ut à Hieronymo ipſo notatum eſt, hanc habent conſuetudinem, ut Ebræa nomina Græco ſermone declinent. Hieronymus Hoſ. 5. in principio.

In commēt. Ioſ. 14.

In commēt. Habac. 2.

CAP. XXIII.

Quid ſit apud Davidem, Coram diis pſallam te.

Coram diis psallam te. hoc ex Psalmo 138.1. alii enarrant, *coram angelis*, ut Græci: alii *coram judicibus*. Sed adverte. Quod in Ebræo NEGED ELOHIM, exponi etiam potest, *coram Deo*. id nonnunquam valet, *coram arca*. Deus pro arca, ut in illo, *Deus venit in castra. Coram angelis*, vel ut Græca verba sunt ἐναντίον ἀγγέλων sensus est, inter sanctos, sive in cœtu piorum. næ ubi talis cœtus, ibi angeli sunt. Itaque Apostolus præcipit fœminis in Ecclesia ut velato capite sint propter angelos. Angeli enim semper intersunt, aut verius præsunt cœtibus hominum sanctorum. *Coram judicibus.* ita enarrat optimus inter Ebræos autor Camius. Sic Deorum vocabulo usus est idem David, Psal. 28. 1. *In medio deorum judicat:* sic Exod. 22. 9. *Ad Deos veniet causa amborum*, vult dicere, ad judices. nihil certius. En tres expositiones: quarum una à me est, aliæ duæ ab aliis etiam notatæ fuerunt. Ex his quisque eliget, quam optimam esse putabit. neque difficile iis, qui judicio in his litteris pollēt, optimam eligere. ego quidem certè quæ mihi eligenda sit, non valde dubium habeo.

Vide Appendicem in fine.

CAP. XXIV.

Quod erat in Hieronymi commentariis vocabulum Caritha, corruptum dein improbè insciteque in Cartha.

IN commentariis Hieronymi super Iesaiam libro nono ita scriptum editis exemplaribus invenitur: *In Ebræo legunt Ciriath, quod propriè villam* signi-

ſignificat, & lingua Syra dicitur Cartha. Ceterùm non me fugit, *Karsha* rectè dici apud Syros; ſed à Kareth, non autem à Kariath. lege igitur cum manuſcripto:

& lingua Syra dicitur Caritha.

Karitha, id eſt קריתא, ut *Tabitha*, *Talitha*, & alia ejus generis, quæ hodie legimus, Karietha, Tabietha, Talietha. Aliud notandum in hoc loco, quanquam leve. Nam quod præcedit *in Ebræo legunt Ciriath*, meliùs ſcriptum invenitur in veteribus; *in Ebræo legunt Cariath.* ut ſtatim poſt: *pro civitate Cariath ſcribitur*, id eſt, villa. Nam antiquitus *Cariath*; non Ciriath: quomodo haud dubiè Hieronymus ſcripſit.

CAP. XXV.

ARS *legendum in Hieronymo, ubi nunc vulgo* AR *legitur: quidque iis vocibus ſignificetur.*

LOcus apud Hieronymum in ſeptimo commentariorum ita perperam legitur in libris vulgatis: *ex quibus una juxta* LXX. *appellatur Aſedec: juxta alios interpretes civitas* AR *ſive* ARES, *vel civitas ſolis.* cùm manuſcriptus, qui apud me, ſic habeat: *juxta alios interpretes civitas* ARS *ſive* ARES, *id eſt, civitas ſolis.* optimè. ARS ſive ARES Ebraicè חרס, id eſt, ſol. Hieronymus libro quinto: *Ares vocabulum ambiguum eſt. & teſta dicitur & ſol, eo quod utrumque areat & ſiccum ſit. Hunc locum non intelligens Onias, Templum exſtruxit in Ægypto in oppido* ἡλιοπόλεως. *Lege Ioſephi hiſtorias.*

rias. Alii ARES, *id est*, ὄστρακον, *hoc est, urbem ostracinam intelligi volunt, & cæteras juxta Rhinocoruram & Cassium civitates: quas usque hodie in Ægypto lingua Chananitide, hoc est, Syra, loqui manifestum est.* hæc Hieronymus. Sed AR Ebraicè עַר civitas est, quæ alio nomine Areopolis vocatur: & sonat in sermone Græco, si interpreteris, ἀντίδικος, id est, *adversarius.* Idem libro eodem, *Moab provincia Arabum, in qua fuit Balac filius Beor &c. hujus metropolis civitas* AR: *quæ hodie ex Ebræo & Græco sermone composita Areopolis nuncupatur; non, ut plerique existimant, quod* ἄρεος, *id est, Martis civitas sit. Interpretatur autem* AR ἀντίδικος, *id est, adversarius.*

I. DRV-

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER DECIMVS.

CAP. I.

Adipis vocem transferri ad res inanimas.

GENVS ſermonis quaſi proverbiale eſt, cũ dicimus, *Adeps terræ, adeps tritici, adeps muſti, olei & frumenti*, pro eo quod optimum ac pinguiſsimum eſt in illis rebus. *Adeps terræ* ab aliis redditur, *medulla terræ*. Poſſet etiam reddi, *ſumen terræ*. Quomodo locutus eſt quondam Cæſar Vopiſcus. Varro de re ruſtica lib. 1. *Cæſar Vopiſcus ædilitius cauſam cùm ageret apud cenſores, campos Roſcæ Italiæ dixit eſſe ſumen: in quo relicta porticapoſtridie nõ appareret.* Exſtat Gen. 45. 18. *comedetis adipem terræ*, id eſt, terrã pinguem & uberem. *Adeps tritici* legitur Pſal. 81. 17. & numero multitudinis, *adipe triticorum ſatias eos*, Pſalm. 147. 14. id eſt, optimis triticis; non, ut quidam, *polline tritici*. Nam & pollen eſſe poteſt in tritico non bono, ut ne dicam quòd pollen Celſo propriè ſit farina impurior. *Adeps olei*. Num. 18. 12. *Adeps muſti & frumenti*, ibidem.

CAP. II.

Quod discrimen sit psalterii & decachordi adversus sententiam veterum.

PRoditum est à veteribus, & quidem, si bene memini, in monumentis sanctissimi & Ebraicę linguæ peritissimi hominis Eusebii Hieronymi psalterium apud Davidem legi decem chordarum: ex quo fortean Isidorus de etymologiis, *Psalterio*, inquit, *Ebræi decachordo usi sunt propter numerum decalogi legis* & Lombardus lib. 3. distinctione 37. *habet decalogus decem præcepta, quæ sunt decachordum psalterium*: acutè. Ego autem qui Davidem sæpiùs legi ac relegi, affirmare ausim, nusquam id dilucidè diserteque apud eum scriptum reperiri; sed eos ita putasse inductos in eam opinionem his ex trigesimo secundo psalmo verbis: *psalterio decachordo psallite ei.* Cùm tamen ibi ἀνύδετον sit (videatur certè) pro *psalterio & decachordo.* nam id genus figuræ frequens est apud Ebræos. Quod dico firmamentum habet primùm ex autoritate Ebræorum, qui manifestè inter hæc duo nomina distinguunt: deinde ex psalmo nonagesimo secundo, ubi ita legimus: *super decachordo & super psalterio.* Est autem psalterium genus instrumenti, quod Ebræis NEBEL dicitur, unde Græcum νάβλον, & quo usus Ovidius est libro tertio de arte:

Discite etiam duplici genialia vertere palma
Nablia, conveniunt dulcibus illa modis.

Decachordon autem est instrumentum decem chordarum, prout ipsum nomen indicat, etiam Ebræ-

Quid sit exponatur *decachordo, id est, psalterio?* Quale illud, *iudicium Paridis spreta, & injuria formæ.*

Ebraicum ASOR, quod à decem formatum.

CAP. III.

Quàm ſint varia interpretum ſententiæ ſuper inſcriptione pſal. 22.

VAria admodum interpretes adferunt ad inſcriptionem pſalmi ſecundi ſuprà vigeſimũ, quæ, ut Ebræa characteribus latinis exprimantur talis eſt:

*AL AIELETH SAHAR. Ain.

Sunt enim qui interpretantur, *ſuper ſtella matutina*, videlicet ex monumentis τῶν διδασκάλων, in quibus Lucifer, qui Græcis eſt φωσφόρος, AIELTHA nuncupatur. Alii putant inſtrumentum muſicum iis verbis dici: alii genus carminis. Quidam explanant *ad robur auroræ*, & arbitrantur hunc hymnum ſcriptum fuiſſe mane, cùm aurora exoriens jubar ſuum longè lateque diffudiſſet. Quæ an vera ſint, neſcio; mihi quidem non videntur. Credo autem Davidem meliùs in latinum converti, *ſuper cerva auroræ*: quod ſic accipio ac ſi diceret, *ſuper cerva pulchra*. Auroram enim ponunt Ebræi pro pulchro. Porrò *cerva pulchra*, vox eſt planè amatoria. ſolent enim qui amant blandè compellando amicas ſuas cervas nuncupare; unde illud, *cerva amorum, caprea gratiæ*, in libro de Proverbiis: & *cerva agri*, in cantico canticorum: quod poſtremum interpretantur dici de Eccleſia; ſed hoc in loco aliter interpretandum, ita poſtulante ſententia & argumento pſalmi. Ego ſanè indubitanter credo

Davidem, cùm hunc psalmum componeret, in mente habuisse, quæ ei Spiritus patefecerat περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. Quid ni credam? cùm autores habeam Apostolos ipsos, qui testimonia interdum ex eo depromunt. Quale est, *Foderunt manus meas & pedes meos*; &, *super vestem meam miserunt sortem.* Quin immo servator ipse usus principio hujus carminis, ampliùs id confirmat, ut dubitare de eo, nisi planè impius, nemo possit aut debeat.

CAP. IV.

Leonum nomina distincta secundum ætates.

OBservare est apud Ebræos nomina leonum distincta secundum ætates. Nam *catulus leonis*, quem Lucretius scymnum Græco vocabulo dixit, vocatur GVR ARIEH, Ierem. 51. 38. hũc sequitur CHEPHIR *leo juvenis*, qui ut ætate grãdior est catulo; ita etiam animosior censetur robustiorque. Partim interpretũ vocant leonculum ὑποκοριστικῶς, qua forma à Leno dicitur lenonculus. Hieronymus alibi *catulum* vertit, ut Iob. 4. 10. sed quàm rectè, viderit. Nos sequamur Ezecielem prophetam, qui apertè distinguit à catulo, cap. 19. vers. 2. ita scribens; *Leana cubans inter leones, in medio juvenum leonum educavit catulos suos.* & apertiùs vers. 3. *Vnus è catulis ipsius* CHEPHIR *erat, & didicit prædam facere, hominesq́; comedit.* Quæ verba sic intelligo: Vnus de numero catulorum, postquam adoleverat, atque ad eam pervenerat ætatem, qua diceretur CHEPHIR, id est, juvenis leo, didicit

didicit prædas rapere, & hominum carnibus vesci. Igitur qui erat catulus, postquam prædari cœpit, non ampliùs catulus: sed leo junior appellabatur. hunc excipit ARIEH, qui & ARI, & hunc rursum LABI *leo major & adultior*, quæ conjuncta reperies Nahum. 2. ARIEH LABI pro ARIEH, & LABI, id est, leo & provectior leo. LABI propriam appellationem Latinam non habet: ideò leonis ferè utimur. hoc nomen deducunt à corde, quod est LEB & certè inter feras: leone nulla animosior. Itaque de animi pleno fortique dicitur: *Cor ejus sicut cor leonis*, 2. Sam. 17. 10. In exita ætate vocatur LAIS: à quo Græcum λῖς. est autem *leo annosus*, cujus vires ceu veterani alicujus commendat Solomo, Proverb. 30. 30. his verbis, *In bestiis* LAIS *fortis est*, id est, bestiarum fortissimus. Quanquam de aliis etiam leonibus hoc dici facilè ac libens concedo. Sunt qui SAHAL quoque leonem interpretentur. Interdum autem ARIEH refertur ad alias ætates, & fieri potest, ut in loco citato ex 2. Nahum, rectiùs sit ARIEH LABI sine copula, ut ARIEH sit nomen generis. In LABI genere sexus distinguitur, LEBIA leæna, Ezec. 19. 2. & pluraliter LEBAOTH leænæ, Nahum. 2. 12. Pænè exciderat. exposui LAIS de leone, cui prope iam acta & decursa ætas: facio conjecturam ex Iesa. 30. 6. ubi leo LAIS tanquam annosior subjungitur leoni LABI: sed hoc nolim pro certo affirmare. Ceterùm Græci, quibus verborum copia uberior, hæc nomina sic efferrent, GVR ARIEH

σκύμνος ἢ λεοντιδεὺς CHEPHIR, λεοντίσκος. ARIEH, λέων· LABI, χάρων· LAIS, λῖς· SAHAL media heth, λέων ἢ λέαινα· dico leo an leæna, quia hujus vocis significatio clarè mihi non liquet. Variè enim ab interpretibus exponitur.

CAP. V.

De quodam Græco interpretamento: itémque de loco quodam ex translatione Chaldaica disputatum.

VOcabulum LABI, de quo suprà, putāt Græci translatores denotare catulum leonis. putat idem Ionathan interpres Chaldæus, & latinæ autor versionis, quam vulgatam dicunt; sed falso, quemadmodum testimonia sacri codicis declarāt, maximè Iobi locus 4. 11. ubi leoni huic catulos assignat, quod non faceret, si catulum significaret. Locus interpretum est Ioel. 1. 6. Græca sunt in nonnullis exemplaribus αἱ μῦλαι αὐτοῦ ὡς σκύμνου· in aliis αἱ μῦλαι ὡς σκύμνου αὐτοῦ. ex quo emendo, καὶ μῦλαι ὡς σκύμνου αὐτῷ· emendatio certa. In Chaldaicis est, BAR ARI EVAN, id est, leonum filius: quod idem Iesa. 30. 6. in declaratione τοῦ λαΐς, quo leonem exitę ætatis καὶ ἐσχατογέροντα significari diximus. Sed excusari potest hoc postremum, si pro leone in genere accipiatur, videlicet eo schemate, quo BAR NAS ab iisdem Chaldæis vocatur ipsus homo, & *filii medicorum* à Græcis medici ipsi, & *filii Græcorum* ab Ebræis ipsi Græci, præsertim cùm in fonte non apertum sit ætatis discrimen. ita mihi videtur.

detur. aliud quo excusem interpretem illum non habeo.

CAP. VI.

Biblia Chaldaica maculis aliquammultis repurgata.

IN Thargũ Misle Prov. 27, 16. וּבִשְׁמָא דִימָנָא translato puncto ad dextram litterę ש leviter emendo וּבִשְׁמָא & verto, *de nomine dexteræ.* Interpretes perperam, *unguentum dexteræ.* Nam unguẽtum in ea lingua בוסמא vocatur; non בִשְׁמָא quæ vox manifesto βαρβαρίζει. Totus hic versus translatus est de Græco. In Græcis, ὀνόματι δ' ἐπιδέξιος καλεῖται. In Chaldaicis וּבִשְׁמָא דִימָנָא מִתְקַרְיָא posui verba: sententiam decem Sibullæ investigabunt, cùm ipsis otium erit. Cap. 25. vers. 20.

הֵיךְ סָמָא לְמָנָא

inepta scriptura. corrigo audacter, quanquam de conjectura הֵיךְ סָלָא לְמָנָא, hoc est, *Quod tinea vestimento.* In Græca vetere ita scriptũ invenimus, ὥσπερ σὴς ἱματίῳ καὶ σκώληξ ξύλῳ. sim vanus, si non hęc ad verbũ Chaldęus, הֵיךְ סָסָא לְמָנָא וְהֵיךְ מִלְטִיתָא לְקֵיסָא, id est, *quod tinea vestimento, & quod tarmes ligno.* Erroris caussa imperitis dictio מָנָא non intellecta, propriè quidem significat vas; sed hic Græci לְמָנָא ἱματίῳ. nimium rectè, ut כְּלִי Ebraicè suppellex, in qua vestes. Cap. 17. vers. 8.

כִּיפָא דְשַׁחְדָא הֲסִידָא

transpositæ voces ita collocandæ, כִּיפָא דְחַסִידָא שַׁחְדָא, id est, *lapis gratiæ munus.* pro הֲסִידָא ma-

lim חסרא. nam sic alias utuntur hoc vocabulo. versu 9. ejusdem capitis דסבי מלתא. puto verum דתני, *qui rem iterat.* Nam דסני, *qui odit,* commodam sententiam nullam continet. alioqui suspicarer interpretem legisse, ושנא. Cap. 29. vers. 13. פנחו. neque exemplarium consensus, neque Munsteri autoritas tanti est apud me, ut non ausim hîc reponere פגעו nam ita sanè legitur apud Eliam, voce פגע, ubi laudat hunc locum, & res clamat פגח adulterinum esse, cùm nusquam alibi exstet. 30. 28. מסבבה unius litteræ immutatione emergit se verbum usitatissimũ מסמכה, de quo te considerare volo. nam nihil temerè immutandum. adjuvant Græca χειρὶ ἐρείδομεν, & Latina vetus, *manibus nititur,* id est, מסמכה בידיה. nisi placet legi מסבבה cum littera beth in medio. hoc aranearum cõvenit: illud stellioni. 28. 7. לזלזולי. præivit ad veritatem Elias. Vera lectio לזליולי Elias זליולי, & notat alias legi לזלזולי. non dubito, quin germanum sit quod posui.

CAP. VII.

Notatus usus quidam verbi sto, aut sisto.

Psal. 94. 16. QVis *stabit mihi cum malis:* hîc stare est pugnare. Nam quod Hieronymus exposuit, *adversum malos,* rectè quidem ille exposuit; sed vis significationis illius non est in præpositione; sed in verbo *stare,* quod in hoc & similibus locis significat κατ' ἀντίδικον στῆναι, ut verbis utar Euripidis, id est, interprete & expositore Ennio, sub armis cernere.

nere [1]. Sic acceperim illud, *Multi ſtant contra me.* Quanquam alii malunt, *multi inſurgunt contra me.* huc refer, *Angelus Domini cum illo*, ſubintelligitur enim *ſtabat* aut *pugnabat.* Similiter Eſth. 8. 11. *ut ſtarent pro anima ſua*, ſenſus eſt, ut pugnarent pro vita ſua, ut tuerentur vitam ſuam. Eundem ſenſum habet, *Quis ſiſtet ſe mihi cum operantibus iniquitatis.* Ceterùm, *mihi*, Hieron. interpretatus eſt, *pro me.* & bene.

[1] Hinc intelligentiam habet & illud Epheſi. 6. 11. τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδίας τοῦ διαβόλου: *ut poſſitis ſtare adverſus inſidias diaboli*, id eſt, pugnare aut vincere. Nam qui vincit, ſtare; & contrà qui vincitur, cadere etiam dicitur.

CAP. VIII.

Refutata ſententia eorum, qui GABER *apud Ieſaiam gallum gallinaceum interpretantur.*

VErba ſunt Ieſaiæ ex verſu ſeptimo & decimo capitis vigeſimi ſecundi, *Ecce Dominus tranſportabit te* TALTELA GABER: quæ verba ὀμαλίζει Hieronymus, edoctus ita, ut ipſemet teſtatur, ab Ebræo præceptore ſuo, alia ratione, quàm interpretes, qui ante ipſum, expoſuit. Cùm enim alii omnes GABER virum expoſuiſſent: ipſe unus gallum interpretatus eſt, hac ſententia, *Sicut gallus gallinaceus humero portatoris de alio loco transfertur ad alium; ſic te Dominus de loco tuo leviter aſportabit.* Ego autem idem verbum eo modo expoſitum poſt offendi à Salomone Iario: neque ſanè Gamius eam expoſitionem ſilentio prætcrit, quam citat inter alias ex Dras. Ac ne illud quidem

pigebit admonere apud Solomonem libro de proverbiis, capite trigesimo, ubi in vulgata Latina legitur, *viam viri in adolescentula*, expositum similiter legi in Medras Missle de gallo gallinaceo: idq; mihi mirum imprimis visum esse. Nam quod sequitur, *in adolescentula*, eam expositionem, nisi animi fallor, planè convellit. ego sanè, quod bona eorum interpretum venia dictum sit, nunquam id verbum usquam in sacris litteris eam vim habere arbitror: neque sanè eo loco, quem suprà ex Iesaia produxi, declarationem illâ commodè stare posse existimo; præsertim cum præcedat verbum TALETHA, quod formam habet nominis, ut Grammatici loquuntur, absoluti. Iam illud quoque nonnihil est, quod Ebręos peritiores aliter accipere eum locum constat. David certè Camius, qui quæ lingua aliarum linguarum princeps est, ejus ipse linguæ princeps inter suos interpres censetur, in cõmentariis ad eum locum: *Meo animo*, inquit, GABER *est positum in casu vocativo, & est ordo ac sensus: O vir ecce Dominus transportabit te transportatione. Vocat autem eum virum propter superbiam ac fastum.* Hactenus ille.

CAP. IX.

Quod apud Apostolum in prima ad Corinthios legitur, διὰ τοὺς ἀγγέλους, *collatum cum loco quodam Solomonis.*

QVod apud Apostolum nostrum 1. Corinth. II. 10. διὰ τοὺς ἀγγέλους, ei simile quid legitur, apud

apud Solomonem. Certè ut apostolus dixit, *mulierem debere potestatem, hoc est, velamen habere in capite propter angelos*: ita Solomo, *Ne dixeris*, inquit, *coram angelo, error est*, Cohel, 5. 5. à quibus non ita multùm abludit Davidis illud in latina vulgata, *Coram angelis psallam te*. Ceterùm locum Apostoli partim interpretum dictum accipiunt de angelis malis[a]. ego causſam nullam video, cur non etiam accipi possit de angelis bonis: quos certum est, & religio docet actionum nostrarum omnium testes ac inspectores esse. idem sentiendum de loco Solomonis.

a Malè. Nam angeli mali non vocantur angeli simpliciter, quod sciam. Debet ergo intelligi vel de angelis bonis, qui hominibus in custodiam delegati sunt: vel, quod magis probo, de episcopis ac prophetātibus in ecclesia. Ita sanè intellexerunt plerique veterum; in quibus Ambrosius, Eucherius, Primasius. Eucherii verba hac de re habentur in libro formularum spiritualium. pag. 220. Primasii sunt ad locum Apostoli suprà citatum: *Angelos*, inquit, *sacerdotes ac ministros altaris intellige: vel omnem clerum, qui Dei præcepta annuntiant. Angelus enim est nomen officii, non naturæ.*

CAP. X.

De numero vigiliarum non idem ab omnibus traditum esse.

ADmonet Ebræus interpres Camius[a] vigilias in nocte tres esse, nec tamen indicat quænam illæ sint, quibúsve nominibus distinguantur. Scias ergo primam dici vigiliam *initium* sive *caput vigiliarum*, Thren. 2. 19. alteram *mediam*, Iud. 7. 19. tertiam *matutinam*. Exod. 14. 24. sed de hac re

non idem à noſtris traditum eſt. Auguſtinus quidem ait vigilias, quas φυλακὰς vocant Græci, ternarum horarum obſervationem habere. Sed clariùs Arnobius in commentario ſuper Pſalmos: *Cuſtodia*, inquit, *una, quarta pars noctis eſt. Prima cuſtodia à veſpera incipit: ſecunda ad medium noctis pertingit: tertia pullorum cantus tranſit: quarta cuſtodia matutina in ortum luminis adimpletur.* Sic ille: cui adſtipulatur quod quartæ vigiliæ mentio, Matth. 14. 25. & Marc. 6. 48. Ea igitur pugna atque diverſitas cùm nos agitaret, placuit ampliari. Quippe viſa non omnino vana ſententia Ebræorum. Nam cùm mentio fiat mediæ vigiliæ, Iud. 7. 19. apparet mediam ibi dici quæ inter duas.

a Ad locum Davidis, *anteverterunt oculi mei vigilias*, qui locus habetur Pſal. 119. 147. *Vigilia*, inquit, *eſt tempus illud noctis, quo homines à ſomno expergefieri ſolent. Sunt autem vigilia tres, ut dixerunt doctores noſtri quorum fauſta ſit memoria.*

CAP. XI.

Emendatus Theodoreti locus.

VEterum interpretum fragmenta in Pſalmos pauca habemus, eaque admodum mendoſa: quod mirum videri nemini debet, cùm mendoſi libri ſint, ex quibus ea olim deſcripſimus. hujus rei exemplum nunc proferam, videlicet unum è ſexcentis. In commentario Theodoreti, Pſalmo, qui Græcis 103. Ebræis 104. verſu vigeſimo quarto, ubi vulgo legimus:

Impleta eſt terra poſſeſſione tua, porrò alii interpretes

tes creatione tua posuerunt.

Legendum censeo, *Impleta est terra creatione tua: porrò alii interpretes possessione tua posuerunt.* Nam in Græca vulgata τῆς κτίσεώς σου, id est, *creatione tua.* Quanquam & hoc erratum videri possit à librariis pro τῆς κτήσεώς σου. quam lectionem secutus autor editionis latinæ veteris transfert, *repleta est terra possessione tua*, id est, ἐπλήρωθη ἡ γῆ τῆς κτήσεώς σου. Lubricus sanè lapsus de κτήσεως in κτίσεως. Vt ut sit, mihi nemo eripiet quin credam exemplar editionis vulgatæ, quo usus Theodoretus, habuisse τῆς κτίσεως. cujus autor eodem modo idem verbum reddit, Proverbiorum octavo, Κύριος ἔκτισέ με, quod in Ebræo, & Aquila vertit, Κύριος ἐκτήσατό με, id est, *acquisivit me.* ut dubium mihi non sit, quin & hoc in loco verterit cum aliis nomen, quod ab illo verbo CENIANECHA τῆς κτήσεώς σου, ita de hac re sentio.

Firmat edit. Romana: quam vide, si habes, & si otium est.

CAP. XII.

Aliter intellectum à Hieronymo Davidis locum, quàm aut Graci septuaginta verterant, aut communis editio latina habebat. ejus rei causa & ratio explicata.

DAvidis locus ex Psalmo 144. 2. ita in translatione Hieronymi legitur, *Qui subjecit populos mihi.* quo loco Græciæ translatores ante ipsum verterant, & communis editio latina habebat, *Qui subdit populum meum sub me.* hæc diversitas cùm me agitaret: post inspectũ codicem Ebræum, ubi

ſcriptum AMMI comperi etiam Grammaticos in hac voce variare. Quidam enim exiſtimant AMMI poſitum pro AMMIM, ablata ultima, quæ in ea lingua terminatio eſt numeri pluralis maſculini. Alii verò exiſtimant extremam in AMMI, quæ eſt Ioth, pronomen eſſe, & certè alibi paſsim AMMI ſonat *populus meus*. Tamen Hieronymus maluit hoc loco, *populos*: ſimiliter Chaldæus interpres. Sed & Nicolaus, nō aſpernabilis in ea ætate autor, enarrans hunc locum ſecundum vulgatam editionem: *Qui ſubdis* (ita ille legit) *populum meum ſub me, In Ebræo*, inquit, *& tranſlatione Hieronymi habetur, Qui ſubdis populos mihi, id eſt, Philiſtæos: qui, quòd eſſent in magna multitudine, dicuntur populi in plurali.* hæc ille. Ceterùm communis interpretatio de animi mei ſententia rejicienda non videtur, cujus ſenſus evidens de populo Iſrael, quem ſuum vocat, quòd ei tum imperaret. Conſtat enim hunc pſalmum compoſitum fuiſſe poſt mortuum Saulem, cùm ei regnum à populo delatum eſſet.

CAP. XIII.

Mare pro meridie: pro occidente.

MAre non ſolùm occidentem ſignificat; ſed etiam meridiem. Cùm occidentem ſignificat, intelligi debet de mari magno ſive mediterraneo, quod Iudæam habitantibus in occaſu eſt. Cùm meridiem, de mari rubro: quod ſimpliciter mare vocatur. Pſal. 114. 3. & pro ipſo meridie ponitur, niſi fallor, Pſal. 107. 3. *Ab oriente & occidente:* à

u: à ſeptentrione & à mari. Quod ſi fallor, haud facilè dixerim, cur id nomen ibi poſitum ſit. ſed certè non fallor. Nam id mare ſitum ad meridiem terræ Iudææ. Porrò hujus ſignificationis rara teſtimonia, ac neſcio an aliud, quàm quod poſui. de occidente libri teſtimoniorum pleni ſunt. Vide Num. 2. 18. Ioſ. 16. 3. Ezec. 42. 19. Hieronymus Ezec. 46. *hanc habet ſcriptura ſacra conſuetudinem, ut pro ſitu terræ Iudæa ſemper mare occidentem vocet.* Idem in libro de Quæſt. Ebraicis: *Quod in omnibus ſcripturæ locis legitur, ſemel dixiſſe ſufficiat, mare ſemper pro occidente poni, ab eo quod Palæſtinæ regio ita ſita eſt, ut mare in occidentis plaga habeat.*

CAP. XIV.

De Ebraiſmo vocabuli δύναμις. *Virtus pro exercitu.*

Δύναμις non ſolùm potentiâ ſignificat; ſed etiam exercitum & copias militares. Itaque in primo Machabæorum capite tertio, ubi ſcriptum eſt, ἀποστεῖλαι ἐπ' αὐτὰς δύναμιν, rectè vertunt, ut mitteret contra eos exercitum: quemadmodum quod in eodem cap. legimus καὶ ἐδωκεν ὀψώνια ταῖς δυνάμεσιν αὐτῆς vertendum crediderim, *dedit obſonia copiis ſuis.* Porrò ſciendum δύναμιν pro exercitu in iis libris crebrò inveniri. Sed & alibi invenitur eo ſignificatu, ut apud Diodorum Siculum lib. 1. pag. 34. ὁ Σεσώσις ἀποστελεῖς ἀπὸ τῆς πατρὸς μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἀραβίαν: Et apud Nazianzenum ſtelliteu. 2. ἐλθόντος ἐπ' αὐτὸν δυνάμει πολλῇ τῶν ἀλλοφύλων τινὸς βασιλέως. Siquidem Ebræum HAIL cujus interpretamentum

δύναμις, cùm ferè in potentiæ ac roboris ſignificatione ponatur, nonnunquam tamen exercitum denotat. Ex hoc ſenſu capiendum κύριος δυνάμεων, & quod apud noſtrum interpretem, *Dominus virtutum*[a]. Non enim virtus hoc in loco contraria vitio eſt, neque etiam robur ſignificat; ſed *virtutum*, id eſt, exercituum ſive copiarum. hoc tam certum mihi quàm certum bis duo quatuor eſſe.

a Id eſt יְהוָה צְבָאוֹת. ita Chaldæus reddit nomen צְבָאוֹת Gen. 2. quod exercitum denotat. Sic Luc. 2. 1. αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, id eſt, *copiæ cœleſtes*.

CAP. XV.

Indicata vetus nomenclatura urbis Ægypti, quam Heliopolin illi vocant, qui libros ſacros ex Ebræo olim tranſtulerunt.

QVam interpretes veteres *Heliopolin*, eam Moſes lingua ſacra vocat ON, Gen. 41. 50. Sed Ebraicum nomen offendi apud Ptolemæum inflexum more Græco: ἡλιοπολίτης Nomus καὶ μητρόπολις ὄνιου. Quæ ſi rectè capio, in eam partem valent ac ſi dicas, Onium præfecturæ Heliopolitanæ metropolim eſſe. Sequitur in Ptolemæo:

Et in finibus Arabiæ καὶ ἀπῳκισιτοπόλεως
Babulis, βαβυλὶς
Heliopolis, ἡλιόπολις.

Exod. 1. 11. in edit. Cōplut. καὶ ὄν, ἥτις ἐστὶν ἡλιόπολις.

Vnde quis colligat aliam eſſe *Heliopolin* urbem, aliam quæ Onium dicitur. Sed id mihi non videtur. Hieronymus certè de locis Ebraicis contrà facit. nam ait: *On urbs eſt Ægypti, quæ Heliopolis Græcè*

Græcè dicitur, id eſt, civitas ſolis. Quanquam fieri poteſt, ut duæ fuerint civitates ejus nominis in Ægypto. Quæramus ergo amplius. Producam caput ex Hieronymo. In undecimo commentariorum ſuper Ezecielem ita habetur libris, qui vulgo in manibus:

Iuvenes quoque Heliopoleos, qua Ebraicè appellatur Aven.

Sed perperam. legendum enim, *qua Ebraicè appellatur* ON. lectio certa, & cui firmandæ verbum faciendum non eſt. Paullò poſt rectè eſt in eodem loco, *Heliopolis Ebraice* ON *dicitur, qua interpretatur dolor.*

CAP. XVI.

Refutatum interpretamentum Chaldaicum ON, *id eſt, Tanis.*

NOmen ON, de quo diximus, autor tranſlationis Chaldaicæ ejus, quæ ab urbe appellata fuit, interpretatur *Tanis.* Sed falſam eſſe & ineptam illam ejus nominis declarationem, ipſomet, qui ea uſus eſt, teſte pervincam. Cùm enim in Exodo eodem nomine interpretetur *Phithom*, conſtat eam urbem poſt exſtructam fuiſſe. Sed & SOAN eodem vocabulo idem reddit. Dubium autem non eſt quin SOAN ſit Tanis, vel ex etymo. Nam SOAN extrita media Ain, utſolet, SAN, & mutatione S Sade in Theth, more Syro, TAN: ex quo Tanis. Græci certè & Hieronymus, *in campo Taneos* habent, ubi in Ebræo legitur, *in agro* SOAN. locus

est, si quis eum quæret, Psal. 78.

CAP. XVII.

Legi in quibusdam libris Dimon, quod in aliis Dibon: simulq; ostensum scripturam illam ancipitem ac indifferentem esse.

APud Iesaiam eundem, capite decimo quinto, versu nono, in libris Ebraicis & Chaldaicis ita legitur:

Quia aquæ Dimon repletæ sunt sanguine: ponam enim super Dimon additamenta.

Non ut in Græcis & Latinis, *quia aquæ Dibon*; & *ponam super Dibon.* Sed annotat Hieronymus hoc nomen per M & per B litteram scribi. *Quin usque hodie,* inquit, *indifferenter & Dimon & Dibon hoc oppidulum dicitur,* sic ille. Quod mirum nemini videri debet. Constat enim litteras B & M fæpissimè apud veteres in nominibus locorum permutari solitas. Nam & Abana & Amana dicebant, & Abidan & Amidan, & ad eundem modum pleraque alia. Vide quæ scripsimus lib. 1. Quæst. 67. Quod autem idem Hieronymus appellat oppidulum Dimon, in eo dissentit à Salomone Iario & Davide Camio interpretibus Ebræis, qui disertis verbis scribunt esse nomen fluvii. Sed in collectaneis nominum propriorum repperi notatum ex hoc loco: *Dibon, civitas in tribu Gad.* rectè an secus, videro.

CAP. XVIII.

Nomina digitorum apud Ebræos.

Etian

ETiam apud Ebræos ſinguli digiti certis nominibus appellantur; & ſunt hæc nomina, ZERETH ſive CATON, *digitus minimus*: CEMISA *annularis*: AMMA, *medius*: ESBA, *index*: GYDAL, *pollex μέγας*, qui & BOHEN (ſed hic manuum duntaxat: ille pedum etiam) & ABION, quod affinitatem habet cum Allus, de quo legitur apud Feſtum, & in Gloſſario veteri.

CAP. XIX.

Quo ſupplicio affectus ſit Ieſaias propheta.

QVod in Epiſtola ad Ebræos, capite undecimo, verſu trigeſimo ſeptimo, ubi autor commemorat varia ſupplicia hominum piorum, quod, inquam, ibi legitur ἐπρίσθησαν, id eſt, *ſerra diſſecti ſunt*, ſive, ut cum Hieronymo loquar, *ſerrati ſunt*, id partim interpretum referunt ad ſuppliciũ Ieſaiæ prophetæ[a]: de quo certiſsima apud Ebræos traditio eſt, quod à Manaſſe ſerra lignea diſſectus ſit. Scriptum hoc apud Hieronymum libro ſexto & decimo commentariorum Ieſaiæ in extremo. Quod cùm ille tradiderit, etſi non omnino certi juris ſit, tamen dignum mihi viſum fuit, quod in hunc numerum referretur: præſertim cùm ejus traditionis mentio quoque fiat in Ibamoth paragrapho HOLES in jure Ebræo. Idem Hieronymus in primo commentariorum eorundem, ad locum *Audite verbum Domini*. Cur Ieſaias hoc ſupplicio adfectus ſit cauſſas duas reddidit: quarum una, quòd Iudæos appellaſſet populum Gomorrhæ

& principes Sodomæ: altera, quod scripsisset, *Vidi Dominum sedentem* &c.

a Tertul. in libro adversus Gnosticos, cap. 8. & in lib. de Patientia. cap. 14. Dorotheus in Synopsi. Epipha. de vita prophetarū. Rursus Tertul. adver. Mar. lib. 3. cap. 6. *Quem populus sectum ligno sine labe repertum Imperitum demens crudeli morte peremit.* Iustinus in dialogo, pag. 114. ὡς δὲ τὰ περὶ τὸν θάνατον Ἡσαΐου, ὑπ' ἐκείνου ξυλίνῳ πρίσαντος. Primasius ad verba illam *sectisunt* quæ exstant in epist. ad Ebræos: *Hic plu. num. pro sing. positus est. neminem enim legimus sanctorum in veteri testamento sectum, nisi Esaiam prophetam, quem fecit secari serra lignea Manasses rex, qui filiam ejus habebat in uxorem.*

CAP. XX.

De varia interpretatione verbi Selsel.

MIrum est quàm variè vexatum sit ab interpretibus antiquis verbum Selsel, Iesaiæ ex vers. 1. capitis 18. ut vix ullus jam supereſſe videatur novæ translationi aut expositioni locus. Primùm enim seniores septuaginta πλοίων transtulerunt: Aquila, *umbram alarum*: Symmachus, *sonitum*[b]: Theodotio, *navim*: Hieronymus, *cymbalum*, id enim ex aliis scripturæ locis ait significare Selsel. Sed quoniam verba interpretationis Aquilæ & Theodotionis aliter leguntur apud Hieronymum in libris vulgatis, libet hîc apponere integrum locum Hieronymi, ita ut legitur in codice antiquo manu exarato, quem apud me domi habeo. Sic igitur ibi scriptum est:

ἦχος πτερύγων est in ed. Ro.

Verbum Ebraicum Selsel, quod Symmachus sonitum, Theodotio navim interpretatus est, & nos in cymbalum vertimus, Aquila in umbram transtulit. Sed

lit. Sed sciendum quod umbra SEL *dicitur: hic autem syllaba ipsa geminetur.*

At in libris vulgatis, *Theodotio aves, & Aquila bis umbram transtulit.* fieri autem potest ut ex *in* factum sit *bis*; deinde illud, *navim*, quod in lxx. πληθυντικῶς legitur, transierit in *aves*. Scilicet enim Theodotionem ab interpretibus illis minimum in translatione discedere solitum. Sed & manuscriptam lectionem ex parte firmat quod apud Hieronymum eundem in sequentibus: *Aquila pro cymbalo umbram alarum interpretatus est.*

CAP. XXI.

Cur Cherubini à Græcis dicantur τὰ χερουβὶμ *genere neutro.*

IGnorari video cur nomẽ masculinum CHERVBIM, lxx. viri, Aquila, & alii interpretes Græci genere neutro τὰ χερουβὶμ transtulissent. Augustinus certè Eugubinus autor haud contemnendus: *Miror*, inquit, *septuaginta cur genere neutro protulerint* τὰ χερουβὶμ, *cùm id genus apud Ebræos non exstet*: hæc ille. Ego autem arbitror τὰ χερουβὶμ cõpendio dici, pro eo quod est τὰ πνεύματα χερουβὶμ, id est, *spiritus, qui Cherubim nuncupantur.* Quippe Cherubim, quod indeclinabile Ebræis nomen, Græci declinant, addito articulo τὰ χερουβὶμ, τῶν χερουβὶμ, τοῖς χερουβὶμ, &c. & hoc rectè mea sententia. Ceterùm, quod in Ecclesiasticis cantionibus, *Cherubim Seraphimq́ beata.* non tam facilè excusari potest. Nam quid hic subaudiemus? utrùm πνεύματα.

ſed hoc Græcum eſt. an potius *animantia?* ſed quis in ſacris litteris uſquam unquam legit animantia Cherubin? Scio apud Ioſephum legi ζῶα πίτυνα de Cherubinis: ſed id in exemplum trahendũ non eſt. neque eo ſanè reſpexerunt, qui primi ita locuti ſunt. Crediderim potiùs, quoniam à Græcis videbant præponi articulum τὰ, exiſtimaſſe eos nomina neutra eſſe, eamque ob cauſſam ſcripſiſſe, beata Cherubin. Hieronymus in comment. Ezec. 9. *Et quanquam plerique* τὰ χερουβὶμ *neutrali genere, numeroq; pluralidici putent: nos ſcire debemus, ſingulari numero eſſe Cherub generis maſculini, & plurali ejuſdem generis Cherubim: non quo ſexus in miniſtris Dei ſit, ſed quo unumquodque juxta linguæ ſuæ proprietatem diverſis appelletur generibus. Angeli vocantur numero plurali Malachim & Cherubim & Seraphim, ejuſdem generis & numeri.*

CAP. XXII.

De multiplici uſu vocis BAAL.

PRopoſitum eſt hoc capite annotare varium uſum verbi BAAL. Spero enim (cupio quidem certè) hanc meam diligentiam non inutilem neque injucundam forè ſtudioſis harum litterarum. BAAL ISSA, qui uxorem habet, & ſine ulla additione BAAL maritus. ſed maritus honeſtiore vocabulo IS dicitur, quando BAAL commune eſt cum idolis. Itaque legimus apud prophetam, *Non vocabis me amplius* BAALI, *id eſt, mi Baal; ſed* ISSI, *id eſt, mi vir.* Hoſ. 2. 16. *Baalzebub*, Iupiter Muſca:

Baal

Baal Pheor, Iupiter Pheor. Hic notandus mos gentium Syriæ, quæ falsos Deos colebant, quos communi nomine *Baales* vocabant, quasi dominos ac patronos. *Baal penna*, pennipotens. Prov. 1. 17. *Baal pennarum*, idem Cohel. 10. 20. *Baal sagittarum*, sagittarius vel sagittandi peritus, Gen. 49. 23. *Baal cornuum*, cornupotens, Dan. 8. 6. *Baal lucri*, lucro deditus, lucrio, Proverb. 1. 19. *Baal juris jurandi*, qui jure jurando tenetur, Nehem. 6. 18. *Baal improbitatis*, improbus, Cohel. 8. 8. *Baal muneris*, qui munera accipit δωροφάγος. Proverb. 17. 8. *Baal linguæ*, disertus, eloquens, Cohel. 10. 11. Sumitur etiam in malam partem pro linguace ac verboso: aut, ut nonnulli volunt, pro incantādi perito. *Baal fœderis*, fœderatus. Genes. 14. 13. *Baal somniorum*, qui multum ac sæpe somniat, Genes. 37. 8. *Baal domus*, paterfamilias, Exod. 22. 7. *Baalath domus*, materfamilias, 1. Reg. 17. 17. *Baal* MASCHITH, nepos, qui dilapidat ac consumit bona parentum, Proverb. 18. 9. *Baal bovis*, dominus ac possessor bovis, Exod. 21. 28. *Baal iræ*, Proverb. 22. 24. qui graviter ac citò irascitur. *Baal excandescentiæ*, 29. 21. θυμοειδής. Quanquam nō tam eum significet qui facilè succenset, quàm qui iracundia graviore commovetur. *Baal malarum cogitationum*, 24. 8. *Baal boni*, avidus boni, egenus, 3. 27. *Baal sapientiæ*, præditus sapientia, Cohel. 1. 14. *Baal collectionū* μαψωδός, 12. 11. *Baal adolescentiæ meæ*, qui me, adolescentula cū essem, in uxorem duxit, Ioel. 1. 8. *Baal civitatis*, civis, Iud. 9. 51. *Baal Sichem*, Sichemita, Iud. 9. 6.

Beula, sive, ut antiquitus sonabant, BVLA, fœmina, quæ muliebris patientiæ legem acceperit. eadem dicitur BVLATH BAAL, Genes. 20. 3. Notavi quæcunque per memoriam potui. non omnia fateor: sed tamen si quæ prætermissa sunt, ex iis quæ notata hoc capite, facilem intelligentiam habent.

CAP. XXIII.

Quid sit apud Ezechielem Phannag: Hieronymi interpretatio confirmata.

Ezec. 27. 17. PHannag nomẽ Ebraicum, quod apud Ezechielem seniores *unguenti* vocabulo exposuerunt, tres alii interpretes, Aquila, Symmachus & Theodotio retinuerunt. fieri autem potest, ut existimarint nomen proprium loci esse: quod eo credibilius mihi videtur, quoniam præcedit MENNITH alterum nomen loci. Sed Hieronymus præter alios omnes *balsamum* exposuit: quod non temerè eum feciſſe existimandum est. Iosephus quidem certè filius Gorionis, lib. 4. de rebus Iudæorum evidenter scribit Phannag balsamum esse, & alio nomine Apharsamon appellari. Is autem autor est Iosephus ille, quem nemo reiicere ut parum idoneum [a] possit. Quare visum fuit tanti viri autoritate, Christiani interpretis explanationem hoc loco confirmare.

a Hîc requiro benignum interpretem. Nam in rebus externis reiici meritò potest. Debet ergo accipi de rebus Iudaicis: item de lingua sancta, cujus eximiam habuit peritiam, ut apparet ex ipso stilo.

CAP.

CAP. XXIV.

De balſamo quædam notatu digna ex Plinio, utroque Ioſepho & Hieronymo.

BAlſamum, de quo facta mentio, uni terrarum Iudææ conceſſum eſſe auctor eſt Plinius. Teſtatur idem Ioſephus Orig. Iudaic. lib. 15. cap. 4. Sed & Gorionides, addens poſt deſtructum templum ſecundum hãc arborem in Ægyptum tranſlatam fuiſſe, ibidemque radices egiſſe, cum antea ſæpius tranſlata extra Iudæam ſemper exaruiſſet. Verba ejus habentur cap. 38. quæ in Latinum ſermonem converſa ita ſonant: *Iericho vocatur alio nomine Vrbs odorifera propterea quod ibi germinat arbor balſami: ex qua manat oleum optimum, quod vocatur oleum balſami, eſtq; oleum Phannag. Ait autem Ioſephus Gorionis filius arborem iſtam nuſquam olim viſam fuiſſe præterquam Ierichunti. Quin plurimi reges* inquit, *ex regibus terræ, etiam Reges Ægypti abſtulerunt ex plantariis hujus arboris, & conati ſunt plantare ea in terra ſua, ſed non egerunt radices, verùm exaruerunt. Sanè fuit arbor illa Ierichunti uſque ad deſtructionem templi ſecundi: tunc tranſlata fuit inde in Ægyptum, & ad alia loca, ubi fuit uſque ad diem hanc. Sed & Ierichunti aliquid adhuc ſupereſt.* Hactenus auctor ille. Ferunt radicem balſami primum Iudææ illatam tempore Salomonis ex Arabia Sabæa, videlicet per reginam ejus regionis, quæ regina Sabæ, & alibi regina Auſtri vocatur. Ioſephus nominat reginam Ægypti & Æthiopiæ. Verba

ejus hac de re sunt Orig. lib. 8. cap. 2. λέγουσι δ' ὅτι καὶ τὴν τοῦ ὀποβαλσάμου ῥίζαν, ἣν ἔτι νῦν ἡμῶν ἡ χώρα φέρει, δούσης ταύτης τῆς γύναικος ἔχομεν. Porrò locus ubi balsamum provenit Engaddi vocatur. Hierony. super Ezec. cap. 27. *Balsamũ quod nascitur in vineis Engaddi.* Idẽ in epitaphio Paulæ matris : *unde latam despiciens solitudinem contemplata est balsami vineas in Engaddi.* Cur autem Engaddi vineas dicat, ejus rei caussam hauries ex Plinii verbis de balsamo, *Viti*, inquit, *similior est quàm myrto*: &, *malleolis seri dicitur, nuper vincta ut vitis*: & mox : *implet colles vinearum modo, quæ sine adminiculis seipsæ sustinent.*

CAP. XXV.

Explicatus locus ex Hosea propheta contra opinionem vulgo receptam.

GEPHEN BOCEC ISRAEL. Hoseę prophetæ hæc verba sunt è primo capitis 10. cõmemorantis ingratitudinem populi Israel, qui quo plura benefacta à Deo suo acceperat, eo plures aras ac statuas diis aliis exstruebat. hoc indicat cùm ait: *fructum ponet ei : secundum multitudinem fructus sui multiplicat altaria : secundum bonitatem terræ suæ adornant statuas.* Quanquam autem, ut vulgo hæc verba redduntur, *vitis vacua Israel*; ita ab omnibus, quos vidi interpretibus exponantur: tamen eripi nunc mihi non potest, quin credam veriorem interpretationem esse, *vitis evacuat Israelem*: quam interpretationem eo libentiùs adduxi, quod nuper admodum ejus me commonefecerit,

cùm

cùm apud ipſum cœnarem, N. V. Philippus Marnixius acutiſsimo ingenio, acerrimoque in his litteris judicio præditus. Eſt autem ſententia, *Vitis evacuat*, hoc eſt, vacuum & amentem reddit *Iſraelem*. Sic ait, *Scortatio & vinum & muſtum auferunt cor*, Hoſ. 4. 11. Sed videndum cùm verbum BOCEC Ebræi omnes intranſitivè accipiant, num eo quo nos interpretati ſumus modo accipi etiam poſsit. & opinor poſſe, partim ex forma conjugationis, quæ, ut intelligentes artis Grammaticæ probè ſciunt, vim habet eorum verborum, quæ Græci media vocant, quæ modò activè capiuntur, modò paſsivè: partim ex aliis locis, ubi idem verbum tranſitive in eadem conjugatione uſurpatur, ut Ierem. 51. 2. *ventilabunt eam*, & IEBOCECV, *ideſt*, *evacuabunt terram ejus*.

Qui locus ita mihi perſpicuus videtur, ut ampliore confirmatione non ſit opus.

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER VNDECIMVS.

CAP. I.

Quod apud veterem interpretem oleo myrrhino, mutatum à quibuſdam inſcite in nomen, quod eſt myrtino.

IN pleriſque tranſlationibus Latinis myrtino legitur; pro eo quod ſit myrrheo, Eſth. 2.12. quam, quoniam veterem ſinceramque declarationem nonnulli temerè ſollicitare jam incipiunt, ſciendum in Ebræo eſſe MOR, eamque vocem conſenſu veterũ interpretum *myrrham* ſemper ſignificare: *myrtum* autem alio vocabulo dici *Hadas*; unde *Hadaſſa*, id eſt myrrhina. nam myrtus Græcè μυρσίνη. ſed decepit fortè interpretes tralatio vetus *myrrhino*: quod tamen à myrrha dicitur; non à μυρσίνη, id eſt, myrto, vel ex libris Græcis, qui hîc abſque ulla ambiguitate σμυρνίνῳ præferunt. Non igitur myrteo aut *myrtino*; ſed *myrrheo* ſive *myrrhino*, verè declaratio. Plinius, *omni oleo mollitur corpus, vigorem ac robur accipit.*

Myrteo ſcriptum Eucherio ſuper Geneſin quod idem cum myrtino.

CAP. II.

Hieronymus in Hoſeam vocibus duabus auctus.

Apud

APud Hieronymum Hoſeæ primo ad verſum primum ita vulgo ſcriptum eſt: *Porrò in Iſrael, qui ſibi idola fecerat ſeparatus regnabat Ieroboam, qui interpretatur* χρονισμὸς, *id eſt, temporalitas ſive mora.* Sed qui in Hieronymi ſcripta haut primoribus, ut aiunt, labris attigerunt, ſatis ſciunt non fuiſſe illam apud veteres interpretationem nominis Ieroboam; ſed nominis Ioas, qui fuit pater Ieroboam: cujus interpretatio δικασμὸς λαοῦ. Quare puto id nomen deſiderari, & ſic initio ſcriptum fuiſſe:

. . . . *regnabit Ieroboam filius Ioas, qui interpretatur* χρονισμός.

Culpa ſanè ſcribarum, ut apparet, exciderunt duæ illæ voces, *filius Ioas.* Neque enim adduci poſſum ut credam errorem eſſe à memoria Hieronymi: quamvis ſciam μνημόνικῳ errata plurima in ejus viri ſcriptis reperiri. Sed de hoc loco ita mihi videtur. Et quoniam quę de interpretatione horum nominum ſuprà diximus, iis qui hoſpites in Hieronymo ſunt, nota eſſe non poſſunt, adducam locum alium ex commentariis in prophetam Amos, ubi ad verſum primum capitis primi ſic legimus: *Ieroboam* δικασμὸς λαοῦ, *id eſt, judicatio vel cauſſa populi: Ioas,* κυρίου χρόνισμα, *id eſt, domini mora ſive temporalitas:* hæc ibi. Quæ ſi vera ſunt, ſequitur ut error ſit in illo altero loco ita corrigendus, quemadmodum nos correximus; cui correctioni favet, quod in textu Hoſeæ 1. 1. *In diebus Ieroboam filii Ioas regis Iſrael.*

CAP. III.

Cur Ieroſolyma vocetur civitas ſancta.

SAnctam civitatem Ieroſolymam appellari nemo ferè jam neſcit. Etiam illud omnes ſciunt Ebraicè dici עִיר הַקֹּדֶשׁ, id ſonat verbum è verbo *civitas ſanctitatis*, [a] & eſt genus loquendi, ut *via juſtitiæ* pro juſta. Cur autem ita vocetur Ieroſolyma docet nos idem Hieronymus [b] in commenta-
Matth. 27. riis ſuper Matthæum, ad hunc modum ſcribens: *Sancta appellatur civitas Ieruſalem propter Templũ & ſancta ſanctorum, & ob diſtinctionem aliarum urbium, in quibus idola colebantur.* In quibus verbis illud quod ait, & *ob diſtinctionem aliarũ urbium, in quibus idola colebantur*, non admodum ſe mihi probat. Nam plures erant urbes in Iudæa, in quibus verus Deus colebatur, nec tamen propterea *ſancta* nuncupantur. Soli Ieroſolymæ id peculiare eſt, nempe propter templum, & divinum cultum qui in ea exercebatur. Sanctum enim dicitur quod divinis uſibus devotum ac conſecratum eſt. Sic autem
Ieſa. 48. 2. & 52. 1. Matth. 4. 5. & 27. 53. *civitas ſancta* nominatur, ut *Vaſa ſancta*, & *terra ſancta*, & *lingua ſancta*. Primus autem Ieſaias hoc epitheto uſus putatur: quem imitatus deinde ſit Euangeliſta Matthæus. Sed & reperitur Nehem. 11. 1. item 2. Machab. 3. 1. & Tob. 13. 9.

a Minus rectè à Hiero. redditur *civitas ſanctuarii*. nam ſanctuarium מִקְדָּשׁ dicitur, Hiero. in comment. Ieſa. 52. pag. 167. edit. Plãtinianæ. b Item in epiſtola ad Hebidiam quæſt. 8. verba ſunt: *Sanctam civitatem Ieroſolymã debemus accipere, ad diſtinctionem omnium civitatum quæ tunc idolis ſervibant, in hac enim*

in sola fuit templum & unius Dei cultus & vera religio.

CAP. IV.

Priscum interpretem abusum modii vocabulo & pro Ephi & pro sato.

IN primo Samuelis, capite primo, versu quarto & vigesimo, apud priscum interpretem Latinū, in libris hodie vulgatis ita legimus: *vitulis tribus & uno modio farinæ:* pro quo in veteribus, *vitulis tribus & tribus modiis farinæ.* In glossa autem ordinaria appellatur Hieronymus, qui ad eum locum ita scripserit:

Tribus modiis farinæ, in Ebræo est, modio farinæ; sed vitio scriptorum depravatum est. Si enim cum tribus vitulis tres modios farinæ obtulit, contra legem fecit, in qua dicitur: vitulum de armento unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem, & in sacrificiis eorū simila oleo cōsperſa tres decimas per singulos vitulos: duas decimas per arietem, unam decimam per agnum. Hæc verò decima pars, decima Ephi erat. Vnde intelligitur quod Helcana non obtulit tres modios farinæ, cum tribus vitulis, sed novem decimas[b].

Hæc ibi. Ceterùm scire licet in Ebræo haberi, *Et Ephi uno farinæ.* Apparet igitur Hieronymum, si sanè hæc ejus nota est, in ea sententia fuisse, ut putarit Ephi & modium idem esse: qua sententia tamen idem à seipso dissentit in comment. Ezec. 45. ita scribens: *Decima pars cori in his quæ modio mensurantur appellatur Epha, id est, tres modii.* Ecce, ait

Ephi tres modios continere. Quod si verum, quis ambiget de veritate lectionis antiquæ? Quid dicemus? utraque lectio defendi potest. Nam interpres noster modii vocabulo usus aut potiùs abusus fuit, nunc pro Ephi, nunc pro tertia parte ejus, quam satum vocant. Epha enim tria sata continet. Pro Ephi usus est Iud. 6. 19. pro sato Iesa. 51. 10. Ejusdem hæc verba sunt Ruth. 2. 17. *& excutiens invenit hordei quasi Ephi mensuram, id est, tres modios.*

a Hæc verba exstant etiam in Quæstionibus super libros Regum, quæ inter opera Hieronymi: sed paullo aliter ibi referuntur. Vide, si otium est. b Auctior liber Quæstionum, de quibus diximus. nam post verba illa, *nomen decimas*, sequitur ibi *quibus secundum Ebraicam mensuram unus efficitur Ephi.* Ceterùm liber ille falso Hiero. adscribitur, ut mirum non sit, si abs eo dissentiat. c Sic usus est etiam Iosephus Orig. lib. 14. cap. 3. Nam qnòd in histo. Ebrai. אימה חטים id Græcè reddit interpretans, μόδι & σίτου.

CAP. V.

De nomine videntis: item viri Dei, deq; patre Iesaia, quem perhibent prophetam fuisse.

QVanquam nomina synonyma sint, *propheta, videns*, & *vir Dei*: observatum tamen est cùm plurimi appellentur *prophetæ*, duos tantùm appellatos fuisse nomine *videntis*: & decem nomine *viri Dei*. nempe *videntis* nomine Samuelem & Hananiam: *viri Dei*, Mosen, Elcanam, Samuelem, Davidem, Semaiam, Iddonem, Eliam, Elisæum, Michæam, & Amosum. Expositum hoc est in Seder-Olam magno capite vigesimo. Amosum autem, quem

quem poſtremo loco recenſuimus, tradunt fratrem fuiſſe Amaſiæ regis. Hoc docet nota, quæ in annalibus illis ad locum quendam ex libris regum. Locus hic eſt, *In diebus Amaſiæ venit ad eum homo Dei:* nota autem hæc, *hic fuit Amoſus frater ejus.* Ampliùs tradunt, Amoſum iſtum patrem Ieſaiæ fuiſſe. Itaque Levi ὁ διδάσκαλος referente Iario in commentariis Ieſa. 1. 1. *Traditio*, inquit, *apud nos eſt, quam accepimus à majoribus noſtris, Amoſum hunc patrem Ieſaiæ & Amaſiam regem fratres fuiſſe.* hinc liquet, niſi omnino vana & fictitia hæc eſſe putemus, parentem quoque Ieſaiæ prophetam fuiſſe. Quod interpres vetus Latinus clariſsimè ſentit, cùm locũ Ieſaiæ ex 37. hoc modo reddiderit, *Et miſit ad Ieſaiam filium Amos prophetæ.* Hunc tamen locum Græca tralatio aliter reddit, & fortaſſe meliùs, πρὸς Ησαίαν υἱὸν Αμὼς τὸν προφήτην. ſanè quidem 2. Reg. 20. 1. verbis minimè ambiguis ſcriptum eſt, *miſit ad Ieſaiam prophetam filium Amos.* Nam quod Hieronymus in commentariis ad eum locum, *Quia ipſe*, inquit, *de ſe Eſaias ſcribebat hiſtoriam, non ſe appellavit prophetam, ſed filium prophetæ*, vereor ut ſatis ſolidum ſit, cùm aliquãto poſt diſertè ſe appellet prophetam capite trigeſimo nono, verſu tertio. Neque, ita vivam, poſſum ſatis mirari, hoc Hieronymum talem ac tantum virum non animadvertiſſe.

CAP. VI.

Super vocabulo Græco ἀφὴ diſputatum, ſimul enarratus locus ex Odis Davidicis.

VOcabulum ἁφὴ nunquid à Græcis ſcriptoribus pro lepra uſurpatũ ſit, pro certo & explorato ſtatuere non auſim. Si quis tamen ex me quid ſentiam roget, generalius eſſe ac latiùs patere exiſtimo, & Latinè loquenti plagã dici. Nam ἅπτεσθαι tangere, unde ἁφὴ tactus: ſed uſurpatur pro eo quod Ebræi NEGA appellant, ultima Ain. eſt autem NEGA plaga, cùm verbum, à quo tractum eſt, tangere ſignificet. Itaque Levit. 13. ἁφὴ λέπρας, id eſt, *plaga lepræ*. Neque hæc ex libris Græcis Hieronymo ignota eſſe debebant. Quo magis miror cur Ieſaiæ 53. quod Aquila dixit ἀφήμενον, & Symmachus εἰ ἁφῇ ὄντα, idem interpretatus ſit, *leproſum*: niſi fortè exiſtimavit plagæ nomine κατ' ἐξοχὴν lepram ſignificari, ut Pſal. 91. 10. *Et plaga ad tabernaculum tuum non accedet.* Neque enim abſurdum erit dicere, quod hîc plaga uſurpetur pro lepra nomine contractiùs accepto, ut ſit alluſio ad locum illum legis, δώσω ἁφὴν λέπρας εἰς τοὺς οἴκους τῆς γῆς. Gloſſarium Suidæ ἁφὴ, χροιὰ λέπρας. Docti expendent.

CAP. VII.

Terra SINIM. *Ieſaias illuſtratus.*

QVod apud prophetam Ieſaiam capite 49. verſu 12. ſecundum lxx. *E terra Perſarum*, & ſecundum alios interpretes, *E terra* SINIM: id Hieronymus olim expoſuit, *de terra auſtrali*: & rectè. Sic etiam expoſuit Ionathan filius Vzielis interpres Chaldæus: ſic David Camiùs: Sic Salomo Iarius grammatici Ebræi. Sed in ratione nominis diſſen-

dissentiunt. Cùm enim Hieronymus suspicetur *Austrum* ita dici à monte Sinai, quod is mons in australi parte positus sit : Camius admonet per SINIM significari *Sinæos*, gentem quæ ita appellata sit à SINI filio Chanaan, cujus mentio habetur Genes. 10.17. Quam sententiam ego veriorem esse non dubito, si verum quod idem Camius scribit, gentem illam habitasse ad meridiem terræ sanctæ. Sed quoniam id adhuc callidè non scio, ampliùs inquirendum censeo.

CAP. VIII.

Partem pro parte poni adversus Bellarminum.

TOtum, inquit, Bellarminus, *pro parte ponitur, & pars pro toto : sed non pars pro parte.* Videamus. Partes corporis sunt cutis, ossa, caro. Caro autem pro cute ponitur in illo, *Os meum carni meæ adhæsit*, id est, cuti meæ. Sic interpretamur lib. 1. cap. 5. ita postulante sententia. Iam verò cùm anima & corpus partes sint hominis, tamen anima pro corpore ponitur anima cassо, hoc est pro cadavere. Id probamus lib. 2. cap. 2. Qui negat, neget solem lucere in meridie. Sed anima interdum totum hominem designat, hoc verum est, & potest fieri ut pro cadavere ponatur non quatenus pars, sed quatenus totum. Qui volet, hoc sequatur: mihi prius magis arridet.

CAP. IX.

Biblia Græca emendata.

CVm nonnulla & in his libris & in Quæſtionibus meis vulgatæ editionis Græcæ menda notaverim, videor mihi convenienter inſtituto meo conſuetudiniq́ue facturus, ſi plura etiam notare perrexero. nam & intereſt rei litterariæ ut ea tralatio quàm emendatiſsima ſit, & utilem duco fore meam operam iis, qui ſuum ſtudium ad eam emendandam conferre volent. Ego quod apud Ieſaiam capite decimo tertio, verſu 12. ὁ λίθος ὁ ἐν σαπφὶρ, multo meliùs legitur in commentariis beati Hieronymi ὁ ἐν σουφὶρ a. Quanquam & hoc corruptum, legendum enim ὁ ἐξ οὐφὶρ, vel potiùs, ὁ ἐξ ὠφὶρ, autore codice manuſcripto, in quo SOPHIR legitur. Sed de eo non contenderim. Quis enim eſt qui neſciat vocalem ω & diphthongum ου in littera vau ſæpiſsimè apud veteres & ſcribēdo & pronunciando permutari ſolitas? Vtro igitur modo legas, conſtat errorem eſſe in ſcriptura vulgata, neque mihi dubium quin cauſſa erroris fuerit librariis littera ξ. quæ in ſe continet duas conſonantes videlicet κ & σ, quarum poſterior, ut ſolet, coaluit cum dictione ſequenti. Nihil proclivius. eſt autem OPHIR, ut hoc ἐν παραδόξῳ dicam, inſula ejus nominis, ubi & aurum optimum, & lapides pretioſi reperiuntur.

a Impoſuit hæc ſcriptura Heſychio lexicographo Σουφὶρ, inquit. χώρα· ἐν ᾗ οἱ πολύτιμοι λίθοι, καὶ ὁ χρυσὸς ἐν Ἰνδίᾳ: *Suphir eſt locus India, in quo lapides pretioſi & aurum.*

b Mendum hoc uſque adeo antiquum eſt, ut vix credam Hiero. aliter ſcripſiſſe. Legitur & Sophira pro Ophira. Ioſephus Ant. hiſt. lib. 8. cap. 2. *regio India, olim Sophira, nunc*

aurea

aurea terra. Euſebius de locis Ebraicis: *Sophira, quæ & Sophir, unde veniebant naves Salomonis.* Sed tamen in hoc etiam libri variant, & tam apud Euſebium, quàm apud Ioſephi antiquum interpretem Ophira legitur.

CAP. X.

Quid in hiſtoria ſacra, Loquatur ſecundum linguam populi ſui.

ET *loquatur ſecundũ linguã populi ſui,* hoc ex lege Perſarum, ac Medorum, quæ refertur in fine capitis primi libri Eſther. Vatablus (ſi modò notæ illæ Vatabli ſunt) ſic enarrat ad verbum,

Promulget lingua propria & vulgari edictum regiũ uxoribus, ut ab illis intelligi poſsit. Quidam exponunt, ut cogant uxores ſuas loqui lingua vulgari.

hactenus ille. Poſtremam expoſitionem hauſit ex Iario ſcholiaſte Ebræo. Sed ego, *loqui ſecundum linguam populi ſui,* proverbiali quodam ſermone dici crediderim potiùs, pro eo quod eſt, vivere more patrio & ſervare conſuetudinem gentis ſuæ, ut idem fermè ſit cum eo quod præcedit, *Imperet quiſque domi ſuæ.* Nam apud Perſas imperium ſemper penes virum fuit. hanc interpretationem meam, quæ, ut ſuum cuique, ita mihi impendio adblãditur, ſcholiaſtes alter Ebræus firmare videtur, dum ita ſcribit: *Loquatur ſecundum linguam populi ſui. Senſus eſt, ne mutet morem receptum apud populares ſuos, ne quidem in ſermone, ut utatur lingua peregrina.*

CAP. XI.

Qui ſint, facientes opus, in hiſtoria eadem.

Decem millia talentorum argenti appendam in manus facientium opus. verba ſunt libri Eſther ex cap. 3. verſ. 9. in quibus præter alia etiam hoc obſcurum quod ait, *in manus facientium opus:* quęriturque inter litterarum ſacrarum ſtudioſos, quinam eo verbo ibi ſignificentur. Et opinor quæſtionem ſic ſolvi poſſe ſi dicamus per *facientes opus* ſignificari regis negotiorum procuratores; nempe qui regiam gazam procurabant, quales ſunt hodie quæſtores & theſaurarii aut coactores [a]. Et hanc quidem interpretationem meam probabilem eſſe, vel ex eo liquet, quod in illa ipſa hiſtoria infrà cap. 9. verſ. 3. ubi eadem dictio reperitur, additum ſit nomen *regis*, hoc modo, *& facientes opus regis*: cujus ſenſus, meo quidem animo, procurantes negotia regis. Qui igitur meliorem declarationem novit, candidè impartiat: qui non, hac mecum utatur fruatur licet.

a Coactores ſunt qui pecuniam principis aut reipub. nomine colligunt. Auguſtinus vocat *collectarios*: de civit. Dei lib. 22. cap. 8.

CAP. XII.

Enarrata vox ex tranſlatione Chaldaica aliter quam ab interprete Latino.

Laudate eum BEHARDABLIN. hoc ex tranſlatione Chaldaica Pſal. 150. 4. Arias Montanus interpretatur, *in chordis*. Sed ne quem fortè tanti viri autoritas à vero abducat, nos ei germanam interpretationem aperiemus. Scriptum eſt in qui-

quibuſdam libris ARDABLIN: in aliis ARDACHLIN. codex Iuſtianæus HARDVBLIN. Sed ipſe confirmo ſcribendum HVRDABLIN, & interpretor voce Græca hydraulis. eſt autem hydraula inſtrumentum muſicum ſimile organo a. Quare Abæus iuriſconſultus organum b exponit. Nam quod in lexico iuris ſcriptum GORGANO, citra controverſiam mendum eſt pro ORGANO. Scribitur autē & cum Vau HVRDAVLIN & in ſingulari HVRDAVLES ſive HVRDABLIS, id eſt, ὑδραύλης vel ὕδραυλις.

a De hoc Petrus Victorius caſtigat. in Cic. pag. 514. *nomen eſt inſtrumenti muſici, cujus Cteſibius Alexandrinus reperter fuiſſe traditur, ita appellati quod ejus fiſtulæ ab aqua flatum acciperent. Nam in aquam ima parte verſæ erant, qua cōmota & perturbata ab adoleſcentulo quopiam, in illa ſpiritus effundebatur, qui ſuaviſſimum ſonum reddebat. Deſcribitur hoc accuratiſſimè à Vitruvio, & omnino valde ſimile fuiſſe perſpicitur ei, quod nunc nos communi omnium muſicorum inſtrumentorum genere vulgo Organum appellamus, niſi quod in noſtro nullus aquæ eſt uſus. Athenæus* lib. 4. διπνοσοφιστικῶν *diligenter & ipſe de eo agit & ſuavem jocundúmque admodum ſonum edere tradit.*

b Organum hydraulicum vocat Ammianus Marcellinus lib. 14.

CAP. XIII.

De origine nominis ISIS *conjectura.*

FIeri poteſt ut fallar (neque enim certa ſcientia harum rerum ſciri poteſt) tamen cùm Ebræis autoribus hirundo SIS dicatur, ſuſpicor ab eo eſſe ISIS a, id eſt, אִיסִיס præpoſito Aleph more apud Ægyptios tralatitio, fortè & ſiſtrum à ſono hirundinis: quod alii appellatum cenſent ab Iſide. Iſis

enim Inachi filia id genus instrumēti reperisse traditur. Minutius Fœlix : *Et despicis Isidis ad hirundinem sistrum, & aspersis membris inanem Serapidis sive Osiridis tumulum.* Dixi Ebræis autoribus SIS *hirundinem* significare. & verum est, nisi me fallit Hieronymus undecimo commentariorum super Iesaiam, ad hunc modum scribens: *Pro pullo hirundinis sive hirundine, ut septuaginta transtulerunt, in Ebræo scriptum est* SVS AGOR, *quod interpretatus est Aquila, equus agor : Theodotio* SIS AGOR. *media enim vocalis littera vau, si ponatur inter duas Samech, legitur* SVS, *& appellatur equus : si Ioth, legitur* SIS, *& hirundo dicitur. Symmachus autem ita transtulit, sicut hirundo inclusa.* hactenus Hieronymus. De Iside in hirundinem, quæ Græcè χελιδὼν, conversa, vide Plutarchum [b] in Iside.

a Quot homines tot sententiæ. Plutarchus Græcam vocem esse scribit, quæ à scientia demanarit. Servius AEgyptiorum lingua terram significare ait. Diodorus lib. 1. de sententia quorundam lunam appellatam eo nomine censet ob antiquitatem. Qui sensus est in nomine ישיש qua ἐσχατογέροντα significat. Verba Græca sunt φασὶ δὲ τίνες τὴν Ισιν μεθερμηνευομένην εἶναι παλαιὰν, τεθειμένης τῆς προσηγορίας τῇ σελήνῃ ἀπὸ τῆς ἀϊδίου καὶ παλαιᾶς γενέσεως.

b Scribit eam Hirundinis formam aliquando induisse. Alioqui colebatur vaccæ imagine, ut observat Vives ad Augustinum de civitate Dei.

CAP. XIV.

De scriptura & compositione nominis Machabæus.

M*Accabæus* an *Machabæus* scribendum sit, si autoritatem veterum sequimur, obscurū; cùm

cùm Latini omnes hoc modo, illo ſemper ſcribãt Græci. Ego opinor poſſe etiam ſcribi *Macchabæus* cum aſpiratione & gemina cc. Ceterùm compoſitum creditur hoc nomen ex quatuor litteris cõſonantibus, Mem, Chaph, Beth, Ioth, [a] ſignificantibus totidem dictiones ſumptas ex ſecundo Moſis: videlicet, MI CHAMOCHA BELIM IEHOVA, id eſt, *Quis ſimilis tui inter deos Iehova?*

a Bellicam fuiſſe teſſeram, ſignumque victoriæ cenſent Reuchlinus lib. 3. Cabbalæ, & Mercerus in Abbreviaturis Ebræorum. ita quidem illi. Sed ſciendum cognomen fuiſſe ſolius Iudæ: quem Gorionis filius teſtatur appellationem accepiſſe à robore, quo præditus fuit. Scribit autem Ebraicè מכבי vel מכבאי. id ſonat *extinctorem*. nam כבה extinguo. Sic ergo Iudas מכבי, id eſt, *extinctor* dictus eſt, ut *Darius coercitor*, & Xerxes ἀρήϊος, id eſt, *Martius*.

CAP. XV.

Arabs pro latrone.

A *Rabiam* Ebræis autoribus Arab dici, nemini ignotum eſſe paullum modo humaniori poteſt. Cùm autem additur Ioth in fine, tum ſignificat *Arabem*; &, niſi fallit Hieronymus, *latronem*. Nam Ierem. 3. 2. quod in codice Ebræo, *ſicut Arabs in deſerto*, id ipſe olim expoſuit, *ſicut latro*. propriè autẽ ita non ſignificat, niſi quia tales erant Arabes, gẽs ab omni memoria latrociniis infamis. Sic igitur *latronem* denotat, ut *Chananæus*[‖] mercatorem, & *Chaldæus* mathematicũ. Verba Hieronymi hac de re ſunt, *Pro latrone ſive cornice in Ebræo ſcriptum eſt Arabi; quod poteſt & Arabes ſignificare:*

‖ *Hoſ.* 12. 8. *Soph.* 1. 11. *Iſ.* 23. 8. *Prov.* 31. 24.

quæ gens latrociniis dedita usque hodie incursat termi-nos Palæstinæ, & descendentes de Ierusalem in Iericho obsidet vias. Scio ex his verbis Hieronymi aliud colligi posse. verumtamen: *Arabi* quidem certè communi nomine latronem non significat, neque cornicem omnino. Nam cornix in ea lingua ORAB dicitur, non Arabi. Nec te turbabit, quod ORAB alibi corvum interpretati simus, cùm scies corvi nomine, cornicem, graculum, & quæ ejus generis sunt, comprehendi. Bellunensis, GORAB *cornix.*

CAP. XVI.

Notatus Hieronymus super interpretatione nominis Chaldæus.

Hieronymus in duodecimo commentariorũ explicans nomen Chaldæorum ita ait:

De Chaldæis nullus ambiget quin dæmones sonent.

Quę interpretatio ita mihi absurda videtur, ut mirer si quis hodie sit, qui de ea non ambigat. Sed Hieronymus de sua ætate loquitur, quãdo in pretio summo erãt Glossæ Philonis: ex quibus & hoc & alia multa hausit, quæ reprehendi meritò possent, nisi vetustatis autoritas obstaret. In iis enim ita scriptum est, χαλδαῖοι, ὡς δαιμόνια. Ego autem non ambigo, quin Chaldæi appellati sint quasi Chasdæi, s in L mutante. Ita enim ab Ebræis autoribus nuncupantur, videlicet à Chesed filio Nachoris, cujus mentio Gen. 23. 20. Sed Philo, sive quis alius autor libri de nominibus Ebraicis, cùm ita in-

interpretaretur, reſpexit ad nomen Ebræũ CHASDIM, quod compoſitum putavit ex Chaph littera ſimilitudinis, & ex voce SEDIM, qua dæmonas ſignificant. hoc ſi quis hodie traderet, explode retur: ſed quadam antiquitatis majeſtate fit, ut quæ in noſtris damnaremus, in antiquis non probemus ſolùm, ſed etiam laudemus & admiremur.

CAP. XVII.

De Setta arbore. eoq; Hieronymi locus adductus.

APud Ieſaiam capite quadrageſimo primo, verſu 19. in tralatione Aquilæ & Symmachi hæc arborum nomina ita leguntur:

Cedrus, ſetta, & myrtus.

E quibus *Cedrus* & *myrtus* Latinè callentibus ſatis nota ſunt. *Setta* autẽ Theodotio & poſt eum Hieronymus *ſpinam* interpretati ſunt. eſt autem dictio merè Ebraica, niſi quod *Sitta* hodie legitur non *Setta*; ſed veteres ſæpe ſonabant E ubi nunc I ſonamus. Idem Hieronymus ait eſſe genus arboris, quam in commentariis per hæc verba deſcribit: *Setta eſt genus arboris naſcentis in eremo, ſpinæ albæ habens ſimilitudinem, unde omnia ligna arcæ & tabernaculi facta ſunt inſtrumenta, quæ appellantur Settim* (ita leg. aut Setim; non Sethim) *quod lignum imputribile & leviſſimum omnium lignorum tam in fortitudine quàm in nitore ſoliditatem ſuperat & pulchritudinem.* hæc Hieronymus. Neque quil quam copioſius hanc vocẽ expoſuit. In monumẽtis Ebraicis proverbium eſt, quo ſtultus comparatur cum hac

arbore, quæ ad nullam rem utilis eſt, niſi cædatur. Ex quo colligi poſſe videtur, arborem infrugiferam fuiſſe.

CAP. XVIII.

Mons SABI. *Hieronymus correctus.*

NOmen SABI, de quo mentio uſurpatur apud Danielem, utrum appellativum an proprium ſit, ſi quis fortè quærat, ſciat Porphyrium, quod ſcriptum Dan. 11. 45. ἐπ' ὄρει Σαβὶν ἅγιον pro nomine proprio montis vel Armeniæ, vel Meſopotamiæ accepiſſe: ſed falſo. eſt enim nomen appellativum & Ebræum, quod Symmachus interpretatus eſt, εἰς τὸ ὄρος τῆς δυνάμεως τὸ ἅγιον. Aquila, *In monte glorioſo & ſancto.* Nam quod apud Hieronymum legitur, loco ubi hanc interpretationem appellat, *In monte Sabin glorioſo & ſancto*, vitium continet manifeſtarium. ſupereſt enim illud SABI ex Theodotione. Pro monte SABI, ut à Hieronymo proditum eſt, lxx. dixerunt *montem voluntatis.* id phraſi Ebraica valet, ut ſi Latinè diceremus, *montem expetitum ſive deſiderabilem.* Dictus autem fuit peculiariter eo nomine mons Sion. Sic ſanè in eodem loco Danielis, terra Iſrael appellatur *terra* SABI. id eſt, interprete Hieronymo, *terra inclyta.* Porrò SABI ſcribo ſine N ex libris Ebræis: quanquam obſtat Græca conſuetudo. Græci enim Σαβίν.

a Editio Ro. σαβὶ habet καὶ σαβὶ abſque N. Porrò in notis ad eam legitur Dan. 11. ἐν τῇ γῇ τῇ σαβεί. Schol. id eſt, θελήσεως, δόξης καὶ δυνάμεως.

CAP.

CAP. XIX.

De vocabulis quibuſdam ambiguis.

VOcabulum καλὸς à Græcis nonnunquam in malam partem accipi vel ex eo intelligi poteſt quod apud Euripidem αἰσχρὸν καλὸς. *Honorem* quoque verbum ambiguum eſſe probavit Agellius ex oratione Q. Metelli Numidici. Eodem autem modo Ebræis quoque CELES (à quo fortè Græcum καλὸς) & vituperationem ſignificat, ut Pſalm. 44. 14. & laudem, unde CALLES laudare in libris Chaldæorũ & apud magiſtros. Hinc abſque dubio eſt, quod variẽt interpretationes Eze. 16. 31. Nam quod in aliis, *ut laudet mercedem*; in aliis legitur, *ut ſpernat mercedem*. Similiter HESED cùm paſsim in miſericordię ac benignitatis ſignificatione ponatur: quidam tamen pro *dedecore* accipiunt, Proverb. 14. 34. contra ὄνειδος quod uſitatè infamiam ac turpitudinem ſignificat, Græci nonnunquam pro *gloria* ſumunt. unde καλὸν ὄνειδος. Sed & HESDA apud Chaldæos modò in bonam partem accipitur pro *gratia*, modò in malam pro *ignominia ac probro*, quod etiam HESSVDA dicunt variante forma: Latinè *gratia mala*.

CAP. XX.

Locus ex cantico Mariæ citatus & expoſitus: puer pro ſervo.

LVc. 1. 54. in cantico Mariæ:
Suſcepit Iſrael puerum ſuum.

id est, filium suum an servum suum? Et opinor rectius exponi, servum suum. Quanquam enim scriptum est, *Ex Ægypto vocavi filium meum*, de Israele; magis tamen est ut hîc *pueri* vocabulum sumatur pro servo. Sic sanè sumitur Act. 4. 25. *Qui per os David pueri tui dixisti.* Nam scilicet priscos interpretes Græcos pro servo παῖδα, id est, *puerum* convertere solitos, ut Psal. 113. 1. αἰνεῖτε παῖδες κύριον, id est, *servi.* quod declarat Theodoretus ad eum locum ita scribens: *Pueros*, inquit, *non juvenes, ut nonnulli suspicati sunt; sed servos vocat. Sic enim & Aquila & Symmachus & Theodotio explanarunt, & Ebræus* ABDI *dicit: sic etiam Syrus.*

a Augustinus locut. lib. 1. *Vocem παῖδες, id est pueri tam assiduè Scriptura pro servis ponit, ut difficile inveniatur non isto nomine appellare servos.* Idem ibidem ad locum Geneseōs, *Salvus est puer tuus pater noster* ita scribit. *Hîc expressiùs ostenditur pueri nomine servum solere significari: Non enim in illo sene* (de Iacobo patriarcha loquitur) *posset hoc esse nomē ætatis.* Ambrosius ad locum Geneseōs, *& vocavit puerum seniorem domus suæ* in tractatu de Abraham patriarcha, cap. X. *Disce hinc quod etiam senioris ætatis servuli pueri dicantur à dominis, vel à quibusque potioribus. Vnde & quidam poeta hoc sequendum putavit, sive in eorum usum, qui sibi docti ac sapientes videntur, sive de nostris ipse transtulit, sive translatum invenit.*

Pascite ut antè boves pueri, submittite tauros.

Vnde & pueros dicimus, quando servos significamus, non ætatem exprimentes, sed conditionem.

CAP. XXI.

Conatus emendandi locum ex Irenæo. Epiphanius correctus.

Ait,

AIt Irenæus in primo adversus hæreses capite duodecimo:

Hujus autem quaternationis universus numerus est litterarum viginti quatuor: ἄῤῥητος enim nomen litteras habet in se septem, σιγὴ quinque, πατὴρ quinque, ἀλήθεια septem, quæ composita in se bis quinque, & bis septem XXIIII. *numerum adimpleverunt.*

Non dissentiũt Græca Epiphanii. ego tamen quid de illo σιγὴ faciam, non video. An addendus articulus, ut sit ἡ σιγὴ? an potius est legi σιγῇ nomen ex infinito. neutrum animo meo satisfacit: & tamen fallit Irenæus, aut σιγὴ una littera debet fieri auctior. Sequitur paullò pòst:

Et salvatoris quoque narrabile nomen Ιησοῦς *litterarum est sex, inenarrabile autem ejus litterarum viginti quatuor: & χριστὸς litterarum septem, quod est autem in Christo inenarrabile, litterarum triginta.*

Suspicari libet legendum, *inenarrabile autem litterarum septem*: & mox, *quod autem in Christo inenarrabile, litterarum quatuor.* Sicut enim hæc nomina ἄῤῥητος, σιγὴ, πατὴρ, ἀλήθεια· item hæc, λόγος, ζωὴ, ἄνθρωπος, ἐκκλησία; ita Ιησοῦς, inquit, ἄῤῥητος, χριστὸς, & quod in Christo ineffabile numerum conficiunt litterarum XXIV. Porrò in Christo ineffabile vocat nomen Ioth, He, Vau, He, quod à numero elementorum tetragrammon dicitur. Ex hoc loco obiter emendo Epiphanium. Verba Epiphanii: καὶ τὸ τοῦ σωτῆρος δὲ ῥητὸν ὄνομα ὀκτὼ καὶ δέκα γραμμάτων ὑπάρχειν ἕξ quæ sic leguntur in Irenæo, *Et salvatoris quoque narrabile nomen* Ιησοῦς *litterarum est sex.*

igitur emendo, καὶ τὸ Σωτῆρος· ἦν γὰρ τὸ ὄνομα Ιησοῦς γραμμάτων ὑπάρχειν ἓξ. Causa vitii ex more in epitome scribendi $\overline{\text{Ιη}}$ pro Ιησοῦς. quæ eædem litteræ efficiunt in numeris ὀκτὼ καὶ δέκα· hoc certum; reliqua arbitraria esse volo: paratus mutare, si quis meliora docuerit.

CAP. XXII.

Pollio. Hellel. Sameus. Iosephus emendatus.

SCriptum est in Iosepho Antiq. histo. lib. 15. cap. 1. ἐτιμᾶντο δὲ μάλιστα παρ' αὐτῷ Πολλίων Φαρισαῖος καὶ Σαμέας ὁ τούτου μαθητής. Hic Pollio in historia Ebraica Hellel vocatur. Quare nisi error in Iosepho, statuendum est duo ei nomina fuisse. Gorionidis verba hac de re clara sunt, cap. 50. *Honoravit imprimis Hellelum senem. Hic erat princeps Pharisæorum. Honoravit etiam Samæum discipulum ipsius.* Sequitur apud Iosephum: ὁ δὲ Πολλίων οὗτος καὶ κρινομένου πότε Ἡρώδου τῷ ἐπὶ θανάτῳ, προεῖπεν ὀνειδίζων ὑρκανῷ καὶ τοῖς δικάζουσιν ὡς πεισωθεὶς Ἡρώδης ἅπαντας αὐτοὺς ἀπολύσειεν. Quæ sic in Latinum cõvertit Sigis. Gelenius: *Pollio verò hic olim capitis reo Herode, Hyrcano ceterisq; iudicibus prædixit opprobans quòd absolutus eorum sententiis ab omnibus illis pœnas exiget.* Non vidit mẽdum quod in nomine Πολλίων· nescio an ab alio animadversum sit. Id commodè restitues ex Rufino, & ex Iosephi Originum lib. 14. cap. 17. ὁ δὲ Σαμέας οὗτος, ut pro Pollio, Sameas reponatur, nisi scribi malis Σαμαῖος. Quod magis sincerum esse puto. Nam & in Rufino, Sameus, & in historia Ebraica,

Ebraica, hoc est tam in Gorionide, quàm in eo libro, qui res gestas ducum & regum templi secundi continet, שמאי, id est, *Sammai aut Samas* legitur. Huic emendationi firmandæ est Gorionides ita scribens: *Tunc erant ibi Samaus & Manahem discipuli Hillelis: quorum ille seniores ac judices allocutus, Erit tempus*, inquit, *quãdo Herodes iste, cujus nunc personam suscipitis in judicio, super vos regnabit, principesq; vestros occidet, nec ullius vestrum personam in jure accipiet.*

CAP. XXIII.

Quiddam notatu dignum super etymo nominis Babel.

DE origine nominis Babel proditum est apud Mosen, libro γενέσεως capite 11. versu 9.

Nominavit eam Babel, quia ibi dominus BALAL, *id est, confudit labium totius terræ.*

Hoc tritum. sed scin quo flexu à BALAL Babel? non temerè apud quenquam invenias. Mihi certè omnia indagãti nihil occurrit in ullis cõmentariis præter quod Abenezra observat: *Babel compositum vocis ex* BA, *venit; &* BEL, *confusio.* quod quam sit absurdũ nemo non videt. Nam ut alia omittam, pugnat declarationi antiquæ Babel σύγχυσις, *id est, confusio.* Omnino alius flexus quærendus est. Ego opinor *Babel* dici quasi *Balbel* elisa littera. nam ita solitum antiquis. Sic reperio KAKELTHA stercus. pro KALKELTHA: sic SASELA catena pro SALSELA. Nisi fallor, ad hanc consuetudinem perti-

uoque *Golgotha*: quod in Syrorum libris *Gogol ha*, pro eo quod Ebræi dicunt ac scribunt *Golgol ha*. de quo alias.

CAP. XXIV.

Quæsitum an Benhadad nomen sit peculiare regum Syriæ.

BEnhadad, ut ait Mercerus, *peculiare regum Syriæ, ut Pharao, Ægypti.* Hoc an ita sit, non injuria quęritur. Nam ut plures fuerint reges Ben-hadadi, non tamen inde sequitur, nomen commune esse omnium regum. Primum enim Hazael non dicitur usquam, quod quidem sciam, Ben-hadad. Sed nec Rezis, cujus mentio 2. Reg. 15. 38. cognomine unquam afficitur. Vnde igitur colligemus commune sive peculiare esse regum Syriæ? An Hiero? cujus hæc sunt verba: *Hazaeli in regnum successit filius suus Ben-hadad: à quo omnes posteri reges Aram, id est, Syriæ & Damasci Ben-hadad vocabulum possederunt.* Magnus sanè in oculis meis Hieronymus, magnus: sed tamen non ausim omnia quæ ab illo prodita scriptis leguntur, pro certis & indubitatis recipere. Dixi plures reges Ben-hadados fuisse. Hoc probandum restat. Igitur tres fuerunt. Vnus qui vixit regnantibus Asa in Iuda & Baasa in Israel 1. Reg. 15. 18. Alter qui Hazaelem consultum de morbo suo misit ad Elisæum 2. Reg. 8. 7. Tertius fuit filius Hazaelis 2. Reg. 13. 3.

CA

CAP. XXV.

Reſtituti in Hieronymo loci complures in quibus librarii ſcripturam antiquam corruperant.

VErba ſæpè Ieſaiæ Hieronymus in commentariis Ebraicè laudat. mihi autem hoc capite propoſitum eſt, cùm Hieronymi antiqua ex libro vetere, novam ſcripturam aliquot hujuſmodi verborum conferre. puto enim, cùm vulgò hæc hactenus ignorata fuerunt; operam me, neque inanem, neque inutilem ſumpturum. Igitur capite vigeſimo octavo, verſu decimo, ubi hodie legimus, ZEER SAM, ZEER SAM, id eſt, *modicum ibi, modicum ibi:* lectio vetus habet ZER SAM, ZER SAM. In quo illud obſervatione dignum puto, quod pro ZBER legit ZER. Tale eſt BEL pro BEEL. Capite vigeſimo ſexto, pagina 96. editionis Antverpianæ *Zain, Caph, Res.* vetus *Zai:* præclarè. & ſic omnino ſcribendum videtur, vel ex declaratione antiqua *Zai, hæc.* ibidem: *Quando memoriale dicimus, legitur* ZECHER: *quando maſculum,* ZACHAR. vetus, *quando memoriale dicimus, legitur* ZACHAR: *quando maſculum,* ZOCHOR. perperam. ſuſpicor Hieronymum ſcripſiſſe, *quando memoriale dicimus legitur* ZACHER, ut *Habel, Phares, Ares,* & ſimilia: maſculum autem ZOCHOR an ZACHAR dicas gluma non intereſt. Nam ſic ZOCHOR dicimus, ut Odom, Elohi, Lecho. Capite duodecimo, pagina 45. *verbum Ebraicum Ceſile ſeptuaginta ἀσέβειαν tranſtule-*

runt. vetus, CHYILE: legerim CHSILE. aut XYLE, paulò pòst, *Syrena autem* TANNIM *vocātur*: vetus, THEMENI: emendo THENNIM. E pro A, ut in Melchom, & Melchisedec. alibi est HENNIM pro THENNIM. Capite decimo quarto, pagina 47. *Ceneſar nithab*: vetus, CHANESER NEPTHA, lego NETHAB. E pro I, ut Ebri, Emmanuel, Hellel. Pagina 106. *Kiriath, id est, civitas*: vetus, CARIATH, & rectè. sic Mariam, sic Magdal, sic Samson. Pagina 103. SOVS AGOVR: vetus, SVS AGOR. & mox SIS AGOR. Nam veteres Agor dixisse, non Agour, vel ex Aquila manifestum est; in cujus tralatione legitur, *equus Agor*. Pagina 76. BEIOM NAHALA, id est, *in die hæreditatis*: vetus BIOM NEHELA. Qua in scriptura id primum animadvertendum est, litteram Beth sequente Ioth priscos legisse cum I, non cum E. Deinde, cum idem Hieronymus etiam BEHEMOTH legerit, ubi nunc est BAHAMOTH pagina 110. non est, ut opinor, dubitandum, quin ea vera & germana scriptura sit, quæ nescio quomodo facit pro iis qui NEHELA hoc in loco exponunt, pessima. sic enim Hieronymus: *Pro eo quod nos juxta Aquilam, & Symmachum, & septuaginta interpretati sumus, in die hæreditatis, legi potest in Ebraico, in die pessima.* Capite vigesimo secundo, NABAL NEBALA IEDABBER, id est, *fatuus fatua loquitur*. Talis autem vulgata lectio: quæ si veterem à se diversam non haberet, facilè locum suum tueretur. nunc illa varians pauca nos anno-

annotare cogit. In manu enim ſcriptis NABALA IDABER. rectiſsimè. Ita enim NABALA dicebant, ut Chanaan. IDABER autem duplicem archaiſmum habet: prior eſt in littera Ioth, quam nonnunquam ſic pronuntiabant, ut ſi vocalis, & non conſonans eſſet, ut Iſaias: alter eſt in littera Beth, cujus vis gemina, quam Ebræi indicant per punctum quod Daghes appellant. Ita ſcriptum à me inventum eſt HAMA pro HAMMA, id eſt, *Sol*: item SABECHA pro SABBECHA, id eſt, *Sambuca*; & alia pauca. Veteres Romani, ut Iſidorus ait, litteras non geminabant; ſed ſicilico indicabant eas geminandas eſſe. idem præſtat hodie dages apud Ebræos.

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER DVODECIMVS.

In quo, præter alia, varii mores gentis Perſarum.

CAP. I.

De luctu Perſarum.

PERSÆ in luctu veſtes lacerabant, ululabant, caput obvelabãt, ſaccum induebant, ſeſe cinere conſpergebant; idque aut publicè aut privatim. Veſtes laceraſſe teſtis hiſtoria ſacra, teſtis profana. Eſth. 4.1. *Diſcidit Mardochæus veſtes ſuas.* Herod. lib. III. Πέρσαι δ' ὡς τὸν βασιλέα εἶδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τάτι ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατέρρεικόντες καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο. & lib. VIII. ἡ δ' ἀγγελίη ἐπιξελθοῦσα συνέχει οὕτω: ὥστε τὰς χιτῶνας κατερρήξωντο πάντες, βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἁπλέτῳ. & Curtius de rebus geſtis Alexandri lib v. *Poſt hanc vocem ſpado gemitu non modo tabernaculum, ſed etiam caſtra complevit. Irrupere deinde alii, laceratiſq; veſtibus, lugubri & barbaro ululatu regem deplorare cœperunt.* & lib. IV. *Tyriotes inter trepidationem lugentium elapſus per eam portam, quæ, quia ab hoſte averſa erat, levius cuſtodiebatur, ad Darii caſtra pervenit: exceptuſq; à vigilibus in tabernaculum regis perducitur gemens ac veſte lacerata.* De ulula-

ululatu clarum ex superioribus verbis; sed magis ex iis, quæ leguntur apud Herodotum lib. IX. ἀπικομένης δὲ τῆς ἵππου ἐς τὸ στρατόπεδον, πᾶν δὴ ἐποιήσαντο Μασσσγέται πᾶσα τε ἡ στρατιὴ καὶ Μασσαγετέων οἱ μέγιστοι. σφέας τε αὐτοὺς κείροντες, καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια, οἰμωγῇ τε χρεώμενοι ἀπλήτῳ. ἄπαξαν δὲ τὴν Βοιωτίην κατέχει ἠχώ, & apud Curtium lib. III. *tum repentè è proximo tabernaculo lugubris clamor barbaro ululatu planctuq; permixtus, epulantes conterruit.* & mox, *Causa pavoris subiti fuit, quod mater uxorq; Darij cum captivis mulieribus nobilibus, regem, quem interfectum esse credebant, ingenti gemitu ciulatuq; deflebant.* Ex hoc more capiendum quod habetur Esth. 4. 1. *Et clamavit clamore magno & amaro.* Nam quod in translatione Græca, & apud Iosephum legitur, βοῶν ὅτι μηδὲν ἠδικῆσαν ἴδιον ἀναιρεῖ), merum glossema est. non enim invenitur in Ebræo, neque apud nostrum interpretem. Caput obvelabant lugentes ut Ebræi; ita etiam Persæ. De Ebræis exemplum elegans est 2. Sam. 15. 30. *Et David ascendebat in clivum olivarum plorans & capite operto & nudis pedibus, & omnes qui cum eo erāt opertū caput habebāt.* De Persis Esth. 6. 12. *Et Haman properabat ire domum suam, lugens & capite operto.* Curtius lib. IIII. *Capite obvelato diu flevit.* loquitur de Dario rege mortuam uxorem deflente. Porrò saccum in usu fuisse lugentibus in Perside autoritate certum non est; sed conjectura tantùm probabile. conjecturam facio ex eo quod habetur Esth. 4. 1. *Et induit saccum.* Quod quanquam ibi dicatur de Mardochæo ho-

mine Iudæo; tamen opinor eum ſecutum in hac re morem civitatis, in qua habitabat: præſertim cum in publicum eo amictu indutus prodiret. Erat autem ſaccus genus veſtis, quo in luctu utebantur, quod Ioſephus σχῆμα ταπεινὸν appellat: item *veſtem lugubrem*, vel, ut ejus verba ſunt, ἐσθῆτα πενθικήν. In Apocryphis libri Eſtheræ vocatur ἱμάτιον στυγνασίας καὶ πένθους, id eſt, *veſtis angoris & luctus*. Hac veſte qui indutus erat, non poterat venire in palatium regis: unde illa verſ. 4. *Et veſtes Mardochæo miſit, quas depoſito ſacco indueret*. nempe ut venire poſſet ad portam regis, ubi ſolitus erat interdiu conſidere. Nam cum ſacco venire eò nemini licebat. hoc diſertè ſcriptum eſt verſu 2. *Non licebat venire ad portam regis cum indumento ſacci*. Portam enim regis appellat regiam, vel, ut Ioſephus in hac hiſtoria, τὰ βασίλεια. Herodotus libro tertio, τὰ πρόθυρα τῶν βασιλῆϊ οἰκίων. Vt autem ſaccum induit; ſic etiam ſeſe cinere conſperſit. Indicant illa verba, *Induit ſaccum & cinerem & egreſſus eſt in mediam urbem*: quorum verborum hæc ſententia, induit ſaccum cinere conſperſum: aut, induit ſaccum & ſeſe cinere conſperſit. clare apud Ioſephum hæc interpretantem καταχυσάμενον σποδιᾶς διὰ τῆς πόλεως ἐφέρετο. Has humiliandi corporis rationes adhibebant aut publicè aut privatim. Quod quidem ex citatis ſuprà teſtimoniis ita mihi perſpicuum videtur, ut ne confirmatione quidem egeat.

CAP.

CAP. II.

Persicum vocabulum quod est Gaza explicatum.

ESth. 3. 9. *In Gazam regis.* sensus est, in fiscum sive ærarium regis. Gazæ sparsa in libris mentio. Apud Curtium lib. III. *Ante solis ortum pecuniam regiam, quam Gazam Persæ vocant, cum pretiosissimis rerum efferri jubet.* Apud Melam: *Gazam Persæ ærarium vocant.* Apud Hieronymum in cōmentariis Iesa. 39. *Gaza lingua Persarum divitiæ nuncupātur: nec est Ebræus sermo, sed barbarus.* Discat hic à me juventus, Gazam regis dici in codice Ebræo GINZE HAMELECH in numero multitudinis. hoc primum: deinde cum epenthesi litteræ Nun. Quanquam de hoc postremo ambigi potest, certè Ebræi plerique censent Nun litteram radicis esse. Sed de epenthesi admonuit nos doctissimus Grammaticus Abenezra, & tollit omnem dubitationem Gaza. Quoniam autem Gaza dicimus, ideo crediderim antiquè lectum cum N, GANZE; & non, ut nunc, GINZE. cujus lectionis exempla crebra in antiquitate, quæ facillimum per se cuique observare.

CAP. III.

De Hadassa: ibidemq; de more ac consuetudine nomina commutandi.

ESth. 2. 6. *Is nutriebat Hadassam, id est, Estheram, Abichailis patrui sui filiam.* Cedo, quis nobis dicet Persicum nomē an Chaldaicum sit Hadassa?

nam apud interpretes altum de hac re ſilentium. Et videtur eſſe Perſicum, quoniam ſimile habetur in Perſis nomen Atoſſa. Exiſtimo autem impoſitum fuiſſe Eſtheræ hoc nomen, cum rex eam uxorem duceret. Nam ſolitum Barbaris mutare eo modo nomina. Sic Daniel mutato nomine appellatus fuit Baltaſar: &, ut exemplum producam ex Perſide, Artoxerxes antea Arſicas dicebatur, ut Cteſias ſcribit: ſive, ut Dinon, Oartes. Tamen hoc ambigens pono: non adfirmo. Quod ſi Chaldaicum nomen eſt Hadaſſa (ne id miremur in puella Babyloniæ educata) tum in lingua Græca valet ut ſi dicas μυρρίνη, id eſt, myrrhina. nam HADAS myrtus. forte an apud Perſas idem ſignificat.

CAP. IV.

Rex magnus de quibus dici ſoleat.

Βασιλεὺς ὁ μέγας. tribui ſolet Perſæ, ut apud Ioſephum Orig. Iudaic. lib. 11. cap. 6. βασιλεὺς ὁ μέγας Ἀρταξέρξης τοῖς ἄρχουσι καὶ τὰ ἡμίτομα φρονοῦσι, χαίρειν, ut apud Herodotum libro octavo, in oratione Alexandri ad Athenienſes, πολλῶ γὰρ ὑμῖν ἄξια ταῦτα, ἐπεὶ βασιλεύς γε ὁ μέγας μάτοισι ὑμῖν. Ἑλλήνων τὰς ἀμαρτάδας ἀπιὰς ἐθέλει φίλος γενέσθαι. & lib. v. in oratione Ariſtagoræ, παρὰ ποταμὸν τόνδε χοάσπην κέμενα ἐστὶ τὰ Σῦσα, ἔνθα βασιλεύς τε μέγας διαιτᾶται τοιέεται. Xenophon Ἀναβάσεως lib. 1. ἔστι δὲ καὶ μεγάλου βασιλέως βασίλεια ἐν κελαιναῖς. Tribuitur etiam Aſſyrio Iudith. 2. 4. τάδε λέγει ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας ὁ κύριος πάσης γῆς. Iſ. 36. 4. *Hæc dicit rex magnus rex Aſſyriorum*: & Deo Malach. 1. 14. *quia rex*

rex magnus ego sum. Matth. 5. 35. ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως.

CAP. V.

Persicam vocem videri Phur: non Ebraicam esse adversum sententiam interpretis nostri.

VEtusti interpretis verba sunt, capite tertio libri Esther, versu septimo:

Missa est sors in urnam, quæ Ebraicè dicitur Phur. Admonet autem Nicolaus, *Phur vocabulum Persicum esse; & non Ebraicum:* rectè sanè. Quorsus enim declaratio illa, *Phur, id est, sors?* Sic enim in Ebræo ad verbum ibi legimus: *Projecit Phur, id est, sortem, coram Hamane.* Nam in lingua Ebræa sors GORAL appellatur. A *Phur* plurale est *Phurim*, Esth. 9. 26. id est, *sortes*: nisi potius ut sit adjectivum à *Phuri*, cujus plurale *Phurim*, ut à *Iehudi Iehudim*, id est, Iudæi. Certè Iosephus Græcè scripsit φυραίους, cum à Phur forma nominis Græca dicendum esset φυρεῖς. Locus Iosephi est lib. XI. cap. VI. διὰ ταῦτα μὲν Ἰουδαῖοι τὰς προειρημένας ἡμέρας ἑορτάζουσι, προσαγορεύοντες αὐτὰς φυραίους. ita quidem Iosephus scripserat: sed vide audaciam correctorum. ex φυραίους fecerunt φρυραίους, quam scripturam secutus Ruffinus, vetus Iosephi interpres, sic eum locum reddidit, *Unde prædictos dies Iudæi celebrant, appellantes eos Conservatores.*

CAP. VI.

Mos tondendi usitatus in luctu: ibidemq; de remissione tributi.

TOndebant se in luctu ut Ebræi, sic etiam Persæ Iob. 1. 20. *Surgens Iob scidit pallium suum, & totondit caput suum.* Mich. 1. 16. *Glabra te & tonde.* Ierem. 7. 29. *Tonde cæsariem tuam & proiice, & tolle in locis editis lamentum.* Persæ, quod mirum est, etiam equos & jumenta tondebant. Herodotus lib IX. σφέας τε αὐτοὺς κείροντες, καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια: *seipsos tondentes, equosq́ & jumenta.* Porrò in jumentis & muli comprehenduntur. Plutarchus in Aristide: καὶ γὰρ ἑαυτοὺς ἔκειρον ἐπὶ τῷ Μασιστίῳ καὶ ἵππους καὶ ἡμιόνους: *etenim ob Masistium, semetipsos, equosq́ mulosq́ totonderunt.* Monachus in vita Alexandri: *Hunc morem imitatus Alexander cum Hephestionis mortem lugeret, imperavit equos mulósque tonderi, & moenium pinnas in vrbibus deiici.* Claudam caput si prius dixero de remissione tributi. Tributa remittebat rex, cum aut regnum capesseret, aut uxorem duceret. Herodotus libro sexto, ἐν δὲ Πέρσῃσι ὁ κατιστάμενος βασιλεὺς τὸν προσφειλόμενον φόρον μετίει πάσῃσι τῇσι πόλισι. Esth. 2. 18. *Et requiē provinciis fecit.* sensus est, remisit tributa: hoc autem fecit cum celebraret nuptias Estheræ. paret ex eo loco.

CAP. VII.

De lege quadam potatoribus præscripta.

APud Persas lege olim constitutum erat, nequis inter pocula alterum cogeret ad bibendum. In eam rem valent hæc verba Esth. 1. 8.

וְהַשְׁתִּיָּה כַדָּת אֵין אֹנֵס

Quæ sic converto, *Et potatio secundum legem erat:*

nemo

nemo cogebat. Græci aliter ὁ ᾧ πότος ἔτος οὐκ προκείμενον νόμον ἐγένετο· ſenſus eſt, Et potatio non erat more Perſico, quo alter alterum plenis poculis invitabat. In hoc ſenſu νόμος pro more ac conſuetudine capitur. dicam liberè: verba Ebræa non carent omnino ambiguitate; potior tamen mihi videtur ſententia prior. Quod autem in eodem verſu mox ſubiicitur, *Sic enim præſcripſerat rex omnibus magiſtris domus ſuæ, ut facerēt ſecundum voluntatem viri*, id eo pertinet, quoniam videlicet optima illa lex prava conſuetudine inoleverat: ideo rex, qui potationem legitimam eſſe cupiebat, præſcripſit diſpenſatoribus ſuis ut voluntati convivarum obſecuti, pro arbitrio cujuſque vinum præberent, hoc eſt, non amplius quam quiſque appeteret. Ita de hac re ſentio.

CAP. VIII.

De etymo Suſorum.

IN magno etymologico Σῦσα ἡ πόλις ἀπὸ τῶν πιεφυκότων κρίνων. σῦζα δὲ τὰ λείρια λέγεται. Ex his verbis diſcimus lilia ſuſa vocari. hoc primum: deinde à liliis appellata Suſa, quod eorum ibi copia ſit. In eodem etymologico, τὰ λείρια ὑπὸ τῶν Φοινίκων σῦζα λέγεται· malè exponunt in Lexicis, *flores apud Phœnices ſuſa dicuntur*, cum hoc in loco lilia ſignificet. Nota quod dicit *apud Phœnices*. Neque enim Græca vox eſt, ut Ariſtobulus & Chares ſcribunt; ſed Ebraica, & Chaldaica, & fortaſſe etiam Perſica. Græci autem ab oriente eam acceperunt, ut innu-

meras alias. Athenæus lib. XII. κληθῆναι δὲ τὰ Σοῦσα φῆσιν Ἀριστοβούλῳ καὶ χάρης διὰ τὴν ὠραιότητα καὶ τόπου. σοῦσον γὰρ εἶναι τὴν ἑλλήνων φωνὴν κρίνον. Dixi vocem Ebraicam esse, & ita est. In fragmentis veterum interpretum, Psal. 45. 1. עַל שֹׁשַׁנִּים Aquila & Theodotio ὑπὲρ τῶν κρίνων. In libro de nominibus Ebraicis, *Susanna, lilium.* David Camius in SOSANNA libro ubi vocum sensa collegit: *Sunt*, inquit, *qui dicunt esse germen album boni odoris, viola barbare.* Verba erroris manifesta: audacter corrige, *lilio barbare.* Nam SOSANNA, lilium: cujus appellatio à SES (ita Ebræi dicunt, quod nos sex) propter foliorum senarium numerum.

CAP. IX.

De divinatione quæ per sortes fiebat.

DIvinatio fiebat olim cum aliis multis modis, tum ductis sortibus, sive per sortes: quas κλήρους Græci vocant. Eustathius in Iliada Homeri pagina 429. Εὐριπίδης δὲ ἐν μὲν Φοινίσσαις καὶ μαντικάς τινας ψήφους, κλήρους καλεῖ: & aliquantò pòst ἐν δὲ τῷ, δέλτος κλήρους οὐ διδυγμένη (locus est Euripidis in Hippolyto) κλήρους, φασί, λέγει ἢ τὰς μαντείας ἢ σημεῖα τινα διδόμενα τῷ μάντει, ἐξ ὧν ὁρμώμενος προφήτευε. Scholia in Euripidem ad locum modò citatum, pag. 531. κλῆρος δέ ἐστι τὸ σημεῖον τὸ διδόμενον τοῖς μαντευομένοις, ἀφ' ὧν οἱ μάντεις ὁρμώμενοι προφητεύουσι περί τινος μελλόντων. Hoc genus divinationis à Græcis iisdem κληρομαντεία dicitur: de qua rectè capies illud Esth. 3. 7. *projecit* PHVR, *id est, sortem coram Hamane, de die in diem & de mense in men-*

mensem duodecimũ, qui Adar vocatur. Quæ verba sic retulit interpres vetus, ut sortem etiam in urnam conjectam fuisse ostendat: quod tamen in Ebræo non habetur, neque certi juris est, ut loquuntur. Potuit enim sors etiam in sinum coniici, secundum illud, *Sors in sinum mittitur, sed à Domino judicium eius*: aut in hydriam, ut apud Cicero. 4. in Verrem; aut in situlam, ut in Plauti Casina: aut denique in galeam ut apud Homerum Iliad. ". Illud autem quod nos vertimus, *de die in diem & de mense in mensem duodecimum*, idem expressit uberius, & ad harum sortium rationem intelligẽdam accommodatius: *Missa est sors in urnam coram Haman, quo die & quo mense gens Iudaorum deberet interfici: & exivit mensis duodecimus, qui vocatur Adar.*

CAP. X.

Paraphrastem Chaldæum in loco quodam ex historia Esther discordem sibi videri.

ESth. 3.9. *Decem millia talentorum argenti appendam in manus* עֹשֵׂי חַמְלָאכָה Verba quæ Ebraicè scripsimus præter alios omnes interpretes, Chaldæus exponit עַבְדֵי מַטְבְּעָא, [a] id est, interprete Aria Montano, *cudentium monetam.* & certè videtur per *operantes monetam* intelligere monetarios [b], hoc est, eos qui monetæ publicæ cudendæ operantur. Sed eam sententiam si continent verba Chaldaica, discors sibi interpres, qui eadem verba in sequentibus Esth. 4. 7. ad hunc

modum convertit, *Et pecuniam argenteam videlicet decies mille talenta, quæ promiserat Haman appendere in manus thesaurariorum, qui erant super fiscum sive Gazam regis.* Ego existimo per מַטְבְּעֵא non tam monetam hoc in loco, quam pecuniam significari: & interpretem hoc voluisse dicere, *in manus facientium sive procurantium pecuniam regiam*, hoc est, quæstorum regiorum, vel, ut ejus verba sunt paulò pòst, thesaurariorum. Hi apud interpretem nostrum vocantur *arcarii*, quasi ab arca regia, cui præerant. Vide quæ notamus suprà libro IX. capite XI.

a Quid si, *facientes monetam*, id est, pecuniam regiam, & *facientes*, id est, exigentes? Nam *facere* est exigere, ut ibi, *nihil amplius quam constitutum est vobis facite. Ceterum in Græco est* πράσσετε. August. de civit. Dei lib. 2. cap. 19. τελῶναι *exactores*.

b Lexicon Hesychii, μονετάριος, τὸ κέρμα ἐργαζόμενος.

c Arcarii nomen extat apud eundem interpretem & Rom. 16. 23. *salutat vos Erastus arcarius civitatis*. Græcè est ὁ οἰκονόμος. Erat autem *arcarius*, teste Theodoro, propriè quæstor eorum, quæ in arcam præfecti prætorio inferebantur.

CAP. XI.

Mos adorandi regem & viros honoratiores.

QVod nunc dicam Persis commune fuit cum Assyriis & aliis multis barbaris. Allocuturi regem proni accidebant, eumque adorabant, tanquam imaginem, cuncta conservantis in terra, Dei. Quare dixit Æschylus *Persas & Assyrios Deorum loco habere reges*. Q. Curtius libro V. *Rex curru paullò antè vectus, & Deorum à suis honoribus cultus.* Artabani

tabani Persæ verba hac de re leguntur apud Plutarchum in vita Themistoclis: ἡμῖν, inquit, πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων κάλλιστος οὗτός ἐστι, τὸ τιμᾷν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν εἰκόνα Θεοῦ τὰ πάντα σώζοντος. Hunc autem honorem Græcè exprimunt scriptores verbo προσκυνεῖν. Æmylius Probus in vita Cononis: *Conon à Pharnabazo ad regem missus, posteaquam venit, primum ex more Persarum ad Chiliarchum, qui secundum gradum imperii tenebat, Titraustem accessit, seq; ostendit cum rege colloqui velle: nemo enim sine hoc admittitur. huic ille, inquit, Nulla mora est: sed tu delibera utrum colloqui malis, an per litteras edere, quæ cogitas. Necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari te regem, quod* προσκυνεῖν *illi vocant.* hæc Probus. Quod ait, *qui secundum gradum imperii tenebat*, idem de Mardochæo Ebraicè dicitur Esth. 10. 3. מִשְׁנֶה לַמֶּלֶךְ[a]. Eodem honore afficiebat, si quis ignobilior virum haut paullo honoratiorem alloquebatur, aut in via obviam habebat. Indicat Herodotus lib. 1. de Persis ita scribens, ἢν δὲ πολλῷ ᾖ οὕτερος ἀγεννέστερος, προσπίπτων προσκυνέει τὸν ἕτερον. Ad hunc morem refero, quod Esth. 3. 2. *Et omnes servi regis, qui in porta regis erant, Hamanem procidentes in genua adorabant.* Sed quid erat, quod hoc honore Hamanem afficere Mardochæus Iudæus noluerit? Et opinor, quoniam Iudæis non licebat per legem patriam hominem adorare[b]. Adfirmat id Iosephus libro XI. capite VI. Μαρδοχαίου δὲ διὰ σοφίαν καὶ τὸν οἴκοθεν αὐτοῦ νόμον οὐ προσκυνοῦντος ἄνθρωπον, παραφυλάξης ὁ Αμάνης, ἐπυνθάνετο πόθεν εἴη, μαθὼν δὲ αὐτὸν Ιουδαῖον

ὄντα, ἠγανάκτησε, καὶ πρὸς αὐτὸν εἶπεν, ὡς οἱ μὲν ἐλεύθεροι Πέρσαι προσκυνοῦσιν αὐτόν. οὗτος δὲ, δοῦλος ὤν, οὐκ ἀξιοῖ τοῦτο ποιεῖν.

a *Secundus ad regem*, sive, quod idem, *ad regium principatum*. Hoc modo Cicero locutus est in primo de finibus.

b His consentanea leguntur in additionibus apocryphis Esth. 13. 8.

CAP. XII.

De equo regis. Cidaris erecta: tiara. quod discrimen sit inter tiaram & diadema.

ESth. 6. 13. *Equus in quo rex equitat.* Rex extra aulam aut equo aut curru vehebatur: pedes nunquam conspectus fuit. Athenæus libro XII. ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ ἅρμα, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐφ' ἵππου, πεζὸς δὲ οὐδέποτε ἐωράθη ἔξω τῶν βασιλείων. Scholiastes Ebræus alter admonet, equũ regis gestasse in capite insigne regni, quo ab aliis omnibus equis distingueretur: id autem colligit ex iis verbis, quæ ibidem sequuntur, *& cujus capiti imposita cidaris regni.* Potest intelligi, fateor, de capite equi (nam anceps & ambiguus locus) sed receptior opinio eorum, qui pronomen ad regem referunt. Quod ut non refello; ita nec approbo: sed in medium, ut quisque opinetur de eo quod velit, relinquo. Hic obiter noto, cidarim in lingua Ebræa CHETER dici. Quanquam enim vulgò interpretes diadema pro eo referant; tamen cidarim potiùs significari crediderim, ductus litterarum affinitate. In qua sententia amplius me confirmat Græcum κίταρις. Erat autem cidaris eadem cum tiara: quod sic doceo. Plutarchus auto

apud

apud Persas; solum regem gestare cidarim rectam. eam ipse vocat ὀρθὴν κίταριν. Xenophon autem in octavo de institutione Cyri, ὀρθὴν τιάραν [a]. Verba Plutarchi, si quæres, reperiuntur in Themistocle: quibus addo ex vita Artoxerxis: ἀνέδειξε τὸν Δαρεῖον βασιλέα, καὶ τὴν καλουμένην κίταριν ὀρθὴν φέρειν ἔδωκε. Verba Xenophontis: ἤδη αὐτὸς ἐκ τῶν πυλῶν προϋφαίνετο ὁ κῦρος ἐφ' ἅρματος, ὀρθὴν ἔχων τὴν τιάραν, καὶ χιτῶνα πορφυροῦν μεσόλευκον, id est, *jam Cyrus ipse prodibat in conspectum è portis in curru cum tiara recta, & tunica purpurea semialba.* Ceterùm [b] diadema, diversum quid esse à tiara, quod interpretes nostri videntur ignorasse, idem Xenophon declarat ex eodē loco his verbis: εἶχε δὲ διάδημα περὶ τῇ τιάρᾳ· καὶ οἱ συγγενεῖς δὲ αὐτοῦ τὸ αὐτὸ τοῦτο σημεῖον εἶχον, καὶ νῦν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔχουσι· hoc est, *habebat & circum tiaram diadema: idemq; signi cognatis ipsius erat, sicut & hoc tempore signum illud retinent.*

a Hesychius, Τιάρα ἡ λεγομένη κύρβασία· ταύτῃ δὲ οἱ Πέρσαι βασιλεῖς μόνοι ἐχρῶντο ὀρθῇ· οἱ δὲ στραστηγοὶ ὑποκεκλιμένῃ. Seneca de beneficiis lib. 6. cap. 31. *petit Demaratus ut Sardis maximam Asiæ civitatem curru vectus intraret, rectam capite tiaram gerens, id solis datum regibus.*

b Idem esse docet Baisius de re vestiaria: sed falli ipsum puto. Erat autem fascia alba cingens caput, commune olim insigne regum. In Persis autem alterius coloris erat, nec capiti modo circumplexa, sed cidari sive tiaræ, &c. Q. Curtius lib. 3. *Cidarim Persæ vocant regium insigne. Hoc cærulea fascia distincta albo circuibat.* Idem lib. 6. *Purpureum diadema distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circūdedit, vestemq; Persicā sumpsit.*

CAP. XIII.

De provinciis regni Persici.

PErſicum regnum comperior ſub Aſvero rege diviſum fuiſſe in provincias centum viginti ſeptem. provincias enim intelligo, quas Ebræi Medinas, Chaldæi Phelchas vocant. Eſth. 1. 1. *Hic Aſverus ab India Æthiopiam uſque centum viginti ſeptem provincias imperio tenuit.* Ante Aſverum an idem numerus provinciarum fuerit, ignoro. Danielis ævo, hoc eſt, ſub Dario Aſveri filio legimus conſtitutos Aſdarpanes centum & viginti, qui toti regno præerant: iiſque tres præpoſitos fuiſſe præſides (Sarches vocabant) apud quos illi ſatrapæ rationes reddere tenebantur, quorum præſidum vnus erat Daniel, ut habetur Dan. 6. 1. Quod ſi Aſdarpan eſt ſatrapa, ut nonnulli volunt, & ſatrapa præſes provinciæ, conſequens eſt jam ab eo tempore fuiſſe centum viginti provincias. Sed Herodotus ſcribit Darium duntaxat viginti ſatrapias ordinaſſe. Verba, quibus id dicit, hæc ſunt: ποιήσας ζ ταῦτα ὁ Δαρεῖος, ἄρχας κατίστασθαι ἐκέλευε τὰς αὐτὸ καλέουσι σατραπηίας. Quæ ſi vera ſunt, neceſſe eſt, ut conſtituamus differentiam inter Aſdarpanem, & prætorem provinciæ. & hâc quidem differentiam non omnino vanam eſſe, vel ex eo colligo, quod in ſacra hiſtoria ſæpe junctim legantur Aſdarpanes cum principibus provinciarum, ut Eſth. 8. 9. Sed & Eſth. 3. 12. ſimul nominantur Aſdarpanæ regis & ſingularum præſides provinciarum. Vbi notandum Aſdarpanes dici regis, quos Æmylius Probus appellat ſatrapas regios, in vita Datamis: *optima veſte contexit, quam ſatrapæ regii gerere conſue-*

ſuêverunt. Sed quid eſt, quod hos perpetuo verſari coram rege perhibent? Scilicet qui hoc dixerunt, eos reſpexiſſe ad etymon nominis AHASDARPHANIM: quod ita reſolvunt, AHAS *magnus*: DAR *verſans*, ſive DERAE, *qui videt*: PHANIM *faciem*. In quo non videntur rectius ſentire, quam illi qui Aſtheranes, hoc eſt, mulos equa genitos, appellatos cẽſent EX AHAS & THERANIM, quod in ſuo genere excellant: mulos autem THERANIM dici, quia gignantur ex duabus ſpeciebus. nugæ: niſi hoc demus, DAR, PHANIM, & THERE vocabula Perſica eſſe; quod mihi non videtur. Iam verò quod aiunt, Aſdarpanes ſemper verſari apud regem, æquè vanum eſt. Quomodo enim verſari poterant ſemper apud regem, qui præerant longè remotiſsimis ab aula provinciis? Finiam caput, ſi hoc priùs notauero. Labor ut credam Græcum σατράπης ex illo Perſico eſſe: corruptum autem opinor hoc modo. Aſdarpan facta metatheſi σατρέπαν, & mutatione ultimæ ſyllabæ σατράπης. Quid enim coactum in hac ſententia? Ne illud quidem quod D in T mutatâ ſit mirum cuiquam videri debet, cum ſint litteræ ejuſdem organi, ut loquuntur.

CAP. XIV.

Qui ſint Paratimi in libris ſacris.

Dicam nunc de *Paratimis*, vel, ut editio Chaldaica quodam in loco, *Parthunæis*: Nam video quoſdam opinari eſſe nomen Perſicum; inter

quos Iarius Ebræus vir non minimæ autoritatis apud ſuos. Paratimorum mẽtio in libris ſacris ter. Dan. 1. 3. *De ſemine regio & de Paratimis.* Eſth. 1. 3. *Exercitus Perſarum & Medorum Paratimi*: & 6. 8. *de principibus regiis Paratimis.* Iarius de iſtis: *Paratimi ſunt dynaſtæ in linguâ Perſica.* Hieronymus in commentariis ſuper Danielem: *Pro* φορθομμὶν (dubito an legendum φαρετιμὶν) *quod Theodotio poſuit,* lxx. *& Aquila electos tranſtulerunt; Symmachus Parthos, pro verbo nomen gentis intelligens: quod nos juxta editionem Ebræorum, quæ κατ' ἀκρίβειαν legitur, in tyrannos vertimus.* ſic ille. Suo more laudat veteres interpretationes: quarum, quam ipſe ſecutus eſt, neutiquam mihi arridet. Symmachi autem apertè falſa eſt. Nam ſi *Paratimus eſt* Parthus, quid reſtat niſi ut Daniel è Parthis fuerit? quod dictu auditúque novum. quæramus aliquid ſolidius. Camius pater *Paratimos* dictos quaſi Euphratæos cenſet, littera m addita. Nam ſcilicet Euphratem in Ebraica lingua nominari Pherath. Ne hoc quidem ſatis ſolidum videtur. Abenezra ſcribit Paratimos de ſemine regio fuiſſe, à quo facit locus ex Ioſepho Gorionis. Locus Ioſephi, ubi ita hoc verbo uſus fuit, ut Latinè ponamus, habetur in hiſtoria Ebraica, Lib. v 1. cap. lxi. *Non decet quenquam regnare in Iuda, qui non ſit ex ſemine Iudæ tam à patre quam à matre, & ex Paratimis, qui ex ſemine regio.* Ecce claris verbis ait *Paratimos ex ſemine regio eſſe.* Quod ſi eſt, mirum cur Daniel ſcripſerit, *de ſemine regio & de Paratimis.* An copula, &, hoc in loco

in loco ἐξηγητικῶς ſumenda ? fortè apud Perſas eo nomine peculiariter vocabantur, qui in hiſtoriis cognati regis: quorum frequens apud Q. Curtiũ mentio, ut Lib. III. *Exiguo intervallo, quos cognatos regis appellant, decem & quinque millia hominum erant.* & Lib. IIII. *Ad novas pacis conditiones ferendas decem legatos cognatorum principes miſit.* & haut paulò pòſt: *Cognati Darii & armigeri, lævumq; tuentes cornu in fugam effuſum deſtituerant currum.* Hi diadema geſtabant circum tiaram. Xenophon de Cyro majore: ἔχει δὲ διάδημα περὶ τῇ τιάρᾳ καὶ οἱ συγγενεῖς δὲ αὐτῶ τὸ αὐτὸ τοῦτο σημεῖον ἔχον, καὶ νῦν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔχουσιν. Sed hæ conjecturæ ſunt, & quidem tales, ut nulla earum mihi faciat ſatis. Si quid ſapio, veriore conjectura dicemus per *Paratimos* ſignificari eos, qui ab honoris æqualitate Græco vocabulo ὁμότιμοι nuncupantur: de quibus ſparſim meminit in libris de inſtitutione Cyri Xenophon, ut in fine libri ſeptimi: *In Perſia*, inquit, *degunt Homotimi* ἐπὶ τοῖς ἀρχείοις, *in archivis.*

CAP. XV.

Convivium vini. aquam coctam Perſis ad potum fuiſſe. munera dari ſolita à rege in natalitiis aut cum nuptias celebraret.

ESth. 5. 6. *In convivio vini.* Quæritur de ſenſu horum verborum. Et exiſtimo ſignificari eam partem convivii [a], in qua vinum bibebatur. Nam adducor ut credam Perſas primam ſitim aqua ſedaſſe. tamen id dubitans pono; non adfirmo. hoc

tantùm, aquam Perſis ad potum fuiſſe, quæ ad regiam menſam ſumebatur ex Choaſpe fluvio, qui Suſa præterlabitur: deinde certa ratione coquebatur. De hac cocta aqua mentio apud Herodotum libro ſexto his verbis: Ο Πέρσων βασιλεὺς ὕδωρ ἀπὸ Ἡ χοάσπεος πίειν ἄγει) τῷ οἴκῳ Σῦσα ῥέοντος, τοῦ ἦ μόνου πίνει ὁ βασιλεὺς· τοῦ ἦ τοιούτου ὕδατος ἀπιψημένου πολλαὶ κάρβαι ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνεσι συνζευγνύμεναι ὑπονέμουσι. Quinetiam Cteſias Cnidius in Perſicis rationem exponit quomodo hæc aqua coquatur, quam ait & leviſsimam & ſuaviſsimam eſſe. Athen. lib. 11. Κτησίας δὲ Κνίδιος καὶ ἱστορεῖ ὅπως ἕψει) τὸ βασιλικὸν τοῦτο ὕδωρ, καὶ ἀναπολιθῶμενον τοῖς ἀγγείοις φέρεται τῷ βασιλεῖ, λίγων αὐτὸ καὶ ἐλαφρότατον καὶ ἥδιστον εἶναι.

Hæc quamvis diſertè non probent, quod volo; tamen probabiliter ex iis colligi poteſt, in altera parte convivii adhibitam aquam, & vinum in altera: qui mos adhuc hodie obtinet in cerviſia iis regionibus, ubi is potus in uſu. Sed & apud Græcos aquam in mēſæ initio poni olim mos erat. Lucianus, Τράπεζα τὴν κλίνην παρεισάκει πολύμυρον, ἔχουσα καὶ ὕδωρ ἕτοιμον. Neſcio an ad hanc ſententiam rectè verterit interpres, qui vertit, *inter pocula*[b]. Reliquum quæri eſt, quo vino uſus olim fuerit rex? & reperio eum chalibonio tantùm uſum fuiſſe. Athenæus lib. 1. ὅτι ὁ Πέρσων βασιλεὺς τὸν χαλυβώνιον μόνον οἶνον ἔπινεν. Adtexam huic capiti, quod non alienum omnino à propoſito. Inſtituto veteri cum uxorem duceret aut natalem ſuum celebraret rex, tum Perſas ſtrenis ac muneribus donabat. De nuptialibus ſtrenis

evidens

evidens locus est Esth. 2. 18. *Et rex magnum convivium fecit principibus suis & servis suis; convivium, inquam, Estheræ: & immunitatem provinciis largitus est, & munera pro copia regis dedit.* verba clara. Quod ait, *fecit convivium*, valet, cœnam nuptialem: & *convivum Estheræ*, id est, nuptias Estheræ. Nam in lingua Ebraica scilicet eò modò vocari nuptias; etiam apud Syrum interpretem novi testamenti. De natali, testem habeo Herodotum libro nono ita scribentem; τοῦτο τὸ δεῖπνον (loquitur de cœna regia, quam vocat βασιλήϊον δεῖπνον) παρασκευάζετο ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο ὁ βασιλεὺς, ὄνομα δὲ τῷ δείπνῳ Περσιστὶ μὲν τυκτά· κατὰ δὲ τὴν ἑλλήνων γλῶσσαν, τέλειον. τότε δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν σμᾶται μοῦνον βασιλεὺς, καὶ Πέρσαις δωρέεται. Ex quibus verbis hoc amplius discimus, cœnam natalitiam lingua Persica Tyctan dici: Græcè verò τέλειον.

a Vel, *eam mensam, in qua vinum bibebatur.* Nam duas mensas veteres apponebant: priorem carnium pisciúmue, secundam autem pomorum. Porrò in priore aqua potui apponebatur, & in secunda vinum. Scribit hoc Franciscus Senensis in quinto de repub. tit. IX.

b Ælianus hoc dixit μεσοῦντος τοῦ πότου: *inter media pocula.* Idem de Persis ita scribit, μετὰ γὰρ τοῦ ἐμπλησθῆναι τροφῆς οἱ Πέρσαι τῷ τε οἴνῳ καὶ ταῖς προπόσεσιν εὖ μάλιστα ἀποχολάζουσιν, οἱονεὶ πρὸς τὸν πότον, ὡς πρὸς ἀντίπαλον ἀποδυόμενοι. id est, interprete Iusto Wltero: *Etenim Persæ postquam cibo saturati sunt, vino & propinationibus indulgent, potum tanquam adversarium aggredientes.* Quem locum adduxi, quia inde lux aliqua historiæ sacræ. Extat autem inde varia histo. lib. 12. cap. 1.

CAP. XVI.

Locus ex additionibus apocryphis falsi convictus: ibidemq; de Orosangis, qui benè meriti de rege.

FAlsum est quod in additionibus apocryphis, Esth. 12. 5. apud vetustum interpretem *datis ei pro delatione muneribus*: falsum hoc, inquam, est. Etenim sermo ibi est de Mardochæo, qui indicium fecerat conjurationis in regem. Contra autem pro eò nihil quicquam honoris in eum collatum fuisse. Verba clara hac de re sunt, Esth. 6. 3. *Et dixit rex, Quid factum honoris aut amplitudinis Mardochæo propter hoc? & dixerunt pueri regis ministrijus, Non est factum eum eo quicquam.* quæ sic versa leguntur apud Hieronymum: *Quid pro hac fide honoris aut præmii Mardocheus consecutus est? Dixerunt ei servi illius ac ministri. Nihil omnino mercedis accepit.* & tollit omnem dubitationē Iosephus: Μαρδοχαῖος δὲ διὰ τὰς Ἐσθῆτος φανερὰς ἐποίησε τῷ βασιλεῖ τὰς ἐπιβουλὰς ὄντως. παρῳχθὴς δὲ ὁ βασιλεὺς, τ' ἀληθὲς ἐξύρει. καὶ τὰς μὲν ὑπὸχας ἀπεστέργεν, τῷ δὲ Μαρδοχαίῳ τότε μὲν οὐδὲν παρέσχεν ὡς αὐτίκα τῆς σωτηρίας γεγονὸς μόνον δὲ αὐτῷ τὸ ὄνομα τοῖς τὰ ὑπομνήματα συγγραφομένοις ἐκέλευσε γραφῆναι, καὶ προστάξαι αὐτὸν τοῖς βασιλείοις ὄντα φίλον ἀναγκαιότατον τῷ βασιλεῖ. Quanquam autem præmium nullum pro indicio consecutus fuit: erat tamen, nisi animi fallor, inter benemeritos de rege, qui Persica lingua Orosangæ vocantur. Etenim quod scriptū, Esth. capite 7. vers. 9. *qui bene locutus fuit de rege*, hanc sententiam continet, qui indicio facto conjurationis benè meritus fuit de rege. Herodotus libro VIII. φύλακος ὃ εὐεργέτης βασιλῆϊ ἀνηγράφη, καὶ χώρη οἱ ἐδωρήθη πολλὴ, οἱ δὲ εὐεργέται βασιλῆϊ ὀροσάγαι καλέονται Περσέων. Ex his probabile est ut Phylacum; ita Mardochæū quo-

quoque inter Orosangas, hoc est, benè de rege meritos adscriptum fuisse. Quod autem muneribus similiter affectus non fuerit; idem aliis multis Orosangis accidit. facio conjecturam ex iis verbis, quæ de Solysonte in Herodoti ejusdem lib. III. ὠνάβας δὲ ἐς τὰ Σοῦσα. ἵζετο ἐς τὰ πρόθυρα τῶν βασιλῆος οἰκίων καὶ ἔφη Δαρείου εὐεργέτης εἶναι. Siquidem hoc dicebat, quia præmium nullum à rege acceperat, quamvis optimè de eo meritus. In iisdem additionibus: καὶ ἐπέταξεν ὁ βασιλεὺς Μαρδοχαῖον θεραπεύειν ἐν τῇ αὐλῇ. quod ait, θεραπεύειν ἐν τῇ αὐλῇ, melius omninò est apud interpretem Latinum, *ut in aula palatii moraretur.* Sic enim legimus Esth. 2.19. *& Mardochaus sedebat in porta regis.* sedebat, id est, versabatur. Nam ita erant Persarum mores, ad regis januam optimates interdiu versabantur, ut eorum opera, ad quæ vellet rex, uti posset.

[1] Hesychius Ορσάγγης, σωματοφύλαξ, ἢ ὁ τὸν βασιλέως οἶκον ποτὲ εὐεργετήσας: *Orsanges* (Fortè Orosanges legendum) *custos corporis, aut is qui de domo regis benè meritus fuit.*

CAP. XVII.

Enarrata Persica nomina Darius & Cyrus.

IN nostra lingua pollent hæc nomina, [a] Darius, coërcitor: Cyrus, sol. Herodotus libro sexto: δύναται δὲ κατὰ ἑλλάδα γλῶσσαν Δαρεῖος ἐρξείης. Plutarchus Artoxerxe, ὁ μὲν οὖν κῦρος ἀπὸ κύρου τοῦ παλαιοῦ τοὔνομα ἔσχεν· ἐκείνῳ δὲ ἀπὸ τοῦ ἡλίου γενέσθαι φασί. κῦρον γὰρ καλεῖν Πέρσας τὸν ἥλιον. Ctesias de uxore Darii

Darii Nothi: τίκτει δὲ αὐτῷ ἕτερον βασιλεύουσα, καὶ τίθεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπὸ ἡλίου Κοῦρον. Hoc postremum eò facilius credas si scias forma nominis Persica dici Chores: esseque ei affine in lingua sacra CHARES, quo solem significant. Glossarium Philonis, *Ares, sol*: lege HARES sive CHARES; ut HAM, & CHAM. Siquidem vetus consuetudo sæpe CH pro H, Het utitur. Arabes etiam Het in Chaph mutant, ut antè à nobis obseruatum est.

a Apud Ctesiam legitur Δαριαῖος: quæ forma propius accedit ad Persicam Darjaves. Origo nominis à coërcendo & cohibendo. Nam in lingua Persarum דרוש, id est, ἔρξις ut Scaliger notat. Sed Hesychius Δαρεῖος, ὑπὸ Πέρσων ὁ φρόνιμος: ὑπὸ δὲ Φρύγων ἕκτωρ.

CAP. XVIII.

Mos quidam Persarum è septimo libri Esthera nunc primum erutus.

ESther. 78. *Et faciem Hamanis operuerunt.* subintelligitur, ministri vel eunuchi regis. Ex hoc loco & ex scholiis Abenezræ eruo ritum vulgò ignoratum. Mos igitur Persarum erat, siquando rex cuipiam irasceretur, ut ministri vultum ejus statim obnuberent, tanquam videlicet is indignus esset, qui regem oculis aspiceret. Hoc notatum in scholiis illis per hęc verba: *Operuerũt, scilicet ministri, & est sensus, Texerunt faciem ejus, Quippe ita mos Persarum erat, ut servi regis tegerent faciem ejus, cui rex succensebat, ne amplius eum rex videret. & hoc notum ex libris Persarum.* Hactenus Abenezra. Paraphrastes autẽ Chaldæus locũ ex Ebræo aliter interpretatur:

tatur: *& vultus Hamanis opertus fuit dedecore.* sed mihi crede, perperam. Quis enim, nisi imperitissimus, nescit hoc sensu dicendum fuisse, *Et caput Hamanis opertum fuit?* quod inter alia signum luctus & dedecoris esse probatum antea fuit ex eo, quod in eadem historia: *Et Haman properè domum sese recepit, lugens, & capite operto.*

CAP. XIX.

De angaris Persarum tabellariis.

ANgari regum apud Persas cursores fuerunt, qui alio nomine Astandæ vocabātur. Vtrunque autem nomen Persicum est. Glossarius Suidæ: ἄγγαροι οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι· οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀστάνδαι· τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. In historia Ebraica nominantur RASIM. per s Sade, id est, *cursores*: Esth. 3. 15. & RASIM BASVSIM, id est, *cursores in equis sive veredarii*, Esth. 8. 15. de quibus apud Iosephum Orig. Iudaic. lib. XI. cap. VI. διέπεμψε δὲ τοὺς ἀγγάρους λεγομένους εἰς πᾶν ἔθνος, ἑορτάζειν αὐτοῖς τοὺς γάμους παραγγέλλων. & apud Ruffinum, *Destinavit autem per omnes gentes eos, qui Aggari dicebantur.* ubi notabis antiquè scriptum *aggarus*, ut *aggelos*; pro, angarus, angelus. Herodotus de istis: Ταῦτά τε ἅμα Ξέρξης ἐποίεε. καὶ ἔπεμπε ἐς Πέρσας ἀγγελλέοντα τὴν παρεοῦσαν σφί συμφορήν. τουτέων δὲ τῶν ἀγγέλων ἔστι οὐδὲν ὅτι θᾶσσον παραγίνεται θνητὸν ἔον, οὕτω τοῖσι Πέρσῃσι ἐξεύρεται τοῦτο. λέγουσι γὰρ ὡς ὅσον ἂν ἡμερέων ἡ πᾶσα ὁδὸς, τοσοῦτοι ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διεστᾶσι κατὰ ἡμερεσίην ὁδὸν ἑκάστην τεταγμένοι. τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, οὐ νὺξ ἐέργει μὴ οὐ κατανύσαι τὸν προκείμενον ἑωυτῷ δρόμον τὴν ταχίστην. ὁ μὲν δὴ πρω-

Darii Nothi: τίκτει δὲ αὐτῷ ἕτερον βασιλεύουσα, καὶ τίθεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπὸ ἡλίου Κοῦρον. Hoc postremum eò facilius credas si scias forma nominis Persica dici Chores: esseque ei affine in lingua sacra CHARES, quo solem significant. Glossarium Philonis, *Ares, sol*: lege HARES sive CHARES; ut HAM, & CHAM. Siquidem vetus consuetudo sæpe CH pro H, Het utitur. Arabes etiam Het in Chaph mutant, ut antè à nobis obseruatum est.

a Apud Ctesiam legitur Δαριαῖος: quæ forma propius accedit ad Persicam Darjaves. Origo nominis à coërcendo & cohibendo. Nam in lingua Persarum דרוש, id est, ἔρξις ut Scaliger notat. Sed Hesychius Δαρεῖος, ὑπὸ Πέρσων ὁ φρόνιμος: ὑπὸ δὲ φρύγων ἕκτωρ.

CAP. XVIII.

Mos quidam Persarum è septimo libri Esthera nunc primum erutus.

ESther. 78. *Et faciem Hamanis operuerunt.* subintelligitur, ministri vel eunuchi regis. Ex hoc loco & ex scholiis Abenezræ eruo ritum vulgò ignoratum. Mos igitur Persarum erat, siquando rex cuipiam irasceretur, ut ministri vultum ejus statim obnuberent, tanquam videlicet is indignus esset, qui regem oculis aspiceret. Hoc notatum in scholiis illis per hęc verba: *Operuerũt, scilicet ministri, & est sensus, Texerunt faciem ejus, Quippe ita mos Persarum erat, ut servi regis tegerent faciem ejus, cui rex succensebat, ne amplius eum rex videret. & hoc notum ex libris Persarum.* Hactenus Abenezra. Paraphrastes autẽ Chaldæus locũ ex Ebræo aliter interpretatur:

tatur: *& vultus Hamanis opertus fuit dedecore.* sed mihi crede, perperam. Quis enim, nisi imperitissimus, nescit hoc sensu dicendum fuisse, *Et caput Hamanis opertum fuit?* quod inter alia signum luctus & dedecoris esse probatum antea fuit ex eo, quod in eadem historia: *Et Haman properè domum sese recepit, lugens, & capite operto.*

CAP. XIX.

De angaris Persarum tabellariis.

ANgari regum apud Persas cursores fuerunt, qui alio nomine Astandæ vocabãtur. Vtrunque autem nomen Persicum est. Glossarius Suidæ: ἄγγαροι οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι· οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀστάνδαι· τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. In historia Ebraica nominantur RASIM. per s Sade, id est, *cursores*: Esth. 3. 15. & RASIM BASVSIM, id est, *cursores in equis sive veredarii*, Esth. 8. 15. de quibus apud Iosephum Orig. Iudaic. lib. XI. cap. VI. διέπεμψε δὲ τοὺς ἀγγάρους λεγομένους εἰς πᾶν ἔθνος, ἑορτάζειν αὐτοῖς τοὺς γάμους παραγγέλλων. & apud Ruffinum, *Destinavit autem per omnes gentes eos, qui Aggari dicebantur.* ubi notabis antiquè scriptum *aggarus*, ut *aggelos*; pro, angarus, angelus. Herodotus de istis: Ταῦτά τε ἅμα Ξέρξης ἐποίεε. καὶ ἔπεμπε ἐς Πέρσας ἀγγελλέοντα τὴν παρεοῦσαν σφί συμφορήν. τουτέων δὲ τῶν ἀγγέλων ἔστι οὐδὲν ὅτι θᾶσσον παραγίνεται θνητὸν ἔον, οὕτω τοῖσι Πέρσῃσι ἐξεύρεται τοῦτο. λέγουσι γὰρ ὡς ὅσον ἂν ἡμερέων ἢ πᾶσα ὁδὸς, τοσοῦτοι ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διεστᾶσι κατὰ ἡμερεσίην ὁδὸν ἑκάστην τεταγμένοι. τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, οὐ νὺξ ἐέργει μὴ οὐ κατανύσαι τὸν προκείμενον ἑωυτῷ δρόμον τὴν ταχίστην. ὁ μὲν δὴ πρω-

τὸ δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος, τῷ τρίτῳ· τὸ ἐντεῦθεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξερχεται παραδιδόμενα. κατάπερ Ελλησι ἡ λαμπαδηφορίη τὴν τῷ Ηφαίστῳ ἐπιτελέουσι. Τοῦτο τὸ δράμημα τῶν ἵππων καλέουσι ἀγγαρήϊον. Hæc Herodotus in octavo, qui inscribitur Vrania. Ex quibus discimus, certis spatiis dispositos fuisse equos, ut hodie: neque dubium est quin publicis quoque stipendiis alerentur. Igitur Angari Persis dicebantur, quos hodie postas vocamus. hoc tantùm interest, quod nunc æqui duntaxat mutentur: olim etiam homines certi certis spatiis collocati erant, quorum primus tradebat mandata, quæ acceperat, secundo: secundus tertio: & ita deinceps usq; ad postremum. Sed vir doctissimus nostri ævi paululum dissentit: *Angari*, inquit, *Persis dicebantur, quos hodie postas vocamus: ut notant Erasmus & Budæus. Sed hoc interest quod hodie certis spatiis collocati sunt qui principum stipendiis aluntur, ut equos habeant ad cursum paratos. Persarum verò cursoribus (sicut etiam hodie Turcarum) fas erat cujusvis equos, vel naves, aut ipsos etiam homines rapere ad cursum.* Vellem testem hujus rei fide dignum citasset. addit deinde: *unde factum ut angariare accipiatur pro cogere ad currendum, vel ad ferendum aliquid.* Non audeo adversari; tamē ex Suidę collectaneis eruo, Ἄγγαρος, ἀχθοφόρος, id est, baiulus, ὅθεν Ἀγγαρείαν, ἀνάγκην ἀκούσιον λέγομεν ἐκ βίας γινομένην ὑπερεσίαν. & paullò pòst, ἄγγαρον οὕτως ἐκάλουν οἱ Πέρσαι τοὺς Βασιλέων ἀγγέλους. Τίθεται δὲ τὸ ὄνομα καὶ ἐπὶ τῶν φορτηγῶν, καὶ ὅλως ἀναισθήτων, καὶ ἀνδραποδωδῶν. καὶ τὸ ἀγγαροφορεῖν, ἐπὶ τοῦ φορτία φέρειν, καὶ ἀγγαρεύε-

γαρεύεσθαι καλοῦσιν ὥσπερ ἡμεῖς νῦν τὸ εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπορεσίαν ἄγεσθαι. Pro ἀγγαρεύειν, quod Matth. 5. 41. reperio in libris לַעֲשׂוֹת אַנְגַרְיָא. id est, facere angariam, crebro obviam in jure Ebręo, ut in NEDARIM, in SVTA, in SANHEDRIM, & alibi. Reperitur quoque in libro Musar. cap. x. & angaria in verbis P. Nigidii apud A. Gellium libro 19. cap. 14. Hem, pænè exciderat. Hi cursores vel mulis (Asteranes Persæ vocant) vel camelis dromedariis utebantur: imprimis verò equis cursu valentibus. Quanquam pro camelis dromadibus partim interpretum reponunt *veredos*, Esth. 8. 15.

CAP. XX.

Terram & aquam petere.

ASsyriorum & Persarum reges si quos populos in potestatem redigere cupiebant ab iis per legatos terram & aquam petebant: quo tanquam symbolo significabant, cupere sibi tradi plenam rerum omnium potestatem: illis enim omnia fiunt. Itaque qui ea dabant, profitebantur se imperium accipere. De Assyrio probat locus Iudith capite 2. vers. 5. notatus jampridem in Quæstionibus nostris ex oratione Nabuchodonosoris regis Assyriorum, quam habuit ad Holofernem: καὶ ἀπαγγελεῖς αὐτοῖς ἑτοιμάζειν μοὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ. De Persa docet Herodotus cum alibi tum lib. IV. δεσπότῃ τῷ σῷ δῶρα φέρων γῆν τε καὶ ὕδωρ, ἐλθὲ ἐς λόγους. & lib. V. οἱ ὦν Πέρσαι οἱ πεμφθέντες οὗτοι παρὰ τὸν Ἀμύντην, ὡς ἀπίκοντο αἴτεον ἐλθόντες ἐς ὄψιν τὸν Ἀμύντεω Δαρείῳ βα-

γὴν καὶ ὕδωρ διδόναι, inquit Aristoteles in 2. Rhetor. δουλεύειν ἐστι.

σιλεῖ γῆν τε καὶ ὕδωρ. ὁ δὲ ταῦτα ἐδίδου, καὶ σφέας ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλεε, & lib. VI. μετὰ δὲ τοῦτο ἀπεπειρᾶτο ὁ Δαρεῖος τῶν Ἑλλήνων ὅτι ἐν νόῳ ἔχοιεν, κότερα πολεμέειν ἑωυτῷ, ἢ παραδιδόναι σφέας αὐτούς. διέπεμπε ὦν κήρυκας αἰτέειν βασιλεῖ γῆν τε καὶ ὕδωρ. His adde, quod Plutarchus refert, interemptum quendam à Themistocle, quod Græcus cum esset, una cum legatis regiis venisset postulatũ terram & aquam. Plutarchus in Themistocle.

CAP. XXI.

De pellicibus regiis.

PEllicum mentio Esth. 2. 14. in quo loco pro concubinis, quod Latinus vertit, Gręci reddũt τῶν γυναικῶν. Quanquam autem ita vocantur interdum concubinæ, tamen caussa est cur malim τῶν παλλακίδων. De his Athen. lib. XIII. in principio: παρὰ Πέρσαις ἀνέχεται ἡ βασιλεῖα τοῦ πλήθους τῶν παλλακίδων διὰ τὸ ὡς δεσπότην ἄρχειν τῆς γαμετῆς τῶν βασιλέα. ἔστι δὲ καὶ διὰ τὸ τὴν βασιλίδα, ὥς φησι Δίνον ἐν τοῖς Περσικοῖς, ὑπὸ τῶν παλλακίδων θρησκεύεσθαι. προσκυνοῦσι γοῦν αὐτήν. dignum nota: dicit gregem pellicum tolerari à reginis propter duas caussas. Vna est, quia rex domini imperiũ in uxorem habet: altera, quia reginam, ut Dinon in Persicis ait, pellices summissè venerantur. προσκυνεῖν vocant. Qui idem honos regi tribuitur, ut diximus. Regias Pellices comperior fuisse sub Dario trecentas sexaginta. Quare adducor ut credam totidem fuisse sub Asvero. Quanquam hoc cõjectura probabilius, quã autoritate certius est. Q. Curtius libro tertio, *Tum regiæ pellices trecentæ sexaginta vehe-*

ta vehebantur, & ipſa regali cultu ornatuq;. Nimirum tot fermè pellices erant, quot dies in anno. Itaque quot diebus rex mutare poterat, & recentem accerſere: dico accerſere, quia niſi accerſita nulla veniebat ad regē. Declarat hoc hiſtoria ſacra his verbis, *Nō redibat amplius ad regem, niſi rex ea delectatus vocaſſet ipſam nominatim.* Has pellices cuſtodiebat unus ex ſpadonibus regiis. Colligo ex eadem hiſtoria loco ſuprà citato, ubi ſic legimus: *Non redibat in domum feminarum alterā, in manum Saſagazi Eunuchi regis, cuſtodis pellicum.* Quod ait, *in domū feminarum alteram*, intelligit gynecium concubinarum, quod Græci τ γυναικῶνα τ δεύτερον appellant. & addidit, *alteram ſive ſecundam*, differentiæ cauſſa propter gynecium puellarum virginum, cui præerat Eunuchus Hegæus cuſtos mulierum, id eſt, HANASIM. Caue de ſecundo gynecio intelligas verba ex verſu undecimo: *Quotidie Mardocheus ambulabat ante atrium domus mulierum.* Nam perſpicuè loquitur de gynecio, in quo Eſthera adhuc virgo erat. In hoc gynecio puellæ, quarum ibi mētio, numero, ut Ioſephus ait, quadringentæ, per integrum annum ſeſe ornabant: ſex videlicet menſibus attributis oleo myrrheo, vel, ut latina vetus, myrrhino, & totidem aromatibus, aliiſque rebus ad extergendum comendumq; neceſſariis. Anno exacto ex gynecio ad regem à ſpadonibus introducebantur, eiſque ad eum venturis dabatur quodcunque poſtulaſſent. Adibant autem regem ordine ac per vices. Quod præter hiſtoriam ſa-

cram etiam Herodotus declarat, ita scribens: περιτροπῇ γυναῖκες φοιτέουσι τοῖσι Πέρσῃσι, id est, *in orbem per vices*. Idem de filia Otanis scripsit, ἐπὲς δὲ αὐτῆς μέρος ἐγίνετο τῆς ἀπίξιος παρὰ τὸν μάγον, quod in historia Estheræ versu. 12. *Cùm attigisset tempus singularum puellarum adeundi ad regem.* & versu 14. *Cùm attigissent vices Estheræ adeundi ad regem.* Hinc disces, quid sit THOR in codice Ebræo. nempe id quod Herodotus dixit μέρος pro quo Scholiastes uterque Ebræus *tempus* reddidit: Chaldæus SEDDVR, id est, *ordinem*: Hieronymus *tempus per ordinem*: interpres Herodoti *vices*.

CAP. XXII.

De duplici atrio: ibidemque de lege qua cautum ne quis invocatus veniret ad regem in atrium interius.

EX Historia sacra observo in regia duplex atrium fuisse: exterius, interius. In exteriore ambulabat purpurati & satrapæ regii. doceo ex 6. 4. *Et dixit rex, Quis in atrio? Et Haman venerat in atrium regiæ exterius.* Nihil apertius. Haman ibi exspectabat dum accerseretur à rege, qui erat in cubili suo. In interiore rex interdiu sublimis in sella aurea sedebat. In hoc atrium, non vocatum à rege venire capitale erat; nisi cui rex virgam auream, quam in manu semper ad hoc gestabat, porrigeret. Indicant hæc verba Esth. 4. 11. *Omnes servi regis & provinciales sciunt, si quis vir fœminave venerit ad regem non vocatus in atrium interius, unam de eo legem*

es

esse ut occidatur, nisi cui rex extenderit virgam auream, ut vivat. Ab hac lege ne regina quidem exempta erat. itaque sequitur, *& ego non sum vocata ad regem his triginta diebus.* Interpres Iosephus hunc locum sic retulit, ut etiam ab Asvero legem istam latam fuisse ostendat, ἔθηκε δὲ καὶ νόμον ὁ βασιλεὺς ὥστε μηδένα τῶν ἰδίων αὐτῷ προσιέναι μὴ κληθέντα, ὁπηνίκα ἐπὶ τοῦ θρόνου καθέζοιτο. Sed mihi nō persuadet. potius crediderim cùm in historia Ebraica silentium sit de hac re, legem antiquiorem esse. Nam quod nonnulli expositores annotant, Hamanem regi autorem fuisse hujus legis, post propositum edictum de perdendis Iudæis, ne Esthera ad regem venire, ac pro gente sua intercedere posset, purum putum commentum est. Addit Iosephus, quod item in MEGELLA (ita vocatur ab Ebræis volumen Estheræ) non exstat, neque scio unde hauserit: περιστήκεσαν δὲ τὸν θρόνον αὐτοῦ πελέκεις ἔχοντες ἄνθρωποι πρὸς τὸ κολάζειν τοὺς προσιόντας ἀκλήτους τῷ θρόνῳ.

CAP. XXIII.

De eunuchis regiis.

SPadonum de quibus memoria historiæ sacræ, alii regi ministrabant, alii reginæ, alii concubinis. Regi peculiariter ministrabant sub Asvero Eunuchi septem. Eorum nomina Esth. 1. 10. Mahuman, Bazatha, Harbona, Bagatha, Abaghta, Zethar, & Charchas: Reginæ Hathach: Concubinis Hege vel Hegæus, & Sasagazus: quorum

hic pellices curabat, ille puellas virgines. His adde Bagathan & Tharesex 2. 21. quos Latina editio ſcribit fuiſſe *janitores*, Græca ἀρχισωματοφύλακες: autor additionum apocrypharum φυλάκους τῆς αὐλῆς, id eſt, *cuſtodes aulæ*. Ex quo apparet ne ipſis quidem veteribus interpretibus ſatis conſtitiſſe quid eſſent, SOMERE HASAPH: neque mirum ſi hodie alii, *cuſtodes liminis*, alii vertant, *cuſtodes ſuppellectilis*. Fieri autem poteſt ut hi duo ſpadones vaſa aurea & argentea, ex quibus rex potare ſolitus erat, infecerint, aut ſaltem inficere voluerint: idque poſtea à ſervo alterutrius, qui Ebræus cum eſſet Mardochæo indicium fecerit, (ita Ioſephus prodidit) deprehenſum ſit. Næ propoſuiſſe eos regem veneno tollere, plerique omnes Ebræi, etiam interpres Chaldæus, adfirmant. Sed & fieri poteſt ut cuſtodes liminis fuerint, quod vetus interpretatio ſignificavit, & cauſſa eſt cur hoc crediderim potius. certè tam magis cogito, tam magis credo. facillimum enim iis, qui januam cuſtodiunt, regem, cum exit, manu interimere. Scriptum autem in hiſtoria eſt: *quæſiverunt mittere manum in regem Aſverum*. Tamen (ne nimium nobis in ſententia adblandiamur) libera hæc in medium opinaturis relinquimus. Cæterùm quanto in pretio apud Perſas olim Eunuchi fuerint, illud erit documento, quod apud Herodotum Vrania ſcriptum eſt: μεχρὶ τῶν βαρβάρων τιμιώτεροί εἰσι οἱ εὐνοῦχοι πίστιος ἕνεκα πάσης τῶν ἐνοχέων. Pro Eunuchis, qui Ebraicè SARASIM, Chaldæus edidit RA-

BRE-

BRBBANIN, id eſt, *magnates*; meo animo impropriè. Siquidem magnates dici poſſunt etiam non caſtrati.

CAP. XXIV.

Perſarum longa nomina: terminatio in S: Aſveruus: Artaxerxes.

PErſarum nomina multis ſyllabis ac literis conſtare oſtendit Plauti locus Perſa:

DOR. *Heu Hercle nomen multis modis ſcriptum 'ſt tuum.*

SAG. *Ita ſunt Perſarum mores, longa nomina.*

Oſtendit Herodotus lib. 1. cum ait nomina eorum ſimilia eſſe τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγαλοπρεπίῃ. Oſtendunt exempla plurimorum nominum in libris, qualia ſunt, Tiſſaphernes, Artembares, Artobazanes, Saribarzanes, Autophradates, Ariobarzanes, Ariaramnes, Orontobates, Norondabates, Pharnabazus, Artabanus, Mithrobarzanes, Spitradates, Menoſtanes, Megabyzus, Mitradates, Mitropauſtus, Meſoromaſdes, Terituchmis, Satibarzanes, Paryſatis, Bagorazus. Eadem exempla confirmant quæ Herodotus ſcripſit de terminatione nominum apud Perſas libro primo: τὰ ὀνόματά σφι ἐόντα ὅμοια τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγαλοπρεπίῃ, τελευτᾷσι ἐς τ' αὐτὸ γράμμα τὸ Δωριεῖς μοῦνοι καλέουσι, Ἴωνες δὲ σῖγμα. ἐς τοῦτο διζήμενος εὑρήσεις τελευτῶντα τῶν Περσέων τὰ ὀνόματα ἐς τὰ μὲν, τὰ δ' ἐς· ἀλλὰ πάντα ὁμοίως. ταῦτα μὲν ἀτρεκέως ἔχω περὶ αὐτῶν εἰδὼς εἰπεῖν. Sic ille. Puto autẽ San lit-

teram esse, quæ ab Ebræis vocatur Sin. Sanè quidem Persica multa nomina per eam litteram scribuntur, ut, CHORES, Cyrus: DARIAVES, Darius: AHASVEROS, Asverus. Quorum postremum, qui componunt ex AHAS, id est, magnus, & ROS, caput, ex hac nota confutari poterunt. Sed & Persicum nomen cùm sit, necesse est ut ostendant, caput in ea lingua ROS dici. Objici potest Artachsastha, & quæ talia sunt in libro Esther, Pharsandatha, Aridatha, Admatha, Marsena, Asphata, Pharmastha. Sed expedio me ab hoc nodo, & dico terminationem illam non Persicam, sed Chaldaicam esse. favet sententiæ meæ Artachsastha, qui à Græcis autoribus Artaxerxes nominatur cum s in fine. Valet autem in Græco sermone μέγας ἀρής· nam Xerxes, ἀρής, id est, martius. Herodotus lib. VI. Paucis cognitum, quod de hoc nomine in Annalibus Ebræorũ. In Seder-Olam majore cap. 30. *Omne regnum vocatur Artachsastha.* hoc dicit, Artaxerxes appellatio est cõmunis omnium regum Persarum. Quod eò libentiùs adduxi, quoniam apud Megasthenem Persam reperio. *Artaxerxes Asverus, Artaxerxes Ochus, Artaxerxes Darius:* quæ sententiam illam planè corroborant. Cæterùm Artaxerxes an Artoxerxes scribendum sit, si libros sequimur, obscurum. Nam per o scriptum legitur hoc nomen in Herodoto, Plutarcho, & Ctesiæ fragmentis. Ego assentior iis, qui per A libentius quã per o scribunt: cum quibus consentit Artachsastha. item quæ ex ARTA

voce

voce composita videntur, Artasyras, Artabanus, Artayctes, Artagerses, Artaphernes, Artabazanes. Quanquā apud Herodotum lego ἀρτοβαζάνης.

CAP. XXV.

Quòd olim apud Persas viri præstantissimi subselliis ornabantur supra cæteros.

APud regem magnum non sedebatur promiscuè; sed locus erat pro dignitate cujusque. Igitur præstantissimus inter proceres sedem habebat supra alios omnes; idque ex instituto Cyri majoris. declarat Xenophon libro octavo de Cyri instit. ubi Cyrus ille ad Satrapas: *Sint*, inquit, *apud vos ἕδραι, id est, subsellia; viriq; præstantissimi perinde atque apud me potioribus locis gaudeat.* & paulò pòst, πάντες δὲ οἱ ἄριστοι τῶν παρὰ τῶν παρόντων ἕδραις προτετίμηνται. Cōcludam, & addam firmādæ rei locum ex historia sacra Esth. 3. 1. *Postea magnificavit Asverus rex Hamanem Hamadathæ filium Agagæum, & evexit illum, & posuit sedem ejus supra omnes principes, quos secum habebat.*

Nec plura de moribus Persarum: quamvis alia domi animadversa habeam. Consilium meum tantùm fuit quasi quoddam specimen exhibere earū annotationum, quas paro in historiam sacram Estheræ; quam sine harum rerum consideratione nunquam rectè intelligi posse à quoquam semper judicavi. Cæterùm, si quid benè dixi, gratia esto ei, à quo omnia benè dicta manant: si quid aliter,

& si peccavi, mihi imputetur. Lex olim apud Persas fuit, quæ pro numero benè aut malè factorum, reum hunc absolvebat, hunc condemnabat. Ex hac lege de his aliis meis notis indicium fieri cupio. nam certè si multa benè, pauca malè dixi, æquum est mihi ignosci. Sed si, ratione fideliter inita, plura perperam & oscitanter, quam benè laudabiliterque scripsisse deprehensus fuero, tum equidem, quin damnentur ac reiiciantur mea scripta non recuso.

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER DECIMVS TERTIVS.

CAP. I.

De lupis vespertinis. noua Habacuco lux facta.

HAbac. 1. 8. חַדּוּ מִזְּאֵבֵי עֶרֶב. Locus iste ita versus legitur apud interpretem antiquum, quo vulgò utimur, *velociores lupis vespertinis*. Præcedit autem *leviores pardis equi ejus*. Proinde hanc interpretationem secuti sumus, cum Proverbia nostra ederemus, ac sciremus vocem ὀξὺς, quæ acutum propriè denotat, interdum pro veloci usurpari. Sed quid? an veloces lupi vespertini? Fortè melior interpretatio, *acutiores lupis vespertinis*, ut ad visum referatur. Nam lupi vel media nocte, etiam cum luna minimè lucet, acutissimè vident. Docet hoc Ælianus in historia animalium, ita scribens: Ὁ ξυωπέστατον δέ ἐστι ζῶον· καὶ μέντοι καὶ νυκτὸς καὶ σελήνης οὐκ οὔσης, ὅδε ὁρᾷ· Ὅτε πᾶσίν ἐστι σκότος, ἐκεῖνος βλέπει. ἔνθεν τοι καὶ λυκόφως κέκληται ὁ καιρὸς οὗτος τῆς νυκτὸς, ἐν ᾧ μόνος ἐκεῖνος τὸ φῶς ὑπὸ τῆς φύσεως παραλαβὼν ἔχει. δοκεῖ δέ μοι καὶ Ὅμηρος λέγειν ἀμφιλύκην νύκτα, καθ' ἣν ἤδη βλέποντες λύκοι βαδίζουσι. Quæ sic versa repperi in edi-

tione Tigurina. *Acerrimis* (lupus) *atque acutissimis praditus est oculis. Enimvero intempesta nocte, vel luna ipsa silente, lucis usura perfruitur, & licet omnibus tenebræ offundantur, non huic tamen lux eripitur. Hinc lycophos id temporis appellatur, cùm lucernis solus naturæ munere perceptam habet. Et verò Homerus mihi vocare videtur id tempus, cum jam nunc cernens lupus se in viam dat,* ἀμφιλύκῃ νύκτα. Hic non omittendum sub vespera Ebræorum ipsam noctem comprehendi. Quod ita certum notum ut nihil magis. Quo fit ut eosdem esse vespertinos & nocturnos lupos nullus dubitem.

CAP. II.

Quis autor compositorve fuerit ejus libri, qui Baal Aruch vocatur.

Liber est apud Ebræos, qui בַּעַל עָרוּךְ inscribitur, in quo vocum Thalmudicarum sensa explicantur, ut jure dici possit *Lexicon Thalmudicum*: nos sparsim in libellis nostris eum vocamus *lexicon juris*, intelligentes de jure civili Ebræorum, quod Thalmud indigetant. Hunc librum Munsterus, ut fieri potuit in tāta caligine, interpretatus est, & de ejus autore, quem ignorabat, ita scribit: *Quis Rabbinorum fuerit auctor Aruch incertum esse puto, cùm David Kimhi, toties in commentariis illius mentionem faciens perpetuò vocet eum Baal Aruch.* Hæc ille. Ego verò nihil tam certum esse aio, quàm hunc librum compositum fuisse à Nathane Iusto, Iehielis filio, Abrahami nepote. Hoc enim

editio

editio ea, quæ in folio complicat, diſertè affirmat. Qui habent, ſciunt me verum dicere. Eadem editio nos docet unde domo fuerit. Appellat enim *virum è Roma*, id eſt, Romanum. Quod amplius adſtruit Benjamin Tudelēſis in Itinerario ſuo, cùm ait: *Romæ inveni Iudæos ferè ducentos, inter quos erant doctiſſimi viri: imprimis David magnus, & Iehiel Papæ miniſter juvenis elegans, frequens in domo ipſius, utpote domus & univerſæ rei familiaris præfectus. Eſtque nepos Nathan auctoris libri & commentariorum Aruch.* Vixit autem Benjamin, ut ejus interpres Benedictus Arias teſtatur, anno ab orbe condito 4033.

CAP. III.

Ierichuntis etymon. ejus alia duo nomina nunc primùm eruta ex hiſtoria Gorionidis.

IEricho dicta creditur à ſuavitate odoris qui eſflatur è balſamo, quod in ejus agro provenit. Cap. LI. Gorionis filius non obſcurè hoc indicat, cùm ait, *Profectus eſt ad urbem magnam Iericho, ad locum ubi arbor balſami; unde exit unguentum optimum, à quo urbs illa nomen accepit. Nam vocatur Iericho propter odorem illum.* Hoc intellectu facillimum ſcienti odorem ab Ebræis רֵיחַ dici. Facit huc nomen alterum Ierichuntis, quod eſt עִיר הָרֵיחַ *urbs odorifera.* Nam ita vocabant eam antiqui, ſi non fallit nos is, quem modò nominavi, Gorionides cap. 38. ſcribens in hæc verba, *profecti inde venerunt Ierichuntem ad urbem odoriferam, & caſtrametati ſunt ibi. Vocatur autem civitas illa urbs odorifera, quo-*

niam ibi germinat arbor balsami; unde manat unguentum præstantissimum, quod vocatur unguentum balsaminum. Rursus cap. 52. *profecta illinc Cleopatra, & in Ægyptum contendens, venit in terram Iudæam; ad Vrbem odoriferam, vel, si placet, Selenopolim; ubi arbor unguenti optimi.* Hîc perspicuè *Vrbem odoriferam* vocat, quam Iosephus eandem historiam referens, *Ierichuntem* appellat. Quod autem ait, *vel, si placet, Selenopolim,* iis verbis indicat tertium nomen urbis illius, quod est עִיר הַיֶּרַח id est, *civitas lunæ.* Audiamus caussam hujus appellationis Cap. 38. ait: *Vocatur Iericho Selenopolis,* id est, *civitas lunæ propterea quod luna in coetu ibi terrarum primum conspiciatur. Quapropter testes fideles, qui testificati sunt de aspectu lunæ, Ierichunte prodierunt. Sane testes isti semper veraces fuerunt, cum eos qui aliunde prodierũt, sæpius errasse experientiâ compertum sit.* Hactenus Iosephus ille.

CAP. IV.

Causse allatæ duæ ob quas Samaritæ olim invisi fuerint Iudæis: in eam rem adductus & restitutus locus à Iosepho Gorione patre nato.

Odiũ Samarit.

SAmaritani duabus potissimùm de caussis invisi olim erant Iudæis. Primùm propter defectionem. Secesserant enim à templo Ierosolymitano, extructo alio, novoque ibi cultu instituto, in monte Garizim. Deinde propter hæresin. Nam Saducęi erant. Quod clamat omnis historia Ebraica. Annales templi secundi fol. 26. col. 4. *Et in templo*

ploisto (montis Garizim videlicet) *ſacerdotio functus eſt Manaſſes Ioſue filius, Ioſedeci nepos. Sadoc autem & Baithos erant hæreſiarchæ.* Ioſephus Gorione natus, ſi modò is eſt autor hiſtoriæ Ebraicæ, quæ ſub ipſius nomine hodie circumfertur. *Ad verb. erant capitali & hoc initium hæreſeos.*

הכותים היו באותם הימים אחרי חצדוקים

id eſt, *Chuthæi autem ſequebantur eo tempore Saduceos.* Obiter moneo, in libris editis eſſe הבושי, quę vox Æthiopes ſonat. Sed quis non videt legendũ eſſe הבותי, mihi nullum hac de re dubium eſt. Sic ergo emendabis libros impreſſos. Hinc diſcimus quo tempore cœperit hæreſis Saducæorum, nempe tertia ætate poſt reſtitutam captivitatem, cum Antigonus Socho oriundus Simoni Iuſto ſucceſsiſſet; cujus diſcipuli fuerunt Sadoc & Baithos, de quibus dictum eſt. Hoc amplius firmabis è libro Annalium, quem modò citavi. In eo ſic ſcriptum eſt: *Antigonus vir Sochus accepit à Simeone Iuſto & ſociis ipſius. Hæc ætas eſt tertia. Is dicebat, Nolite eſſe ſicut ſervi, qui domino miniſtrant propter mercedem. Sadoc & Baithos interrogarũt ipſum hac de re. Reſpondit acquieſcendum eſſe non in præmio ſeculi hujus, ſed in præmio ſeculi venturi. Illi non crediderunt verbis ipſius, ſed dixerunt, nunquam quicquam audivimus de ſeculo venturo. erant autem diſcipuli ipſius, & ſegregarũt ſe abeo, jueruntq; ad templum montis Garizim, & fuerunt ibi primates. Porrò duravit hæc domus Chuthæorum & hæreticorum circiter annos ducentos.*

CAP. V.

χάρις pro gaudio.

Χάρις præter notam significationem etiam ἀντὶ τῆς χαρᾶς ponitur, ut ibi, χάριν γὰρ ἔχομεν πολλήν, quod exponunt, *gaudium enim habemus magnũ:* & rectè. Locus iste reperitur in Epistola ad Philemonem. Sic Tob. 7. in editione Romana, ὁ κύριος τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς δώῃ σοι χάριν ἀντὶ τῆς λύπης ταύτης, id est, *det tibi gaudium.* Non me latet in nonnullis editionibus esse χαρὰν: sed puto germanum esse χάριν, & adducor ut credam id mutatum esse in χαρὰν ab iis, qui χάριν ignorabant aliquando ἀντὶ τῆς χαρᾶς usurpari. Nam ut χάριν mutatum sit ex χαρὰν eo in loco non facilè mihi quisquam persuadebit, cùm ne probabilis quidẽ caussa ulla ejus mutationis adferri possit. χάριν pro gaudio sumunt Græca scholia & 2. Corinth. 1. in istis verbis, Ἀλλ' ἐν χάριτι θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ rectè in secus, jam non dijudico, alii id facient. Hesychius, χάρις, δορεὰ, χαρά.

CAP. VI.

Participium κεχαριτωμένη à Luca primùm effictum non esse contra sententiam Caninii.

Angelus Caninius libellum edidit de locis N. T. elegantem sanè & eruditum. In eo libello scriptum inventum est participiũ κεχαριτωμένη effictum esse fabricatumque ab Euangelista Luca cùm nullum exstaret in Græca lingua, quo exprimeretur Syriacum participium רחימתא quod eam significat quę gratiosissima & acceptissima est, *Ea enim,* inquit, *est vis Ebraici & Syriaci sermonis, ut linguæ Græcæ ubertas atq; felicitas inopiam suam agnoscere*

ere & nova fingere nomina cogatur. Quod fecisse ostendimus Lucam in κεχαριτωμένη. Cùm pace autē, cumque venia eorum; si qui sunt, qui Caninii autoritate capiuntur, dictum hoc sit, κεχαριτωμένη non est effictum à Luca primùm. Nam eo participio usus est Iesus nepos is, qui avi librum, quem vulgò Ecclesiasticum nominant, in sermonem Græcum convertit: καὶ ἀμφότερα, inquit, παρὰ ἀνθρώπῳ κεχαριτωμένῳ, id est interprete Camerario, *& ambo sunt tenes hominem gratiosum.* Locus exstat, si quis requiret, Ecclesiasti. 18. 15. Hesychius, χαρίεντα, καλὰ, κεχαριτωμένα.

CAP. VII.

E Rufino vetus mendum sublatum in libris de bella Iudaico.

IN Iosepho Rufini capt. Iud. lib. 1. cap. 1. ita vulgò legitur, etiam in emendatis à Gelenio:

Habitoq; conflictu, milites de superiori civitate, quæ pars sacra dicitur, ad inferiorem compellit.

Quænam hîc *pars sacra*? Emendatio prona, ac certa, *quæ pars acra dicitur*. Acra[a] id est, ἄκρα. Arcem reddit idem Rufinus Antiq. lib. 12. cap. 10. Vsurpat hoc sensu autor libri primi Machabæorum, cap. 1. καὶ ᾠκοδόμησαν τὴν πόλιν Δαβὶδ τείχει μεγάλῳ καὶ ἰσχυρῷ, πύργοις ὀχυροῖς καὶ ἐγένετο αὐτοῖς εἰς ἄκραν. vult dicere, *& fuit eis arx* vel *pro arce*. purus putus Ebraismus. Vsus & interpres Chaldæus 2. Sam. 2. חקרא דציון *arx Sion*; & 24. *Daviderat in arce*. בחקרא ἐν τῇ ἄκρᾳ. Vtrobique est מצודה id est,

munitio in Ebræo. Quam vocem ita reddit interpres ille in Samuelis, cum alias eandem מצדה referat. Notatum hoc ab Elia in lexico Chaldaico, penes quem fides esto.

a Vsus est Rufinus & lib. 7. cap. 16. in his verbis, *Seditiosorum autem alii, qui civitatem desperaverant, muris relictis in Acram recedebant.*

CAP. VIII.

De Nitro. Ieremias explicatus.

IErem. 2. 22. *Si laveris te nitro.* Duo nunc succurrunt mihi testimonia, quæ faciunt ad lucem hujus loci. Vnum est Athanasii: alterum Isidori. Athanasii est in libello de Virginitate: *Quum laveris faciem tuam, non lauabis ambabus manibus, non expoliveris genas vultus tui, neque pharmacis aut Nitro uteris, aut siquid hujusmodi est, quoniam mundana talia faciunt.* Isidori habetur in Originibus lib. 16. cap. 2. *Ex nitro & medicina fiunt, & sordes corporum vestesq; lauantur.* & mox, *Hanc indigenæ servant & ubi opus est pro lavamento utuntur. Vnde Iudæa peccanti dicit propheta, Si laveris te nitro &c. Crepitat autem in aqua quomodo calx viva, & ipsa quidem dissipat; sed aquam lavationi aptam reddit.*

CAP. IX.

Quinam infantibus olim nomina imposuerint.

NOmina antiquitus imponebant infantibus recens natis Parentes, Cognati, Vicini. Parens pater Matth. 1. 21. *& vocabis nomen ejus Iesu.* Mater

Mater Gen. 4. 25. *& vocavit (Heva) nomen ejus Seth*: Iesa. 7. 14. *& vocabis (ô virgo) nomen ejus Emmanuel.* Cognati & vicini Luc. 1. 59. *& vocabant illum nomine patris sui Zachariam.* Vicinæ Ruth. 4. 17. *& nominaverunt eum Obed.*

CAP. X.

HASIL. *Asellus. Attelabus. Asiracus. Locustæ alatæ. Locustæ sine alis.*

INsectum est è genere locustarum, quod חָסִיל vocant. ejus mentio Ioel. 1. 4. & alibi. nomen habere creditur ab excidendo. Nam חסל excidere. Itaque Abenezra interpretatur צורת & Ionathan שמוטא *excisor*. Si divinare licet, conjicio esse asellum Dioscoridis, quem ipse oniscum nominat, A Plinio attelabus dicitur. Dioscoridi etiam asiracus vocatur: forsan origine Ebraica, Hasil, Hasir, Asiracus. Nam ל & ר vicissim permutantur. Sic ex אָלָה *maledictio*, Græci fecerunt ἄρα. Sunt autem Asiraci locustæ sine alis, Syris in cibum olim receptæ. Credibile est Iohannem baptistam iis usum fuisse. Quanquam Euangelista ἀκρίδας nominat. Quod est nomen generis. De his Iulius Scaliger in iis, quæ contra Cardanum scripsit: *Locustæ aliæ volucres sunt. Hæc ova deponunt, ex quibus illæ aliæ, carentes alis, excludantur; quæ reliquias absumant omnes. Hasce idcirco Asellos dictas quidam putant ob pigritiam, si cum alatis comparentur.* Nisi potius ut Aselli nomen sit ab HASIL vocabulo Ebraico: quod mihi non videtur. Nam Latini sic interpre- Exercit. 192.

tati ſunt vocem Græcam ὄνος, quæ aſellum denotat. non deſunt qui eos bruchos eſſe putent Bibliorum. Quos iuuat interpretamentum Græcum חסיל βροῦχος. Sic interpretantur Aquila Pſal. 78. 46. & lxx. 2. Paralip. 6. 28.

CAP. XI.

Sententia quædam præcipiens medicum honorandum eſſe, è Ben Sira producta & duabus rationibus confirmata.

EX Proverbiis Ben Siræ deſcripſimus aliquando & publicavimus cum Alphabeto noſtro hanc ſententiam

אוקיר ראסיא עד דלא תצטרך לה

id eſt, *Honora medicum antequam ejus indigeas.* Eandem poſteà offendimus apud Sirachidem, Græcè quidem ad hunc modum expreſſam, τίμα τὸν ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ: Latinè verò apud vulgatum interpretem ita, *Honora medicum propter neceſſitatem.* Sequitur in eodem Sirachide, καὶ γὰρ αὐτὸν ἔκτισεν ὁ Κύριος· παρὰ γὰρ ὑψίστου ἴασις: *etenim illam creavit Dominus: nam ab altiſſimo eſt omnis medela.* & poſt paullò κύριος ἔκτισεν ἐκ γῆς φάρμακα, καὶ ἀνὴρ φρόνιμος οὐ προσοχθίσει αὐτοῖς: apud noſtrum, *altiſſimus creavit è terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.* En duæ rationes ob quas medicus honorandus ſit. Prior latet in illo, πρὸς τὰς χρείας. Nam eo nobis opus eſt corpore malè affecto. Poſterior eſt, quia ars, quam profitetur, planè divina eſt. Tali encomio eam ornat quoque Iulianus in epiſtolis,

τῷ

τὴν ἰατρικὴν, inquit, ἐπιστήμην σωτηριώδη τοῖς ἀνθρώποις τυγχάνειν, τὸ ἐναργὲς τῆς χρείας μαρτυρεῖ· διὸ καὶ ταύτην ἐξ οὐρανοῦ πεφοιτηκέναι δικαίως φιλοσόφων παῖδες κηρύττουσι. τὸ γὰρ ἀσθενὲς τῆς ἡμετέρας φύσεως καὶ τὰ τῶν ἐπισυμβαινόντων ἀρρωστημάτων ἐπανορθοῦται διὰ ταύτης. Quæ sic versa repperi ab interprete Gallo: *Artem medicam hominibus salutarem esse usus ipse demonstrat. Quare eam è cœlo delapsam non immeritò Philosophi prædicant. Etenim naturæ nostræ infirmitas & valetudinis offensiones, quæ quotidie incidunt, per hanc corriguntur.*

CAP. XII.

De lxx. interpretibus adducti loci duo ex Hiero. & unus è Iosepho, & alter è Gorionide.

DE lxx. interpretibus dubitatum olim fuit, hodieq; adhuc dubitatur, quibusdam quinque tantùm ab eis libros, aliis viginti quatuor trãslatos asserentibus. Hieronymi verba, quæ faciunt pro sententia illa priore, habentur in procemio ejus libri, qui Quæstiones in Genesin inscribitur: *Iosephus* inquit, *ubi* lxx. *interpretum proponit historiam quinque tantũ ab eis libros Mosi translatos refert: quos nos quoq; confitemur plusquam ceteros cum Ebraicis consentire.* Nihil hìc præter verum locutus est Hieronymus. Nam Iosephus Antiq. lib. 12. cap. 2. ubi hanc historiam proponit, tantummodo meminit Legis. Idẽ lib. 1. cap. 1. disertè ait non totam Scripturam, sed legem solam Ptolemæo traditã ab interpretibus, qui ob hoc Alexandriam missi fuerant. Rursum Hieronymus in comment. Ezec. 5.

Quanquam & Aristeus & Iosephus & omnis schola Iudaeorum quinque tantum libros Mosi à LXX. *translatos asserant.* Non dissentit à seipso, sed ab eo dissentit Gorionides cap. 14. affirmans omnes libros Iudæorum ab iis translatos esse; qui etiam cap. 17. Aristeum & Andream cum rege ait locutos in hæc verba: *Si placet regi scribatur Ierosolymam ad summum sacerdotem ut mittat è sapientibus Iudeis Græcè doctis, qui explanent tibi librum legis & reliquos libros prophetarum qui apud eos sunt.* Quod cùm ille ibi scripserit, meritò in dubium vocari possent verba illa, *& omnis schola Iudaorum.* Nam ex illa schola prodiit etiam Gorionides, nisi fallor.

CAP. XIII.

וְלִי *oportet. Munsteri lexicon emendatum.*

ISahacus Gronbeccius Danus homo imprimis eruditus linguarumque præcipuarum callentissimus ac Syriacæ studiosissimus quæsivit aliquando ex me quid וְלִי significaret. Nam interpretem Syrum usurpare pro *decet, oportet.* Munsterum autē in suo Lexico Chaldaico exponere *inconveniens, incompetens.* Ad hanc quæstionem respondi de plano, ut dicitur, dormitasse Munsterum, ut aliâs sæpe, ita nunc quoque cùm talia proderet. Ostendi etiam fontem hujus erroris ex Baal Aruch. In eo libro scriptum est לֹא וְאֵלִי quod Nathan Iustus compositor illius libri exponit interpretans לֹא אָרִיךְ *non decet, non convenit.* Munsterus autem, cùm parum attentè, ut apparet, eum locum legeret

legeret, omisit negationem interpretatusque est וָלֵי, id est, לא הגון *inconveniens*, *incompetens*. Quam interpretationem ita demum in viam reduces לא וָלֵי *idem valet quod* לא הגון *inconveniens* &c. Vel sic וָלֵי *idem valet quod* הגון *conveniens*, *competens*. Reperitur hæc vox cum in Gemara, cap. 1. tractatu de Votis, tum in novo testamẽto Syro, ubi semper cum א scribitur in ultima, ut Rom. 3. וָלֵא *decens*: ut Act. 3. 21. דלה וָלֵא *cui convenit*, *quem oportet*: ut 2. Thessal. 1. 2. איך מא דולא *ut decet*, καθὼς ἄξιόν ἐστιν, *ut dignum*, *ut æquũ est*. Huc refer וליא, τὸ δέον Actor. 1. Iampridem hæc scripseram, cùm amicus meus Franciscus Raphelingius linguæ sanctæ in Batavis professor ordinarius huc misit animadversiones suas in lexicon Chaldaicum Munsteri: in quibus hoc scriptum erat, לא ולא *ab autore Aruch valet inconveniens* לא אריך *non decet*. *Syris* וָלֵי *pro convenit*, *oportet*, *vox est usitatissima*.

CAP. XIV.

De tribus nominum appellationibus.

APpellatio est aut nominis tantùm, aut rei tãtùm, aut nominis & rei simul. nominis tantũ appellatio est ut cùm mater Domini vocata fuit *Maria*. Non enim ex eventu aliquo impositum ei nomen illud; sed ex more & consuetudine Iudæorum, apud quos *Mariæ* nomen vulgatum erat. Rei tantùm appellatio est Ies. 8. 3. חֵשׁ בַּז מַהֵר שָׁלָל id est, interprete Hiero. *Accelera*, *spolia*,

detrahe, festina prædari. Non enim quisquam ita unquam appellatus fuit proprio nomine, ut nec Emmanuel proprium est Christi; sed dictus fuit Emmanuel à re ipsa propter unitam divinam cum humana naturam. Nominis & rei appellatio simul est in nomine *Iesus*, qui sic dictus à servando, quòd populũ suum servarit à morte æterna, quam morte sua abolevit. Proinde quod vulgò dicitur

Conveniunt rebus nomina sæpe suis.

id de hoc nomine dici commodè admodum, imò verissimè potest. Nam & re & nomine *Iesus* fuit, hoc est, Salvator humani generis.

CAP. XV.

Versus è Iobo enarratus.

Iob. 24. 1. מַדּוּעַ מִשַּׁדַּי לֹא נִצְפְּנוּ עִתִּים וְיֹדְעָיו לֹא יֶחֱזוּ יָמָיו: Versũ hũc satis alioqui facilem, difficilem reddit varietas interpretationum. Verterim, *Quare ab omnipotente non sunt abscondita tempora & noscentes ejus non vident dies ejus?* Capio & expono, Quum Deo nihil sit absconditum, nihil ipsum lateat, quæ est caussa cur homines pii & qui rerum divinarũ periti sunt, ipsum non videant & intelligant dies ejus? ac si diceret, cur Deus, cui optimè nota temporum momenta, non fecerit ea nota piis cultoribus suis? Dies omnipotentis vocatur usitato more loquendi, quo omnipotens aliquid facit quod pertineat vel ad pœnam improborum vel ad præmium utilitatemque justorum.

CAP.

CAP. XVI.

Malum pro Satana, ut à ſcriptoribus N. T. *ſic ab Hoſea propheta Bonum pro Deo dictum videri.*

Ὁ πονηρὸς per antonomaſiam appellatur malus ſpiritus, id eſt, diabolus. Hoc ita notum, ut nihil magis. Occurrit autem ea phraſis aliquoties in novo Teſtamento. Neſcio an etiam in veteri. Autor Latinæ vulgariæ non uno modo ſemper reddit. Nam reperio apud illum in declaratione τοῦ πονηροῦ, cùm hoc modo ſumitur, *Malus*, *Malignus & Nequiſſimus*. Malus legitur Matth. 13. 19. *Malignus* 1. Iohan. 2. 13. & 5. 18. *Nequiſſimus* Epheſ. 6. 16. Duo priora uſurpat etiam Tertullianus. In lib. de Patientia. cap. x 1. *certemus igitur, qua à Malo inſliguntur, ſuſtinere.* & mox, *aut Maliinſidiis*: & in oratione legitima, quam dominicã dicimus, *erue nos à Maligno.* Quod Græcè eſt ἀπὸ τοῦ πονηροῦ: & apud noſtrum *à Malo.* Sunt qui illud Hoſeæ *deſeruit Iſrael bonum* eodem tropo de Deo interpretentur, ut ſenſus ſit, deſeruit Deum ſuum, qui bonus eſt, adeoque ipſa bonitas. Qua ergo figura loquendi Satan *Malus* vocatur, eadem Deus è contrario *Bonus* dicitur.

CAP. XVII.

Benedicere pro ſalutare.

BEnedicere in via eſt ſalutare, hoc eſt bona exoptare & ei qui tibi obviam fit, bene precari: cujus precationis formula exſtat Pſal. 129. 8. *neque*

dixerunt pratereuntes, Benedictio Domini super vos. Ita sumitur hoc verbum 2. Reg. 4. 29. *Vade, & si inveneris quempiam, ne benedixeris ei: quod si benedixerit tibi, ne responderis ei.* Tertullianus adversus Marcionē, lib. 1 v. *Ne eum benedixeris, id est, ne salutaveris: & qui te benedixerit, ne responderis ei, id est, ne resalutaveris. Quæ est enim inter vias benedictio, nisi ex occursu mutua salutatio?*

CAP. XVIII.

Vnde Nephilim dicti.

נְפִלִים Ebręi atque eos secuti viri docti παρὰ τὸ נָפַל *cado* deducunt, quod ad eorum aspectum homines caderent. Sed tunc potius מַפִּלִים dicendum fuisset. Alii παρὰ τὸ בָּפַל *deficio*. Nam à pietate defecerāt. Sed alii multi defecerant ea ætate, qui tamen non vocantur propterea Nephilim. Hæc perpendenti, commodius visum est παρὰ τὸ נָפַל *irruo*. Quippe tyrannierant & imbecilliores opprimebant. Hæc sententia confirmari potest autoritate Hieronymi, exponentis *Nephilim ἐπιπίπτοντες*: tum etiam loco illo Davidis, *Irruit validis suis (membris videlicet aut lacertis) in turbam attritorum.* Si modò hoc dicit vir Dei, ac non potius, *cadit validis ipsius (lacertis) turba attritorum.* Quod viro docto Santi Pagnino magis placuisse video.

Obser. adv. lib. 1. cap. 2.

Psal. 10. 10.

CAP. XIX.

Civitas Sancti.

Ieroso-

IEroſolyma non ſolùm *civitas ſancta* vocatur; ſed etiam (neſcio an præter me alius hoc obſervarit) *civitas Sancti*. Tob. 13. 9. in editione Romana Ιερουσαλὴμ πόλις ἁγία. Hiero. in comment. Iſ. 52. *Appellatur civitas Sancti propter notitiam Dei: vel ſancta quia ſola in orbe terrarum acceperat legem*. Sancti, id eſt, Dei, quem קְדוֹשׁ vocant: eſtq; genitivus à recto Sanctus; non à Sanctum, ut aliquando putavi.

CAP. XX.

Illuſtratus locus unus & item alter è libro Proverbiorum.

QVemadmodum ubi legimus, *qui laborant in verbo*; aut cùm dicimus *miniſter verbi*, deeſſe ſcimus Dei: ſic cùm Salomo ait proverb. 13. 13.

Qui contemnit verbum, idem dolorem erit.

deeſſe arbitror *Dei*. planè autem & perfectè id dici exiſtimato, *qui contemnit verbum Dei*. Sic Proverb. 25. 2.

Gloria Dei celare verbum,

integrum eſt, *verbum ſuum*: &

Gloria regum ſcrutari verbum,

plenum, *verbum Dei*. Hoc modo, ſi me audies, illuſtrabis & locum Moſis Deut. 30. 14. *quia prope te eſt verbum nimis in ore tuo & in corde tuo*. Nam per *verbum* intelligit ipſam legem. Quod deinde Apoſtolus ad Euangelium accõmodat Rom. 10. 8. Eſt autẽ *verbum* in hoc ſermone idem quod præceptum. Itaque ſapientiſsimus hominum Salomo,

poſtquam dixiſſet, *qui contemnit verbum, id ei dolori erit*, in antitheſi ſubjicit, *qui veretur præceptum, præmio afficietur*, ſatis clarè indicans inter hæc duo vocabula aut nullum aut exiguum diſcrimen eſſe. Sic alibi, *ſecundum verbum regis*, id eſt, juſsũ, mandatum, præceptum.

CAP. XXI.

Quid שְׁתוּקִי? *Munſteri circa illam vocem lapſus.*

MOnuit me Franciſcus Raphelengius de voce שְׁתוּקִי, quam Munſterus in Lexico ſuo Chaldaico exponit dicens ſignificare eum qui patrem & matrem neſcit. Ceterùm in Aruch locus citatur ex Thalmud, quem Munſterus, ut videtur, non rectè intelſexit. Locus iſte eſt איזהו שתוקי כל שמכיר את אמו ואיבו מכיר את אביו: id eſt, *Quis* SATHVCI? *omnis qui novit matrem ſuam, & non novit patrem ſuum.* Ecce non dicit, *qui neſcit patrem & matrem*: ſed, qui novit quidem matrem ſuam, ſed ignorat patrem ſuum. Quibus verbis ſignificat ſpurium, hoc eſt, incerto patre natum, ſive vulgo conceptum: quem divina monimenta מַמְזֵר nominant. hoc ſignificatu uſurpat hanc vocem autor libri, qui Medras Eſther vocatur, ut notatum in margine mei Lexici.

CAP. XXII.

Sententiam quandam Ben-Siræ Græcè in Eccleſiaſtico exſtare.

IN ſententiis moralibus Ben-Siræ, à Paulo Fagio editis, habetur hæc gnome

אל תתן לבך לראגה כי רבים תרגה תראגה

id est, *Ne dederis cor tuum mœrori: multos enim occidit mœror.*

Eadem Græcè exstat apud Sirachidem, in libro qui vulgò Ecclesiasticus nuncupatur: Λύπην μακρὰν ἀπόστησον ἀπὸ σου· πολλοὺς γὰρ ἀπώλεσε καὶ ἀπίκτεινε ἡ λύπη: id est, *mœrorem a te procul amove: multos enim perdidit & occidit mœror.* Quæ notare visum propter eos, qui Ben-Siram & Syrachidem eundem esse credunt. Aliquantum enim eos juvant. Eccl. 20. 24.

CAP. XXIII.

Ritus serendi hordeum in nuptiis.

HOrdeum citissimè omnium provenit. Quocirca serebatur olim in alveo ante nuptias. Postea quum germinasset, portabatur coram sponso & sponsa, & simul qui hoc faciebat, hæc verba pronuntiabat, Fœtificate & multiplicamini sicut hordeum istud, quod citissimè omnium exit è terra. Notatum hoc in glossa Thalmudica, tractatu de Idololatria fol. 8. pagina 2. בותנין עפר בערבות וזורעים שם שעורים קורם ימי החופה ומביאים לפני החתן והכלה כשהן צומחין ואומרים להם פרו ורבו בשעורים הללו שמיהרין לצאת מכל התבואה .i. verbũ è verbo: *Ponunt terrã in mactris, & serũt ibi hordeum ante dies nuptiarum: deinde portant illud, quum germinaverit, coram sponso & sponsa, & dicunt illis, Fœtificate & multiplicamini, sicut hordeum istud, quod citius, quam ulla alia fruges, provenit.*

CAP. XXIV.

Ritus circumcidendi in nomine columbæ.

IN eodem tractatu fol. 26. pag. 2. proditum est Samaritanos circumcidere infantes suos in nomine columbæ, quam certo ritu colant, inventam olim in monte Garizim. Adscribam ipsamet verba Ebraica כותי מל לשם דמות יונה שמצאו בראש הר גריזים ועובדים לה עבודה : *Samaritanus circumcidit in nomine imaginis, columbam referentis, quam inventam in vertice montis Garizim certo quodã ritu colunt.* & statim post מלין את בניהם לשם יונה *circumcidunt filios suos in nomine columbæ.*

CAP. XXV.

Quid familia Eliæ senserit de ætate mundi.

In libro fidei citatur hoc dictum è tractatu de Sabbatho: item ex Cabbala.

DE mundi ævo sententia domus Elię, quæ nũc trita & pervulgata, his verbis concepta legitur fol. 9. pag. 1. תנא דבי אליהו ששת אלפים שנה הוי העולם שבי אלפים תוהו שבי אלפים תורה שבי אלפים ימות המשיח בעבור עובותיבו שרבו יצאו מהן מה שיצאו מהן:

id est, *Qui ex familia Eliæ tradiderunt mundum duraturum annos 6000. videlicet*

DVO MILLIA INANE
DVO MILLIA LEX
DVO MILLIA MESSIAS

vel, *dies Messiæ. Ceterũ ob iniquitates nostras, quæ plurimæ sunt,* [a] *diminuetur ex illis annis quantũ diminuetur.*

[a] Dubito an hoc potius velint, *excurret ex illis annis, quantum excurret.* In Ebræo est ad verb. *exibunt ex illis quot exibunt ex illis.*

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER DECIMVS QVARTVS.

CAP. I.

De mirabili ſuperſtitione Iudæorum in legendis & ſcribendis Dei nominibus.

HAEC eſt profectò. In legendis & ſcribẽdis nominibus Dei oppidò quam ſuperſtitioſi ſunt. nam cùm numeros omnes per litteras ſignificent, non tamen audent ſcribere quindecim per יה *Ioth, he* : quod ab iis litteris incipiat nomen יהוה, vel quod יה unum ſit ex nominibus divinis. Itaque pro eo ſcribunt טו *Theth, Vau*, hoc eſt novem & ſex, quæ ſimul faciunt quindecim. Similiter ubi occurrit apud prophetam בְּיָהּ *in Domino*, legunt בְּרָה propter eandem cauſſam. Iam verò ſcribunt pronuntiantque אֱלֹהִים vel אֱלֹקִים mutante una littera ab eo quod eſt אֱלֹהֵינוּ. Quid moror lectorem? Tanta eos occupavit ſuperſtitio dicam an væſania? ut diſputent inter ſe an poſſint enuntiari ſyllabæ אר AD, שד SAD & צב SAB, cùm inter nomina Dei obvia ſint אדני Adonai, שדי Saddai, צבאות Sabaoth. Audi & ride. שד SAD & צב SAB, inquiunt, legi enuntia-

riq; possunt. Nam sunt nomina profana. שׂר[a] dæmonem sonat. צַב est genus vehiculi. De אר AD alia ratio est. Nam nihil significat. Ergo R. Elchanam negat id pronuntiari posse. Scriptum inventum hoc in tractatu de cultu extraneo, fol. 18. pagina 1.

a Videntur legisse S A D quod nunc legunt S E D per è longum. Aut habuerunt rationem non vocalium sed consonantium duntaxat.

CAP. II.

Framea quid apud interpretem nostrum significet.

FRameam dicit interpres noster non lanceam, ut quidam putant: sed ensem sive gladium. Itaque Zach. 13. 7. ubi alii ex Ebræo reddunt, *gladie sive ensis evigila*, ipse convertit *framea suscitare.* Sic apud Davidem pro eo quod in aliis *erue à gladio animam meam*, in nostro est, *eripe à framea animã meam.* Ad quem locum Augustinus epist. 120. cap. 16. *Framea*, inquit, *gladius est.* & Arnobius in comment. ad hunc Psalmum: *Frameam humana littera specialiter dicunt lanceam regis* a: *nos autem frameam generaliter gladium in Scripturis sanctis accipimus.* Hîc mihi suggerit memoria quod nõ est omittendum, videlicet Græcos interpretes in dictis locis usos esse vocabulo ῥομφαίας. Lexicon vetus Latino-Græcum *Framea* ῥομφαία. & Græco-Latinum, ῥομφαία, *framea, gladium.* Scribitur & *Phramea*[b], cui principium dare posset Aramæum. Nam פְּרָם PHRAM perimo apud Aramæos.

Psal. 16. 13. Psal. 17. 13.

a Hastam

a Haſtam longiſsimam interpretatur Eucherius, addens nomen iſtud ſua ætate cum re uſitatum fuiſſe. verba quibus hoc dicit hæc ſunt: *Framea, haſta longiſſima ſunt qui iis etiam nunc armorum vice utentes hoc nomen tribuunt. Quidam etiam gladios ita ſignificari putant.*

b Scriptura iſta exſtat Zach. 13. in libris à Plantino cuſis. Manavit autem ab antiqua conſuetudine. Sic olim ſcribebant Phuga pro fuga & Phama pro fama.

CAP. III.

De ſignificatu & etymo vocis infrunitus.

IDem interpres *anima infrunita* cùm ait, intelligit impudentem: quod in Græco eſt ἀναιδῆ. Quomodo Seneca uſurpat in tertio de Beneficiis capite decimoſeptimo, *infrunita & antiquata eſt, quæ neſcit matrimonium vocari unius adulterium.* Locus interpretis habetur Eccleſiaſti. 23. 6. *anima irreuerenti & infrunitæ ne tradas me.* Suſpicari lubet de etymo: *infrunitus* quaſi ſine fronte. Nam per *frontem* pudorem innuebant. Ex quo illud Perſii,

——— *exclamet Melicerta periſſe*
Frontem de rebus.

Atq; hinc *frontem perfricuiſſe* dicitur qui pudorem depoſuit.

CAP. IV.

Quot modis aliquis juſtus dicatur.

QVatuor modis aliquis *juſtus* dicitur. Imputatione, Virtute, Comparatione, Forenſi conſuetudine. Imputatione, ut Habacuc. 2. 4. *Juſtus fide vivet.* Nam hîc juſtus intelligitur, cui

Deus non imputat crimina, quæ commisit. Virtute, ut Psal. 11. 3. *justus quid fecit.* Iustum dicit quem nos virum bonum appellamus. Sic Proverb. 10. 7. *memoria justi*, id est, viri probi ac virtute præditi. Sic passim in eo libro; ubi etiam *justitiæ* nomine virtus afficitur in hac sententia: *Corona decora senectus, in via justitiæ invenietur.* Comparatione vt Habac. 1. 13. *taces devorante impio justiorem se.* Loquitur de Iudæis, qui comparatione facta cum Chaldæis probi ac justi erant. Forensi consuetudine loquendi dicitur *justus*, qui justam in judicio caussam tuetur. Ita capies Amos 2. 6. *& vendunt pro argento justum.* Sic David cùm ait, *judica me Deus secundum justitiam meam*, per *justitiam* nihil aliud significat quàm justitiam caussæ suæ, ac si diceret: judica me Deus secundum justam caussam meam.

CAP. V.

Ecquid angeli olim verè comederint & biberint, an minus.

VEréne comederint olim angeli an secus, meritò ut dubitari posse videatur Ebraicorum doctorũ super hac re dissentientium inter se facit autoritas. Nam eorum alii verè comedisse & bibisse asserunt, alii id constanter negant. Pro quibus facit præter Iosephum[a] autor historiæ Tobię, apud quem angelus cap. 12. vers. 23. πάντας τοὺς ἀνθρώπους inquit, ἀπλανῶς ὑμῶν, καὶ σὺν ἔφαγον, οὐδὲ ἔπιον· ἀλλὰ ὄραμα ὑμεῖς ἐθεωρεῖτε. & apud Hiero. *Videbar quidem vobiscum*

biſcum manducare & bibere: ſed ego cibo inviſibili, & potu, qui ab hominibus non videtur, utor. Hac de re locus eſt inſignis in opere Thalmudico, tractatu qui vocatur Baba Meſsia, cap. 7. fol. 86. pagin. 2. *Ecce Moſes aſcendit in altum, & non comedit: angeli deſcenderunt in hæc inferiora & comederũt. Noli exiſtimare quod revera comederint, ſed viſi ſunt tãquã comedẽtes & bibẽtes.* Hæc ibi. In Gloſſa verò ad illũ locũ ſcriptũ eſt quoſdã affirmare quod revera comederint & biberint. Eſt aũt ſermo de angelis, qui Abrahamo apparuerunt. Quam poſteriorẽ ſententiã cõfirmat R. Nathan in Avoth ita ſcribẽs; *Dæmones tria habẽt communia cum hominibus: quod edant & bibãt: quod Venere utãtur & prolẽ gignãt: quod mortales ſint.*

a Ioſephus Ant. hiſt. l. 1. c. 12. *ac illi viſi ſunt ei comedere.* loquitur ecce de Angelis quos Abrahamus hoſpitio excepit, & dicit *viſi ſunt comedere*, non *comederũt*. Vnde colligimus ipſum in eadem ſententia fuiſſe cum autore Tobiæ.

CAP. VI.

Ambroſii locus quidam à mendo repurgatus.

MEndũ eſt apud Ambroſ. à nemine adhuc, q̃ ſciam, animadverſum, in loco ubi ſic ſcribit: *Vnde hodieq; Agon loco nomen eſt, quòd ibi Samſon glorioſum certamen virtute egregia conſummaverit.* Nam non Agon erat nomen ei loco, ſed Siagon. Siquidem Ebraicè nominatur לֶחִי LECHI. ea vox ſonat malam ſive maxillam, quæ σιαγὼν Græcè. Euſebius de locis Ebraicis: *Lechi, pro quo Aquila & Theodotio interpretantur maxillam*, id eſt, σιαγόνα. Legitur hæc vox in editione vulgata Iud. 15. 14.

καὶ αὐτὸς ἦλθεν ἕως σιαγόνος. Pro quo aliquot ante versibus, nempe vers. 9. ἐν λεχεῖ. *Qui locus est*, inquit Augustinus, *sic appellatus postea ex eo facto quod ibi gessit ipse Samson, quando maxilla Asini pugnans mille prostravit.* Hucusque Augustinus.

In libris locutionum, nisi fallor.

CAP. VII.

Gadaris legendum in Rufino, ubi vulgo Doris: ibidemq; de quinque curiis Iudaeae.

IOsephus in primo captę Iudaeae, cap. 6. *Omnem*, inquit, *Iudaeorum gentē in conventus quinq; divisit uno Ierosolymis, altero Doris.* Verba sunt interpretis Rufini, quae Sigismundus Gelenius ita ut repperit, reliquit, cùm in Graeco non Doris, sed Gadaris legatur. Quam lectionem germanam esse ex Antiquit. lib. 14. cap. 11. perspicuè liquet, ubi non solùm in graeco exemplari legitur ἐν Γαδάροις; sed etiam in eo, quem modò appellavi, Rufino: cujus verba non pigebit adscribere: *Quinque tamen*, inquit, *curias constituens aequalibus turmis gentem divisit: quarum una in Ierosolymis degebat, alia in Gadaris, tertia in Amathunte, quarta verò in Ierichunte, quinta in Sephoris Galilaea: qui regia potestate liberati sub optimatum gubernatione vivebant.* Gorionis filius eadem roborat cap. 40. ita scribens: *Divisit autem Gabinius regnum terrae Israel in partes & decrevit ut Ierosolymis cum imperio esset Hyrcanus: Gadaris autem esset gubernator alius, & alius Hamathi, & alius Sephoris in urbe Galilaea, & Ierichunti alius.* Hactenus Gorionides.

CAP.

CAP. VIII.

Etymon nominis דֶּבֶר *quo peſtem ſignificant.*

PEſtis nomen Ebraicum דֶּבֶר quidam à מִדְבָּר *deſerto*[a], alii ab ordine[b] i. הִדְבִּיר deduxere; cum in mundo eſſet דָּבַר *occido, perdo, extinguo.* 2. Paralip. 22. 9. Verius ergo & commodius deduxeris ab occidendo: niſi mavis à decernendo dici. Nam à Deo decernitur. דָּבַר autem & decernere ſignificat. Addam pro corollario. Peſtis in ſermõe Belgico vocatur **Gods gave** .i. Dei donum. Germani, teſte Mercero,[d] vocare ſolent **das ding.** Sunt etiam qui dictum putent דֶּבֶר quaſi דִּבֵּר quod rẽ quamlibet notat.

a b. Mercerus in commet. Amos. 4. 10. דֶּבֶר *peſtem ſunt qui Ebraicè appellatam putent quòd ordinem ſervet, nulli parcens.* דִּבְרָה *enim eſt ordo,* עַל דִּבְרָתִי מַלְכִּיצֶדֶק *iuxta ordinẽ Melchiſedec. Alii per antiphraſin, quòd res inordinatas corrumpat & omnia perturbet. Alii potius à deſerto, quod civitates hominum vaſtat & deſerta reddat.* c Hîc diſſentio à Grãmaticis qui hanc ſignificationem verbi דָּבַר deducunt à nomine דֶּבֶר *peſtis.* Vide quæ ſcripſimus lib. 7. cap. 25.

d Mercerus in loco ſupra citato: *vel quod Scriptura tam horrendam hanc plagam generali vocabulo appellare voluerit rem, ut etiam Germani ſolent vocare* **das ding.**

CAP. IX.

Notatus Gorionides qui maximum natu filiorum Mattathiæ Simonem eſſe dixerit.

Compoſitor hiſtorię Ebraicę Gorionides cap. 20. de Mattathia Haſamonęo loquens, *Vocavit*, inquit, *Simonem filium ſuum maximum.* Vide-

tur in ea opinione fuisse ut existimarit natu maximum filiorum Mattathię Simonem fuisse. Quod si est, duobus testibus confutari poterit. Vnus est Iosephus, qui de eodem Mattathia scribens, παρελθὼν δὲ, inquit, ἀπὸ τῆς εὐπραγίας εἰς δυναστείαν, καὶ διὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν ἀλλοφύλων ἄρξας τῶν ἐφετέρων ἑκόντων τελευτᾷ, Ἰούδα τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν παίδων καταλιπὼν τὴν ἀρχὴν; id est. *Secundis autem rebus potentiam nactus suisq; volentibus, quod ab alienigenis eos liberasset, imperans moritur, relicto Iudæ principatu, qui filiorum suorum natu maximus erat.* Alter est autor libri, qui vocatur, דברי מלבי ישראל בבית שני *annales vel potius res gestæ regum Israel templi secundi.* In eo libro ita scriptum est: *Habebat Mattathias quinque filios, quorum erat Iudas primogenitus, & ab eo secundus Ionathan, tertius verò Iohannes, et quartus Simon, & quintus Eleazarus.* Quę satis ostendunt maximum natu fuisse non Simonem, ut voluisse videtur Gorionides; sed Iudam, qui patri successit in principatu.

CAP. X.

De libello repudii.

VXorem licebat repudiare ob rem turpem & fœdam. Qua de re lex exstat Deut. 24. 1. Quá legem olim Pharisęi non rectè intellexisse mihi videntur. Nam per eos licebat id facere ob quamvis caussam, dato libello repudii, in quo maritus promittebat vxori, quam dimittebat, nunquam se cum ea congressurum aut consuetudinem habiturum esse. Iosephi verba hac de re clara sunt Orig. lib.

lib. 4. cap. 8. γυναικὸς τῆς συνοικούσης βουλόμενος διαζευχθῆναι καθ' ἃς δηποτοῦν αἰτίας, πολλαὶ δ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις τοιαῦται γίνονται, γράμμασι μὲν περὶ τοῦ μηδέποτε συνελθεῖν ἰσχυριζέσθω. λάβοι δ' ἂν οὕτως ἐξουσίαν συνοικεῖν ἑτέρῳ. πρότερον γὰρ οὐκ ἐφεκτέον. Id est, interprete Gelenio: *Qui a coniuge quacũq; de caussa, ut sæpè hominib. usuvenit, disiũgi postulat, scripto ei securitatem faciat, q eam amplius nolit repetere. sic. n. habebit potestatem alterius coniugis quærendi. alioqui divortium non permittitur.* Hunc libellum scribebat non maritus, sed unus ex iis, qui scriptum publicè faciebant, *hoc est*, scriba quispiam. Qui prius conabatur, quantum in se erat, distractos conjuges in pristinam reducere concordiam. Augustinus cõtra Faustum Manichæum lib. 19. cap. 26. *Apud Ebræos, ut perhibent, scribere literas Ebræas nulli fas erat nisi scribis solis. Ad hos igitur quos oporteret esse prudẽtes legis interpretes, & justos dissidii dissuasores, lex mittere voluit eum, quem jussit libellum repudii dare, si dimisisset uxorem. Nõ enim ei poterat scribi libellus nisi ab ipsis, qui per hanc occasionem & necessitatem venientem quodammodo in manus suas bono consilio regerent, atq; inter ipsum & uxorem pacificè agendo, dilectionem cõcordiamq; suaderent.* Quod si eos reconciliare non poterat, tũc scriptum libellum, quẽ סֵפֶר כְּרִיתֻת[a] καὶ ἀποστάσιον[b] vocant, tradebat in manus mariti an uxoris? hac de re nihil dum mihi cõstat. Sciendum verò divortia, præsertim ea, quæ ob leves caussas fiebant, à sapientioribus Ebręis nunquam probata fuisse. Itaque Ben-Sira, quem putant fuisse nepotem Ieremiæ Prophetæ, cùm interrogatus esset

[a] Moses in loco citato.

[b] Matth. c. 5. ver. 31.

à quodam, qui malam uxorem habebat, an eam dimittere deberet, respondisse fertur, *Os quod cecidit in sorte tua, rode.* vult dicere, vxorem quam nactus es, sive bona sive mala fuerit, retine. Sic enim certè interpretatur is, qui Scholia Ebraica in eum autorem edidit. Porrò formula libelli quæna olim fuerit incertum. nam Moses eam non expressit. Magistri hac ferè utuntur: *Quarta sabbathi (i. hebdomadæ) vigesima mensis Nisan, anno quinquies millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio à creatione mundi, hic & in hac civitate ego R. Iacob sic nominatus, filius R. Isahac, volui ex animo & citra ullam coactionem, dimisi & ejeci hanc, quæ hactenus fuit soror mea, filia R. Abraham: dogi ei facultatem & potestatem ut pro animi sententia eat quo voluerit, ducique possit ab alio quocunque viro, nec eam quisquam prohibeat. In cuius rei testimonium dedi ei libellum repudii & schedam dimissionis, atque signaculum divortii juxta constitutionem Mosis & Israelis.*

In qua formula deesse video & miror securitatem quam maritus faciebat uxori de nō repetendis ejus nuptiis, nam quin in veteri libello expressa fuerit, cùm Iosephus id testatum reliquerit, dubitare nō debemus, nos præsertim, apud quos Iosephi autoritas major est quàm recentium Rabbinorum.

CAP. XI.

Aven & pro Beth-aven poni, & pro On, id est, Heliopolis.

Aven

AVen nomen urbis, cùm his diebus quærerẽ inter nomina sacra, invenire non potui. Sumitur autem pro Bethaven Hos. 10. 8. qui locus alio nomine Bethel vocatur. olim Luza dicebatur. Deinde pro On, quæ & Onium, civitas Aegypti, quam interpretes Heliopolin reddunt. Ita sumitur Ezec. 30. 17. Est etiam ubi appellativè accipitur, ut Amos 5. 5. *Bethel erit* לְאָוֶן id est, *redigetur in nihilum*. Potuisset dicere לְאַיִן quod propriè sonat *in nihilum*. Sed prætulit לְאָוֶן quia Bethel alio nomine Aven vocabatur, ut diximus. Nam quin eo respexerit propheta, nullus dubito. Est autem propriè אָוֶן *vanitas, iniquitas*. Hiero. ferè in idolum transfert. Vnde intelliges quid sit *excelsa idoli*. Nam Aven in Ebræo. id est Bethel.

CAP. XII.

De varijs nominibus Iudaæ.

IVdæa variis nominibus appellatur: inter quæ primùm occurrit illud quod passim obvium, *terra Chanaan*[a]. Vocatur præterea *terra Amorræi*: & *terra filiorum Israel*: & *terra sancta*: & *terra desiderabilis*: & *terra inclyta*: & *terra Dei*: & *requies Domini*. *Terra Chanaan* vocatur κατὰ συνεκδοχὴν, ut *terra Amorræi*, quia Chananæus & Amorræus fuerunt ex primis habitatoribus illius terræ. *Terra promissionis*, quia patribus olim promissa. *Terra sancta*, propter divinum cultum, qui in ea exercebatur. *Terra desiderabilis*, id est, אֶרֶץ חֶמְדָּה quod verbum è verbo sonat *terra desiderii*. *Terra inclyta*, id est, אֶרֶץ

Iosue. 11. 22.

הַגְּבִי quod ita Hieronymus convertit. Alii maluerunt *terra cupita*, alii *terra decora*. Vide quæ scripsimus Observat. lib. 11. cap. 18. *Requies Domini & terra Dei* nominatur propter arcam, quæ Dei nomine interdum venit, & in ea terra requiescebat. Est etiam ubi *terra septem gentium* appelletur. Nec injuria. Nam septem gentes quondam inhabitarunt eam; quas Israëlitæ partim exciderunt, partim expulerunt. Sunt autem earum hæc nomina, Chananæus, Chetthæus, Gergasæus, Amorræus, Pheresæus, Iebusæus, Hevæus. Adhæc vocatur etiam *funiculus Iacobi*, & *terra Israel*. Sed hoc postremum sæpiùs angustè sumitur pro terra decem tribuum, ut Iudea nuncupatur terra tribuum Iuda & Benjamin. Quod ita notum, ut nihil magis.

a *Vel Chananæa.* Iosephus Antiquit. lib. 1. cap. 8. *sedem transtulit in terram tunc Chananæam, nunc verò Iudæam nominatam.*

CAP. XIII.

Quæsitum cur Gaza dicatur civitas Idumæa.

HOc me aliquamdiu exercuit, quærentem cur Gaza sive Aza (hoc modo Stephanus scribit) quæ citra ullam controversiam una est ex quinq; urbibus Palæstinæ, cur, inquam, legatur fuisse civitas Idumææ. Legitur hoc in historia Ebraica, quæ Gorionis filii nomen præfert. Sciendum verò duplicem esse Idumæam. Superior est, in qua Gaza & Ascalon[a]. Inferior, quæ usitatè Idumæa dicitur. Id me docuit clarissimus historiæ scriptor Iosephus, si non est mendū apud priscum ejus interpre-

tem Rufinum, quo in loco ita scribit: *Quumq; misisset sortem, Iudæ quidem tribus sorte cadente, elegit superiorem Idumæam. Quæ in longum quidem extenditur usque ad Ierosolymam, latitudine verò usq; ad paludem Sodomæ constituta est. In hac autem sorte civitates erãt Ascalon & Gaza. Simeoni verò in secunda sorte obvenit Idumæa, quæ circa Ægyptum est & Arabiæ montem.* Quæ cùm his diebus examinarem, deprehendi codices inter se variare. Sanè in Græco non Idumæa scribitur; sed, καὶ μὲν Ἰούδα λαχοῦσα πάσαν αἱρεῖ τὴν καθυπέρθεν Ἰουδαίαν. Vtra verò sit scriptura melior verior sit, alias videbo, cùm plus otii mihi erit.

a Hinc clarebit tibi narratio de Antipatro Herodis magni patre: quem alii Ascalonitam, alii Idumæum fuisse memorãt.

CAP. XIV.

De usu quodam vocabuli nudus.

NVdi vocabulum ita quandoque usurpatur ut significet eum, cui desunt necessaria ad rem de qua agitur. Ergo Amos 2. 16. *nudus fugiet*. i. inermis. Tob. 1. 23. *nudus latuit*. i. bonis & facultatib. exutus. 1. Sam. 19. *prophetavit nudus*. i. sine pallio prophetico. 1. Corinth. 4. 11. *nudi sumus*. i. non ita bene vestiti. Similiter Iacob. 2. 15. *quod si frater aut soror nudi fuerint*. i. malè vestiti. Sic *nudus lugere* dicitur, qui non habet vestem lugubrem, puta saccum aut cilicium aut centonem. Vide Iesa. 20. 2. & Mich. 1. 8.

CAP. XV.

Iuravit per sanctitatem suam. Amos propheta explicatus.

AMos 4. 2. *Iuravit Dominus* DEVS *per sanctitatem suam.* Hunc locum ita explicant, *juravit per cœlum: aut per templum*, perperam. Nam utraque formula damnatur à Christo Matth. 5. puto rectum esse, *juravit per semetipsum.* Nam ita dictum *per sanctitatem suam*, ut alibi *per animam suam*: & in hoc ipso propheta *per excellentiã Iacobi.* Quod de Ierosolyma intelligere pugnat cum doctrina Christi, de qua diximus: qui & hanc formulam damnavit, non facturus id, si prophetarũ, cùm ista scriberent, talis mens fuisset. Quod reliquum est, *sanctitas* DOMINI pro ipso DOMINO ponitur & suprà 2. 7. *ut prophanent nomẽ sanctitatis mea.* i. meum. Quanquam alii explicant, & fortasse melius, nomẽ meum sacrosanctũ. Sic *juravit per sanctitatem suam* per sacrosanctam suam majestatem. Sententia in idem recidit.

CAP. XVI.

Dicite viventi. Vivat rex. Vita carnium.

1. Sam. 25. 6. וְאָמַרְתֶּם כֹּה לְחַי. Hunc locum interpretes è Germania construunt & vertunt. *Ac dicite ipsi, ita agenti.* Sed tum collocanda potius fuissent verba hoc ordine ואמרתם לחי כה *& dicite viventi sic.* Puto rectum esse, *& dicite sic, viventi.* Quod Græcè significantius exprimas, τῷ ζῶντι, id valet, facilè agenti, fortunato. Intelligit enim Nabalem, qui vitam agebat beatam ac facilem in tanta rerum affluentia. Vulgò exponunt, *viventi* .i. diviti. Sed potest esse dives, qui tamen non

non feliciter agat. Vivere autem est felicem esse, ut in illo *Vivat rex*. Quod non insciтè etiam exponas, *bene valeat*. nam *vivere* id quoque significat. Atq; hinc *vita carnium*, pro eo quod nos dicimus, bona valetudo. Salomo ita locutus est in libro sententiarum, *Vita carnium*, inquit, *cor sanum*, quibus verbis significat, si mens sana sit, corpori ex eo melius esse. Sed cur dicit *vita carnium*? Et sciendum carnem pro corpore poni, ut ibi, *etiam caro mea habitabit securè*. Ergo *vita carnium*, id est, corporum. Sunt verò plures corporis partes, ut fortasse ea causa usus sit numero multitudinis. Potest etiam dici quod sit heterosis numeri: qualis in illo καθὼν ἐκ δεξιῶν μου: *sede à dexteris meis*, cùm una duntaxat homini dextera sit.

CAP. XVII.

Pauper sciens ambulare coram viventibus. Salomo explicatus.

EX iis quæ diximus lux dabitur Salomoni in Ecclesiaste, quo in loco sic ait: מה לעני ידע להלוך נגד החיים id est, ut ego quidem nunc interpretor, *Quid pauperi scienti ambulare coram viventibus?* Quid amplius, inquit, pauperi, qui novit cum felicibus versari? Felicium amicitia pauperum conditionem meliorem videtur reddere, cùm revera nihil illis accedat ex ea necessitudine, quod sit magnopere expetendum, aut quod sortem ipsorum meliorem faciat: ac si diceret, Non meliore conditione est pauper si sciat vivere cum

fortunatis istis, quàm si nihil cum illis commercii habeat.

CAP. XVIII.

Locus è prophetia Amos variè expositus.

AMos 3,6. *Si clangitur buccina in civitate, & populus non expavescit?* Ad hunc locum notatu comperior: Buccina utebantur olim qui in specula constituti observabant adventum hostium. Hoc probationis eget. Ionathan supplet *extra tempus suum*, rectè sanè. Nam cùm tempore suo clangitur, nemo expaveſcit: cùm id fit extra tempus, tum pavor occupat populum nescientem causam insoliti clangoris. Sed sciendum usum buccinæ quæ ex cornu recurvo conficiebatur, fuisse etiam belli tempore, cùm hostis adventaret & populus ad arma convocaretur. Hos. 5,8. *Clangite buccina in Gabaa, tubâ in Rama: post te Benjamin.* sub. hostis adest. Cùm hæc scriberem, succurrit mihi alia interpretatio, quam non pigrabor cum studiosis communicare. Verbum רוץ significat interdum properè accurrere. Ne longum faciam, en locum, ubi hoc, quod dixi, significat. Locus est 1. Sam. 16.4. וירחרד זקני העיר לקראתו *& accurrerunt seniores urbis in occursum ejus.* Quid si igitur legamus, *& populus non accurret?* An resonabit buccina, inquit, quin populus properè accurrat? Accurrebat autem populus, buccinâ resonante, vel ad audiendum aliquid, vel ad orandum, vel denique ad agendum sive consultandum de republica.

Cap.

CAP. XIX.

מחספס *non significare pyxidẽ, ut vult Mercerus.*

QVæ hoc capite obſervabo, debeo magna ex parte Franciſco Raphelengio. Is ut libenter ſua cum aliis communicat, ita miſit mihi, non ita dudum, animadverſiones ſuas in Theſaurum Linguæ Sanctæ; ubi diſputat de nota quadam Merceriad participium מחספס. Ait Mercerus: *Rabbini pyxidem* מחספס *arotunditate et orbiculari figura ſolent appellare, ubi ſaccarum & ſimilia condiunt aromatarii.* Hoc in dubiũ ibi vocat Raphelengius: & meritò. Primũ.n. repugnat huic ſignificatiõi forma participii paſsivi. Deinde in Salomõe Ebręo, è quo Mercerus poſt Santem hæc ſumpſiſſe videtur, non מחספס vocatur pyxis, ſed חפיסה. Verba ejus ſunt in comment. Exod. 16.14. מחספס לשון חפיסה דר לסקמה .i. *verbum* מחספס *ſignificationem habet pyxidis & capſulæ.* Hoc vult, à nomine חפיסה pyxidẽ ſignificãte, participiũ eſt מחספס quaſi pyxidatum dicas (liceat mihi ſic loqui cum bona veſtra venia). i. repoſitum in pyxide. De qua Ebræi grammatici ſententia dubitare nos non ſinit autor libri Aruch: è quo iſta verba citantur ab eodem, quem modo nominavi Raphelengio ודומה במי שמיתח בחפיסה *et ſimile eſt ut quod repoſitum in pyxide*. Occurrit hæc vox in Deuteroſi Ebræorum, ubi quidã R. Bar, Hannæ filius interpretatur חמת קטנה lagenam parvam. Quibus addo capſam à Rabbinis קפסא appellari, paululà immutatione. Sed & קפסא variante forma

iiſdem

iisdem dicitur.

CAP. XX.

Intelligens in visionibus Dei. varia lectio notata.

2. Paral. 26. 5. הַמֵּבִין בְּרָאוֹת אֱלֹהִים. Ita legitur hic locus in omnibus libris, quos vidi: estque periphrasis prophetæ, quem & videntem appellabāt. Significat ergo Zachariam, de quo ibi sermo, Dei prophetam fuisse. Sic autem interpretor, *In diebus Zachariæ intelligentis in visionibus Dei*. i. prophetæ. His contenti esse poteramus, nisi diversa lectio notata esset ex codice manuscripto, qui in Bibliotheca Electoris Palatini. Hanc sequentes vertunt, *Intelligentis in rebus pertinentibus ad timorem Dei*, id est בִּירְאוֹת אֱלֹהִים, ac verbum è verbo sonat, *in timoribus Dei*. Dicam liberè quod sentio. Lectio ista non admodum se mihi probat. Primùm enim critici Ebræorum nullam ejus mentionem faciūt. Deinde nomen יִרְאָה caret numero multitudinis. Id ratio ipsa confirmat. Nam singularis Dei timor est, quam pietatem vocamus. Sic dico, non sunt multæ pietates, sed una tantùm. Quocirca nō invenitur id nomen usurpatum pluraliter. Excipio locum hunc, de quo adhuc lis est. Proferam nunc suspicionem meam. Quid enim vetat? Suspicor aliquando scriptum fuisse בִּירְאַת absque Vau. Id legebant בִּירְאַת *in timore*. Primùm Græci, qui vertūt τῷ συνιέντος ἐν φόβῳ κυρίου. Deinde R. Salomo, cujus hęc sunt שהבין ביראת האלהים שטובה היא ונתירא ממנו: *Significat*, inquit, *eum intellexisse timorem*

morem Dei bonum esse: itaque timuit ab eo. Postremò David Kimhi præfatione in Iesaiam locum hunc citat absque Vau, cum ait, בביאים אתרים היו בימיוו כי היה עמוס והיה זכריה המבין בראות אלהים והיה הושע בן באר id est, *prophetæ alii erãt in diebus ipsius (Iesaiæ videlicet). Nam erat Amos, & Zacharias intelligens in timore Dei, & Hoseas filius Beeri.* Idem tamen in comment. non isto modo legit, sed quo libri editi omnes, בִּרְאוֹת *in visionibus.*

CAP. XXI.

Civitas inferior. Civitas superior. ἄκρα. ἀκρόπολις. *Civitas David. Arx Sion.*

IEroſolyma quondam duas partes continebat. Vna nominabatur ἡ κάτω πόλις, *civitas inferior*: altera vocabatur ἡ ἄνω πόλις *civitas superior.* Hæc pars varia nomina sortita est. Nam vocatur ἄκρα. Iosephus cap. Iud. l. 1. c. 1. καὶ ἐκβαλὼν ἀπὸ τῆς ἄνω πόλεως, συνωθεῖ τοὺς στρατιώτας εἰς τὴν κάτω. τοῦτο δὲ τοῦ ἄστεως τὸ μέρος, ἄκρα κέκληται. Moneo quosdam hæc intelligere de parte inferiore. Nos de superiore accipimus. Ad eam interpretationem cogit nos ipsa res, & tollit omnem dubitationem interpres Rufinus. Viderit ergo vir doctus, qui scripsit *Acram partem esse urbis inferiorem, sitam in colle altero humiliore.* Sed ad propositum. Vocatur etiam ἀκρόπολις. 2. Machab. 4. Σώστρατος ὁ τῆς ἀκροπόλεως ἔπαρχος. Et *civitas David.* 1. Machab. 1. καὶ ᾠκοδόμησαν τὴν πόλιν Δαβὶδ τείχει μεγάλῳ καὶ πύργοις ἰσχυροῖς, καὶ ἐγένετο αὐτοῖς εἰς ἄκραν. Hinc disces

diſces cur ἄκρα nominata ſit, nempe quia in modũ arcis munita erat. Ακρα. n. arcem deſignat: חקרא Chaldæi vocant, quod eſt interpretamentum מצורה in libris qui Samuelem autorem præferunt. מצורה autem eſt munitio: diciturque de hac parte civitatis cum alibi, tum 2. Sam. 2. *munitio Sion*, & 24. *David erat in munitione*. Ex his locis. Duo alia nomina erui poſſunt, *munitio ſive arx Sion* & *munitio* ſimpliciter. Eſt ubi reperiatur *Sion* eodẽ ſenſu[a]. Atque hinc *filia Sion*, non civitas inferior, ut quidam putant; ſed ſuperior videlicet eccleſia vel cœtus hominum ibidem degens. Hoc quando ſtrictè ſumitur. Nam latè acceptum uſurpatur pro tota civitate κ) συνεκδοχήν.

a Non prorſus eodem. Nam Sion etiam montem Moria comprehendebat: in quo templum ſitum erat. Quamobrem vocabatur mons DOMINI ſacroſanctus.

CAP. XXII.

Zachariæ duo inter prophetas. Vterque Barachiæ filius dicitur. Antiquioris pater etiam Iojada nominatur. Zachariam, qui ab Eſaia memoratur, non eſſe prophetam illum qui ſub Dario Notho vixit.

INter prophetas duo fuerũt Zachariæ, quorum uterq; patrem habuit nomine Barachiam. Antiquior ex iis memoratur Matt. 23. 35. cujus pater etiã Iojada vocatur 2. Paral. 24. 21. ex quo ſequitur Iojadam δάνυμον fuiſſe. Id doceo amplius ex Euãgelio, quod Matthæi authenticum fuiſſe creditur.

Nam

Nam ubi nos legimus *Zachariæ Barachiæ filii*, in eo scriptum fuit, *Zachariæ Iojadæ filii*. Testis Hieronymus, qui autoritatem non defugiet scio. Quin jam ecce eam præstat, & fidem meam liberat: *In Euangelio*, inquit, *quo utuntur Nazàreni, pro filio Barachiæ, filium Iojadæ reperimus scriptum.* Quid enim jam clarius, quàm Iojadam eundem esse cum Barachia? Nam quin recta sit scriptura Græca non ambiges, cùm scies Barachiæ nomen exstare Iesa. 8.2. Scio de juniore Zacharia, qui sub Dario vixit, locum illum vulgò exponi; sed vanus ego, si non vani, qui sic exponunt. Nam ætas vetustiori convenit, disconvenit recentiori. Vixit enim Zacharias, qui Iojadæ filius paullò ante Iesaiam. Alter multò junior ac posterior fuit, neque tanta ęvi, ut sic dicam, granditas, cadit in hominem illius ætatis. Nam ab eo tempore quo prophetavit Iesaias, usque ad annum secundum Darii Nothi, sub quo vixit Barachiæ filius, Addonis Nepos, anni intercedunt trecenti plus minus. Quanquam fieri potest & verius videtur, ut in hoc Iesaiæ loco, quem adduxi, non Iojadæ filius significetur, sed alius nomine & cognomine eodem, nempe is, cujus mentio 2. Paralip. 26. 5. Quod si conceditur, jam non duo, sed tres fuere ejusdem nominis, qui oēs patrem Barachiam sortiti sunt. Nomen hoc sonat, si fortè id cognoscere aves, *benedixit* DOMINVM ut Iojada DOMINVM *novit*. Quę conjuncta unitaque adeò sunt, ut separari nequeant. Nam benedicit Dominum, qui novit: & contrà qui bene-

dicit, novit eum. Quo minus mirandum, si hæc nomina permutata, hoc est, si unum pro altero positum fuit.

CAP. XXIII.

Vetusta translationis emendatio, & loci cujusdam è codice Ebræo varia lectio.

ZAch. 14. 5. *Et fugietis ad vallem montium eorū.* Verba sunt ex editione vulgata. Cæterùm existimo interpretem scripsisse *montium meorum*. Caussa vitii non est obscura. nam littera M, quæ ultima in nomine *mōtium*, exclusit primam, ut fit, in pronomine *meorum*. Quod factum sæpè in Bibliis Græcis, ut exemplis alibi clarum feci. Nihil dico, si non *meorum* legitur in ipso Hieronymo. Ebræa sunt: וְנַסְתֶּם גֵּיא הָרַי. Quæ sic leguntur in omnibus codicibus impressis. Hanc lectionem interpres expressit referens, *et fugietis*. Sed admonent nos scholia Ebraica de alia lectione, quam Orientalē vocant, propterea quòd Iudæi, qui in oriente degunt, eam sequantur. ea est וְנִסְתַּם, Litteræ non variant, sed puncta. Quę Latinè convertes, *& claudetur vallis*, &c. Nam סתם claudere. Sic Chaldæus. Sed & Græci. Illius est וְיִסְתַּם, horum καὶ φραχθήσεται. Græcorum nomine comprehendo non solùm Lxx. sed Aquilam quoq;, sed Symmachum, sed Theodotionem. Hieronymus hoc me docuit, ita scribens: *Pro eo quod nos diximus fugietis, Lxx. & reliqui Interpretes* ἐμφραχθήσεται, *id est obturabitur, & replebitur trāstulerunt.* Restat ut pro-

probem quæ dicta mihi de lectione Orientalium. Igitur David Cimhi, ad hunc locum annotat, *Pro & fugietis, Ionathan transtulit & concludetur. Videtur legisse* וְנִסְתָּם. *Ad quod exemplum reperitur* נִסְתָּם עֲוֹנֵךְ *signata est iniquitas tua. Partim librorum eam lectionem agnoscunt, ferturq; Orientales ita legere. Si rectè erit sensus: Mons ovarum à diffissione rursus concludetur & obthurabitur, nempe post horam unam pluresve, aut post diem unum atque alterum. Quod pro majore miraculo habebitur. Nam communiter & secundum ordinem naturæ, terra, quæ fissa terræmotu, non coalescit rursum. Simile quid accidit olim in deserto, cùm scissa tellus absorpsisset Core & socios ipsius. Nam eadem statim non sine magno miraculo denuò repleta fuit. Quod significat Moses, cùm ait: Et obtexit eos terra.* Hactenus Rabbi ille.

CAP. XXIV.

Loci duo ex editione Aquilæ conversi.

DVdum admonui locum illum interpretis nostri Ioel. 1, 20.

quasi area sitiens imbrem suspexerunt.

conversum esse ex editione Aquilæ Pontici, In ea enim exstare verbum ἐπραϊώθη, quod à nomine πραϊὰ, aream significante, deductum sit. Nunc cùm in alium inciderim, qui itidem ex eadem editione conversus est, annotandum duxi. Est igitur Hieronymi quidem hic, *Sicut area præparata ad irrigationes aquarum.* Aquilæ verò, ὡς αὐλὼν πεπρασίασαι: quem descripsi ex Fragmentis à me collectis, sed

nondum editis. Vtinam exstarent veterum illorũ interpretum integræ versiones, non dubito quin propemodum omnia Hieronymi ex iis expressa & conversa esse constaret.

CAP. XXV.

Αὐλὼν. אִיל. עֲרוּגָה. *Aquilæ interpretatio confirmata.*

OCcasione superioris sermonis dicam quid & unde fit αὐλὼν: item cur Aquila locum Davidis ita converterit. Αὐλὼν est campus, planicies. Nomen habet ex Ebręo. Nam אלון dicitur in ea lingua. Id antiqui & αἰλὼν sonabãt. Hinc αὐλὼν, cõtrà factum in αἰλὰμ quod nunc scribunt אולם. i. ὀλὰμ sive αὐλὰμ. Nam Ioth & Vau communem familiam habent. His præmissis, videamus nunc, cur Aquila verterit כְּאַיִל ὡς αὐλὼν, & תַּעֲרוּג πεπρασίασται. Suspicor eum legisse כְּאַיִל. id sonat *tanquam campus*. Nam אַיִל campus, planities. Absolutè non legitur, quòd sciam: constructè verò reperitur Gen. 14, 6. אִיל פָּארָן *planities Pharan*. Iam verò πεπρασίασται idem est cum eo quod in Ioële ἐπρασιώθη, verbum, ut dixi, ab area formatum, quæ πρασιά dicitur, & עֲרוּגָה in sermone sacro. Expressit ergo ut solet, etymologiam verbi עָרַג quam putavit esse à nomine עֲרוּגָה, aream significante. Hanc sententiam tuetur inter Ebræos quidam Manahem, citatus à Iario in commentariis ad hunc locum.

Gen. 12. 6.

I. DRV-

I. DRVSII OBSERVATIONVM

LIBER DECIMVS QVINTVS.

CAP. I.

Loci cujusdam interpretatio vetus comprobata testimonio Ebræorum.

NE *esset princeps in sacris Priapi*. Agnoscis, opinor, verba interpretis nostri, per Priapum numen illud designantis quod Ebræi מִפְלֶצֶת vocant. Verba hæc habentur 3. Reg. 15. 13. Paullò post idem numen periphrasticè circumscribit, cùm ait, *& confregit simulachrum turpissimum*. Codex Ebræus auctior hìc est pronomine מִפְלַצְתָּהּ quod referendum ad Maacham, quę mulieribus sacris illis initiatis præerat, ipsaque adeò sacra instituerat. Erat autem simulachrum exprimens id quo viri sumus. Quod significãt doctores per hęc verba: מִפְלֶצֶת *sonat ut si dicas* מִפְלִיא לְיַצְּבוּת *grande ludibrium committens. Porrò fecerat illud (Maacha) specie membri virilis, quotidieq; cum eo cõgrediebatur.* Quæ bona fide trãstuli ex cõmentario Salomonis Iarchi. Sumpta verò sunt ex capite quod incipit, *Omnia simulachra in cultu*: ubi sic legimus, *Quid* מִפְלַצְתָּהּ? *R. Iuda dicit, mirabile ludibrium committẽs. R. verò Ioseph tradidit Maacham hoc simulachrum sibi fecisse forma*

mentulæ, quotidieq; cum eo coivisse. Citat R. Nathan in Lexico Thalmudico; cujus rei judicium mihi fecit amicus meus Franc. Raphelengius.

CAP. II.

E Daniele locus variè expositus. vetus translatio confirmata.

DAn. 1. 10. מן הילדים אשר כגילכם. Hunc locum variè exponunt. Quidam sic, *præadolescentibus qui sunt secundum similitudinem vestram.* vult dicere, quales vos estis, aut vobis similibus. Camii λέξεις, גיל *similitudo.* Alii exponunt אשר כגילכם *qui secundum planetam vestram.* Sensus est, qui sub eadem planeta vobiscum nati sunt. Nathã Iustus בן גילו *filius constellationis ipsius, sub eadem cũ illo planeta natus.* Sic enim interpretor בן מזלו Nam מזל planeta, constellatio. Vetus interpres, *præ cæteris adolescẽtibus coëvis vestris.* Quid vidit, aut quo respexit, cum ita verteret? Raphelengius existimat eum respexisse ad vicinam Arabicam. Siquidem in ea lingua ævum גיל dici. Potest ita esse, tamen prius Græci reddiderãt παρὰ τὰ παιδάρια τὰ συνήλικα ὑμῶν. Credibilius ergo eum Græcos æmulatum fuisse. Græcos autem ita vertisse puto, quod Arabes ætatem גיל nuncuparent. Viderint nunc harum rerum studiosi an בן גילו, obvium in Deuterosi Ebræorum, id sit quod Græci dicunt ὁ συνήλικος αὐτοῦ.

CAP. XI.

Locus

Locus quidam Geneseōs alter lectus à veteribus, quā nunc in omnibus libris editis contineatur.

GEn. 14. 5. *& Zuzim in Ham*, id est בְּהָם. Quomodo legunt omnia exemplaria Ebræa, quæ vidi. Neque Massoritæ nos admonent de alia lectione. Tamen apud nostrum repperi *& Zuzim cum eis*. Quod sic è Græco vertit, si me non fallit augurium, ἅμα αὐτοῖς. Nec est dubium quin interpretes illi legerint בְּהֵם. Quod annotandum duxi propterea quod eadem lectio reperitur in Genesi magno. Liber est ejus nominis, quem vocant Bresith Rabba. Notavit hoc Elias in Lexico Chaldaico, voce זיז. Eandem lectionem secutus est autor translationis Ierosolymitanę, quam Daniel Bombergus excudit, exstatque in altera editione Veneta, in extremo. Consului ergo monitus ab Elia, & offendi ad hunc locum זיוהנביא רי בהון .i. *illustres qui inter eos vel cum eis*. Non ita depono manum de hoc capite. Nam quî possum, nisi prius notavero, quod commemini legere apud Hieronymum? Liber est quem inscripsit Quæstiones Ebraicæ in Genesin. In eo notat interpretes Græcos, qui legerint בהם per He simplex, monetque legendū esse בחם per He duplex, quod vocant H. Heth. Si rectè, mendum est in omnibus libris Ebræis. Quod mihi non videtur, ac magis est ut credam ipsum Hieronymum, ut alibi sæpè, ita hîc quoque dormitasse. In qua sententia me ampliùs confirmat Aquila is, quem Onkelon vocant, qui hunc locum, voce paululum immutata auctaq; בהמהא

id est Behemtha sive Behamtha nominat.

CAP. IV.

Mosi locus de luce bifariam enarratus. φῶς pro victoria. Ritus in canam inferendi vespertina lumina. Lumen Dei de Messia.

GENES. 1. 4. *Et vidit Deus lucem quod esset bona.* Tale est, *Scin me in quibus sim gaudiis?* Grammatici antiptosin vocant. Agnosco etiam trajectionem verborum. Nam esset, *Et vidit Deus, quod lux bona.* Sic locutus est infrà, *Et vidit mulier quod arbor bona esset*, pro, vidit arborem bonam esse. Aliter vertas, *vidit Deus lucem, eo quod bona esset*, ut sensus sit, *vidit*. i. approbavit: *eo quod bona esset*. i. suavis jocunda, utilis. Nam quid jocundius luce? Quocirca per eam læta omnia significantur. Græcum vocabulum est φῶς. id Homerus etiam usurpat pro victoria. Vnde fortè manavit mos ille antiquus, cujus meminit Ammianus Marcellinus, lib. 16. per hæc verba: *malignitate simili quidam agens in rebus in Hispania, ad canam itidem invitatus, cùm inferentes vespertina lumina pueros exclamasse audisset ex usu νίκωμεν, interpretatus delevit nobilem domum.* ita liber quem consului. Conradus Boeckelin nobilis Suevus affirmavit mihi se vidisse codicem in Italia, in quo pro νίκωμεν scriptum esset *vincamus*. Quem ritum ipse judicabat unum optimè congruere cum doctrina pietatis, quæ docet tenebras luce vincendas esse. Ex quo illud, *fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*: &, *abiectis operibus tenebra-*

nebrarum induamus arma lucis. Quin ipſe Meſsias *lumen Dei* vocatur. Qua de re narratio exſtat elegans & pia in antiquis Ebræorum libris, quam non gravabor adſcribere: *Quodam tempore ſynagoga Iſraelitica Deum ſic allocuta eſt, Domine totius mundi, propter legem, quam dediſti mihi, qua fons vitæ eſt, oblectabo me in lumine tuo. Quid eſt in lumine tuo? Lumen iſtud videtur eſſe lumen ipſius Chriſti: de quo* Gen. 1. *vidit Deus lucem bonam eſſe. Docet ipſum reſpexiſſe in ætatem Chriſti, priuſquam mundus conditus eſſet; cui lumen iſtud ætatis ipſius ſub throno ſuo glorioſo repoſuerit. Dixit Satan Deo benedicto, mundipotens Domine lumen iſtud quod ſub glorioſo ſolio tuo reconditur, cujuſnam eſt? cui Dominus, Illius qui te confundet pudore affectum. Tum Satan, oſtende illum mihi. Et Dominus, veni & vide illum. Quo viſo Satan perculſus eſt, & in terram procidens ita fatur, Certè hic eſt Meſsias ille, qui me cum principibus hujus ſeculi proſtratum in Gehennam deturbabit.* Narratio hæc invenitur apud Gerardum Veltuickum Cęſaris quondam ad Turcarum Imperatorem legatũ, in eo libro cui titulum fecit *Itinera deſerti.*

CAP. V.

Amos novè explicatus.

AMos 2. 7. *Qui anhelant ad pulverem terræ in capite tenuium.* Locum hunc quidam, dum vertunt, planè pervertunt. Ceterùm varias interpretationes habet. Mihi præter alios videtur cõmodè explicari poſſe hoc modo: *Qui anhelant*, id

eſt, properant (vt Cohel. t. *ſol ad locum ſuum anhelat*) *ad pulverem terræ in capite tenuium*, i. eò ubi tenues rei ſunt. Vel iſto, *Qui anhelant*. i. avidè appetunt, *ut ſit pulvis terræ in capite tenuium*. i. ut tenues rei fiſtantur, accuſati videlicet à divitibus, à quibus munera donaque accipiunt ad perverten-dum judicium. Hoc ſignificat cùm ait, *& viam manſuetorum declinare faciunt*. Nihil dico, ſi non perſtringit magiſtratus ſui ævi, qui cauſſam tenuiorum divitibus adverſariis vendebant, quæſtum quam uberrimum inde facientes. Porrò rei priſco ritu caput pulvere opplebant. Samæus ſenex apud Gorionidem, c. 44. משפט עליו לעמוד בלבוש שחור ושערותיו מלאות עפרא : *mos rei ut ſtet (coram judicibus) pullis veſtibus indutus, & caput pulvere oppletum habens.*

CAP. VI.

Autorum aliquot teſtimonia de cervis quòd ſerpentibus veſcantur.

CErvos ſerpentibus inimicos eſſe, eoſque devorare extractos è cavernis, ac ſitim, quam ex eo cibo contrahunt, aqua reſtinguere, pridem obſervavi. Poſt in epiſtola quadam ad amicum ſcripta uſus ſum hac ſimilitudine. *Quemadmodum cervus poſt comeſtos ſerpētes aquam deſiderat*, &c. Hanc cervi conſuetudinem miratus non nemo, quia non viderat adhuc Miſcellanea mea, quæſivit unde haberem. Fuerunt etiam qui dicerent ſumpſiſſe me à mendacibus Rabbinis. Sed cur mē-

Miſcel. cent. 1. ca. 2.

daces

daces appellent Rabbinos, neſcio. Non facerent, ſcio, ſi eos legiſſent. Plura illis debemus, nos præſertim qui accuratum iſtud interpretandi genus ſectamur, quàm quiſquam exiſtimet. Sed de his aliàs. Nunc oſtendam præter Rabbinos & Pliniũ, quos ibi laudavi, alios multos autores fide dignos & quos rejicere ut parum idoneos teſtes non poſſumus, idem prodidiſſe. In primis Lucretius autor vetuſtiſsimus de hac cervi natura ita cecinit:

Naribus alipedes ut cervi ſæpe putantur
Ducere de latebris ſerpentia jecla ferarum.

Sed & Ælianus in hiſtoria animalium ejus mentionem facit lib. 2. cap. 9. Tertullianus quoque de Pallio, cap. 3. ita ſcribit: *Taceo cervum, quod & ipſe ætatis ſuæ arbiter, ſerpente paſtus veneno langueſcit in juventutem.* Et Ambroſius Hexaëm. lib. 3. cap. 9. *Denique cervis cibus venenum eſt. Coluber cervum fugit, leonem interficit.* Et Hrabamus de nat. rerum lib. 7. cap. 8. *Cervi ſerpentum inimici cùm ſe gravatos infirmitate perſenſerint, ſpiritu narium eos extrahunt de cavernis, & ſuperata pernicie veneni, eorum pabulo reparantur.* His accedat, ſi placet, Origenes, Homilia ſecunda in Cant. canticorum. Ioſephus Ant. hiſt. lib. 2. ca. 5. Pierius in Hieroglyphicis lib. 7. fol. 52, & lib. 16. fol. 117. col. 2. Mirum verò quid narrat Phyſiologus, pag. 18. *Cervus*, inquit, *poſtquam ſerpentem extraxit, illico ad aquarum fontem decurrit. Quod ſi trium horarum ſpatio aqua ſe explere non poteſt, moritur: ſin autem aquæ potus obtingat, ad annos denno quinquaginta vitam protrahit.* Huc perti-

net etymon cervi Græcum à Grammaticis notatũ ἔλαφος ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν τοὺς ὄφεις, ꝙ serpẽtes ad se trahat.

a Vel *comesos*. Diomedes lib. 1. *Ambigitur apud veteres comesus an comestus & comesturus sit dicendum. Sed Didymus ait de Sallustio, comesta patrimonia. Valgius autem comesa patina. Similiter & Varro, & ita melius adesa & ambesa. Virgilius, ambesas malis absumere mensas.*

CAP. VII.

Interpretis officium. In ore gladii. Chaldæa interpretatio adducta & explicata.

NEc *verbum verbo curabis reddere fidus interpres.* deest aliquid. Plena oratio erit si legas, *ut fidus interpres.* Sic alibi, *nec excitatur classico miles gravi*, vult dicere *ut miles.* Cùm publicam, inquit, materiam privati juris facies, nam curabis verbum è verbo reddere, quod fidus interpres facere solet: cujus officiũ est à verbis, quoad ejus fieri potest, quam minimum recedere. Dico, quoad ejus fieri potest. Nam interdum linguarum proprietas cogit nos inde recedere. Quod exemplis ut probem non est necesse. Pleni enim talium libri sunt. Vnicum tamen nunc notabo. *In ore gladii* vetus & elegans dictio est, sed Ebræis trita, non Chaldæis. Chaldæi enim dicunt לפתגם חרבא quod verbum è verbo sonat *in sermone gladii.* Nos diceremus *gladio.* Nam illud *in sermone* apud nos redundat. *in ore gladii* vulgò exponunt *acie gladii.* Quid *in sermone?* Scire licet *sermonem gladii* sic dici, ut apud autores Latinos, *res voluptatum.* Nam verbum sive sermonem pro re usurpari notum est.

CAP.

CAP. VIII.

Censura in locum quendam Origenis.

SIc est profectò. Desidero majorem diligentiam in veteribus Theologis. Nam ut omittam sacros codices, ipsum Iosephum citant interdum satis negligenter. Vnico exemplo hoc manifestum faciam. Origenes Hom. 2. in Cantica canticorum: *Invenimus autem hujus ipsius regina (loquitur de regina Sabæ vel Austri) etiam Iosephum in historia sua facere mentionem, addētem etiam hoc, quod posteà quàm regressa est, inquit, à Salomone, Cambyses rex moratus ejus sapientiam, quam sine dubio ex Salomonis sapientia susceperat, cognominavit, inquit, nomen ejus Meroen.* Locus iste (incorruptus modò sit) summam arguit illius viri (venia dicto sit) negligentiam. Primùm enim regina Sabæ multis annis præcessit Cambysem. Deinde Meroe, quod sciam, non est nomen reginæ. Quid igitur? Saba Æthiopum regia à Cambyse posteà Meroe appellata fuit. Testes cùm alii, tùm ipse Iosephus antiquit. lib. 2. cap. 5. καὶ τέλος συνελαθόντες εἰς σαβὰ πόλιν βασίλειον ὕστερον δὲ Αἰθιοπίας, ὠνόμασεν Καμβύσης Μερόῃ ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς ἰδίας τοῦτο καλέσας, ἐπολιορκοῦντο: *ad extremum compulsi in Sabam regiam ejus gentis, quam posteà Cambyses de sororis suæ nomine Meroen appellavit, obsidione cincti fuerunt.*

CAP. IX.

Vineæ Engaddi. Palmeta urbis Iericho. Hasasonthamar. Palma Engaddi. Sirachides correctus.

CAnt. 1. 15. *in vineis Engaddi.* Harũ vinearum mentio aliquoties apud Hieronymum, ut in epitaphio Paulæ matris, *contemplata eſt balſami vineas in Engaddi*: & in comment. ſuper Ezecielem, cap. 27. *balſamum, quod naſcitur in vineis Engaddi.* Erat autem Engaddi locus juxta mare mortuum, vicinus urbi Iericho, ubi & palmæ plurimæ atque optimæ. Ioſephus Orig. Iudaic. lib. 15. cap. 5. φέρει δὲ ἡ χώρα τὸ βάλσαμον ὃ τιμιώτατον τῶν ἐκεῖ, καὶ παρὰ μόνοις φύεται τούτοις φοίνικα πολὺν καὶ καλόν. Idem de bello Iudaico lib. 1. cap. 5. ἔνθα τὸ τῶν Ἰουδαίοις πιότατον, φοινικά τε πάμπολυν καὶ βάλσαμον τρέφει. A palmarũ copia locus ille quondam Haſatonthamar nominabatur, quod ſcribunt חֲצָצֹן תָּמָר Gen. 14. 7. id ſonat, interprete Hieronymo, *urbs palmarum*: In libro quæſtionum Ebraicarum, *Haſaſon thamar oppidum eſt quod nunc vocatur En gaddi, balſami & palmarum fertile.* Hinc medicinam facies Sirachidi, ut mox dicam. In libro, qui vulgò Eccleſiaſticus vocatur capite vigeſimo quarto, commate duodecimo, ita vulgò legitur ὡς φοίνιξ ἀνυψώθην ἐν Ἀιγιαλοῖς. Quam ſcripturam corruptam eſſe aio. Primùm ex ipſa re. Nam palmæ littorum nuſquam celebratæ, quod ſciam. Deinde ex aliis libris, qui ἐν γαδοῖς referunt: ex quo fortè vetus interpres *in Cades.* Sed ne hoc quidem mihi probatur. Editio Complutenſis ἐν γαδδί. Corrigo audacter ἐν ἐνγαδδί. Ortus error, ut apparet, ex concurſu duarum ſyllabarum ſimilium; quarum una, ut fit, alteram excluſit. Niſi magis ut legatur ἐν Ἀιν γαδδί: quod

quod ſic ſcribebant ut ἀν-ρώγλ, ἀν-γελλίμ. nihil affirmo, tamen fieri poteſt ut ex eo factum ſit ἀνώγιαλος. Nam imperitia quid non audet?

CAP. X.

Salomes filiæ: item nepotes neptesq; Herodias. Salome altera.

SAlome ſoror Herodis magni filias habuit tres, quarum nomina leguntur apud Gorionidem compoſitorem hiſtoriæ Ebraicæ, cap. 59. Oridara, Mariamne, Beronice ſive Bernice. Bernice ex Ariſtobulo Herodis ejuſdē filio ſuſcepit filios tres, Herodem, Agrippam & Ariſtobulum: & filias duas Herodiadem & Mariamnem. Ex his Herodias in Gorionidis loco citato אירודי vocatur, puto mendum eſſe. Hæc ſuperſtite adhuc Philippo Herodis ex Cleopatra Ieroſolymitana filio, priore marito, nupſit Herodi, qui priùs Antipas ſive Antipater nominabatur, ac frater erat Philippi ex eodem patre. Id cùm reprehenderet Ioānes Baptiſta, miſsi ſunt qui eum decollarent. Hiſtoria exſtat Marc. 6. 17. item Matth. 14. 6. Filia Herodiadis, cujus ibidem mentio, Salome nominabatur, quam è Philippo, & non, vt Ioſephus putat, ex Herode magni Herodis ex Mariamne Simonis Pontificis filia ſuſtulerat. Verba Ioſephi habentur Antiq. lib. 18. cap. 7. Quæ in viam reduces ex Suidæ lexico, ubi ſic ſcribit, Ηρώδης ὁ πρῶτος βασιλεὺς Ἰουδαίων ἔσχε Ηρώδην Φίλιππον, ὃν πρῶτον Ηρώδιας συναφθεῖσα θυγατέρα Σαλώμην ἔσχε, τὴν καὶ

ὀρχησαμένην. Certè aut fallunt nos Euangelistæ, aut Salome filia erat Philippi, non Herodis, cùm uterque frater esset Antipæ ex eodem patre Herode. Non ergo licuit ei per legem eam ducere. De hac re diximus alibi, quæ non opus nunc repetere.

CAP. XI.

De vario tubæ usu apud veteres.

TVbæ apud veteres, quam Hasosra vocabant, varius usus erat. Nam ea & populum convocabant, & bellum denunciabant, & signum dabant quando movenda essent castra. Adhæc utebantur ea in sabbathis, in diebus festis, in neomeniis sive calendis. Ratio convocandi populum hujusmodi erat, Moses duas tubas ex argento fieri curaverat. Earum una cùm sonaret, accurrebat plebs ad concionem, cùm altera perstreperet, conveniebant principes ad consultandum de Repub. Vtraque verò clangente universus populus convocabatur. Notavit hoc ex Mose nobilissimus scriptor Orig. Iudaic. lib. 3. cap. 1. ad quem locum adire potes, si mihi fidem non habes. Iam verò bellum tuba denunciatum fuisse, si non esset maximè, clarum fieret ex his verbis prophetæ Hosææ, *Clangite tuba in Rama: post te Benjamin.* Nam sub. *hostis adest*, aut hujusmodi quid. Frequentiùs id fiebat buccina, quam Sophar indigetant. Itaq; legimus in eodem loco *Clangite buccina in Gabaa*: & Amos. 3. 6. *Si clangetur buccina in urbe, & populus non contremiscet?* Cùm castra moverent, dixi eos

Hos. 5. 8.

eos ſignum dediſſe tuba: & verum eſt. Ioſephus in loco citato: *Quoties verò tabernaculum moveretur, hic modus ſervabatur. Primo ſigno canente qui in orientali parte caſtrorum tendebant, excitabantur: ſecundò verò, qui à tergo tabernaculi tentoria ſua fixerant: deinde tabernaculum diſſolutum medium portabatur inter ſex tribus precedentes & alias ſex pone ſequentes. Levitæ verò tabernaculum circundabant. Ad tertium autem ſignum pars caſtrorum meridionalis movebatur, & ad quartum ſeptentrionalis.* Hauſit hoc ex Moſe, in quo Num. 10. hæc verba leguntur apud ejus interpretem veterem, *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare poſsis multitudinem, quando movenda ſunt caſtra*, & quæ deinceps ſequuntur. Nam locus prolixior eſt, ideo piget integrum deſcribere. De uſu tubarum in ſabbathis & diebus feſtis monuit nos Ioſephus per hæc verba: *His tubis utebantur etiam in ſacrificiis, in quibus victimas cædi mos eſt tam ſabbathis quàm ceteris diebus.* Cui ſuccinit Hieronymus ita ſcribens: *Tuba ex ære efficitur vel argento, eaq; in bellis ac ſolemnitatibus concrepabant.* De Neomeniis aurem vellicat Iſidorus, *Tubæ uſus*, inquit, *non ſolùm in prœliis, ſed etiam in feſtis diebus & in neomeniis: ex quo illud, Canite initio menſis tuba, in die inſigni ſolemnitatis veſtræ.* Significat menſem ſeptimum, cujus dies primus feſtum tubarum dicebatur; de cujus cultu præcipit Deus Levit. 23. Huc facit Philonis illud in decalogo: *Novilunium, in quo tuba canitur.*

CAP. XII.

Cur lingua Ebræa ſancta vocetur.

CVr lingua Ebræa ſancta vocetur, quidam hã cauſſam adferunt, quòd in ejus lectione nihil obſceni contineatur. Nam ſi quæ verba minus honeſta occurrunt, ea per alia verba honeſtiora proferuntur. Quod puncta eis ſubjecta ſatis indicant. Sed hanc ob cauſſam potius diceretur lingua pura aut munda. Abraham Balmeſius ideo ſanctam dici ait, quòd Deum benedictũ, qui Sanctus cognominatur, autorem habeat. Sciendum verò quod nos dicimus *lingua ſancta*, id Ebraice efferri duobus modis. Vno modo effertur לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ quod verbũ è verbo ſonat, *lingua ſanctitatis*: & alio cùm dicimus לְשׁוֹן קֹדֶשׁ id eſt, lingua ſancta ſive ſacra. Sic enim loqui malim, quàm cum Elia לְשׁוֹן הַקָּדוֹשׁ. Quanquam hoc non penitus rejicio. nam fieri poteſt ut nomen שׁוֹן etiam maſculinum ſit: de quo tamen dubito. nec vacat jam inquirere. Quorſum iſta? inquies: nempe ut ſcias linguam ſanctam dici pro *lingua ſanctitatis*. i. לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ. Ergo Elias appellatam itacenſet propterea quòd libri ſacri, hoc eſt lex & prophetæ cum Hagiographis, ea lingua ſcripti ſunt. Videtur hæc ſententia recta eſſe. Nam ſanctum vocant Ebræi, quod divinis uſibus conſecratum eſt. Igitur ut *vaſa ſancta*, & *civitas ſancta* ſic *lingua ſancta* hoc eſt Ebræa. Siquidem ut taceam quod ubique ſingularem ſpirat ſanctitatem

quic

quicquid ad divinum cultum pertinet, hoc ſermone comprehenſum habent.

CAP. XIII.

Quando Vrim & Thummin eſſe deſierint.

VRim & Thummin quando eſſe deſierint fateor me tempus ignorare. Nam autores non eadem omnes prodiderunt. Ioſephus in hiſtoria antiqua lib. 3. cap. 9. ſcribit deſiiſſe annis ducentis antequam hiſtoriam illam commentaretur. Natus eſt autem Ioſephus imperii C. Cæſaris anno primo, qui eſt mundi unus & quater milleſimus, Chriſti verò trigeſimus nonus. Scholia Ebraica tam Davidis Camii, quàm Salomonis Iarii: nec non Elias in eo libro, quem Maſſora vocat, defuiſſe notant * eo tempore, quo Haggæus in Iudæa prophetabat, hoc eſt ſecundo anno Darii Nothi. Quæ ſi vera ſunt, fallit nos profectò & fallitur Ioſephus. Iaddus * pontifex Ebræorum is, qui Alexandrum Macedonem excepit, cùm ab eo rogaretur ut lumẽ iſtud cõſuleret cogniturus ex eo de eventu belli Perſici, reſpondit in hæc verba. *A die quo domus iſta deportata eſt in Babyloniam, abſcondita fuerunt ab ea Vrim & Thummim.* Quæ firmant planè Rabbinorum illorũ ſententiam, quam etiam veriorem eſſe puto.

* Ex traditu Thalmudico, qui Maſſecheth Ioma vocatur.

* Hananel Gorionidi dictus, cap. 5. fol. 17. col. 4.

CAP. XIV.

De שגל *verbo obſcæno.*

שגל verbũ eſt, ut ait Nathan Iuſtus, valde obſcænum. Quapropter, ſcribę ejus lectionem im-

mutarunt. Nam caſtæ aures non ferebant ut legeretur ſecundum litteras. Sanè ubicunq; obviũ eſt, legunt verbo honeſtiore שָׁכַב. id concumbere ſignificat. Reperitur hoc modo lectum in Kal. Deut. 28. 30. & in Niphal Ieſa. 13. 16. Zacha. 14. 2. & in Phual Ierem. 3. 2. Nam quod Maſſoritæ notant inveniri tantùm ter, ſi modo hoc notant, fallunt. Significat autem, ut ex eo, quem modò laudavi, Nathane Iuſto colligere eſt, catullire ſive catellæ in morem laſcivire. Ab eo nomen eſt שִׁגְלָל reginam ſignificans, aut, ut alii volunt pellicem. Quanquam Aquila expoſuit olim συγκοίτην, id eſt, concubinam. Nomen iſtud caſtæ aures non reformidant. Proinde ut ſcribitur, ita legitur, mirum verò id videri poſsit, cùm à verbo obſcæno deductum ſit. Simile quid occurrit in ſermone Belgarum. Nam ſponſæ nomen cùm apud eos honeſtiſsimum ſit, tamen verbum, unde nomẽ illud derivatum, obſcænum adeo eſt, ut nemo, caſtus modò ſit, ore id uſurpare aut pronuntiare audeat.

Nathan in Lexico Thalmudico voce רביון

Brunt.

CAP. XV.

De aliis vocibus obſcænis.

DE verbo שגל qui legatur, & quæ ſignificatio, dixi: nunc operæ mihi eſt ut operam fumam in recenſendis aliis vocibus obſcænis, quæ obviæ ſimiliter in divinis libris. עַפְלִים in iis primum ſe mihi offert: id ſignificat ficos aut mariſcas. Legitur autem per טְחֹרִים 1. Sam. 5. 9. Secundum locum

locum ſibi poſcit שִׁינֵיהֶם quod legunt מֵימֵי רַגְלֵיהֶם, id eſt, *aquã pedum ipſorum*. Quo locutionis genere lotium ſive urinam circumſcribunt. Tertio loco me prenſat חֲרָאֵיהֶם *ſtercora eorum*, quod legitur צֹאָתָם *excrementum eorum*. Porrò ſtercora חֲרָאִים vocantur, quod ex annulo podicis exeant. Nam חֹר propriè foramen. Quartum locum ſibi vendicat מַחֲרָאוֹת lectum מוֹצָאוֹת 2. Reg. 10. 17. Significatio non variat à ſuperiore, niſi quod מַחֲרָאוֹת quidam latrinas interpretentur, cùm מוֹצָאוֹת potiùs excrementa denotet. Hem, pœnè exciderat. 2. Regum. 6. 25. ſcriptum חֲרִיוֹנִים lectum דְּבְיוֹנִים. Vtrumque quidem deſignat ſtercus columbinum; ſed prius vocibus nuptis annumeratur: alterum vel à caſtiſſima virgine proferri ſine rubore audirique poſſet. *Iſa. 36. 12.*

CAP. XVI.

De quinque rebus, deſideratis templi ſecundi tempore.

AVtor Elias, cui neſcio an in eo credendum, poſt editã prophetiam Haggęi, cùm à vulgo legeretur אַבַּר, prophetam eos monuiſſe ut legerent אַבָּנָה, quod ſcripſerat אבנ abſque littera He, quæ addi ſolet vocibus futuri per paragogen. Quo defectu, inquit, innuere voluit, res quinque deſideratas templi ſecundi tempore. Quænam autem illæ ſint, non dicit. Dicam ego, ſi Deus permittet. Tractatus eſt in opere Thalmudico, qui vocatur Maſſecheth Ioma. Ibi ſcri- *Hag. 1. 8.*

ptum lectum quinq; res adfuiſſe templo primo, quæ defuerunt templo ſecundo, videlicet[a], Arcam, Vrim & Thummim, Ignem cœleſtem, Præſentiam divinitatis, quam שכינה vocant, & Spiritum ſanctum. Eadem referuntur in ſcholiis tam Davidis Kimchi, quàm Salomonis Iarchi, ad locũ Haggæi ſuprà citatum. Ceterùm quod de ſpiritu ſancto dicunt, vanũ videtur. Nam nullo unquam tempore Eccleſia eo caruit. Suſpicor ego in mentem eos habuiſſe ſpiritum prophecium, qui deſiit eſſe poſt Malachiam, ut ſuo loco declarabo. Quod ignem ſacrum attinet, Ioſephus Gorione natus ſcribit eum repertum à neſcio quo ſene remanſiſſe ad tempus exilii ſecundi. Arcam verò prophetam Ieremiam occultaſſe in ſpelunca quadam mõtis Nabo. In quo monte olim Moſes Dei poſſeſſionem, hoc eſt terram ſanctam aſpexerat. Quibus cõſentanea ſcribit autor ſecundi Haſſamonæorũ, quos vulgò Machabæos appellant, addens memoratum prophetam juſsiſſe iis, qui deportabantur, ut ignem ſecum ferrent. Ex quo conficitur non defuiſſe ignem illum in exilio Babylonico. An poſteà extinctus ſit, cùm alii affirment, alii negent, judicandum relinquo iis, qui harum rerum majorem intelligentiam habent.

a His addunt quidam Oleum unctionis & Laminam, quę in fronte pontificis, quam ideo frontale vocant. In libro fidei: *Oleum unctionis non erat templi ſecundi tempore, quemadmodum dicunt, Tria deerant templo ſecundo, Lamina frontalis, Vrim & Thummim, Oleum unctionis: eo quòd filii Iſrael ipſi abuſi fuêre templi primi tempore.*

CAP.

CAP. XVII.

Lepus quibus nominibus appelletur. Lagus pater Ptolemæi: Lagoe. cur lxx. leporem δασύποδα reddiderint. Historia Ebraica correcta.

LEporis nomen Ebraicum est אַרְנֶבֶת: Græca sunt λαγωὸς, λαγὸς & λαγὸς: hinc λάγος dictus est pater Ptolemæi ejus, qui Alexandro successit. Hūc secutus est Ptolemæus Philadelphus, qui uxorem habuit Lagoen a nominatam. Sic interpretor אַרְנֶבֶת quia vox fœminina est. Scriptum inventum hoc in historia Ebraica. Etiam illud, lxx. interpretes, cùm ad locū illū perveniſſent, ubi lepus אַרְנֶבֶת .i. λαγὸς vocatur, & inter immunda animalia recēſetur, quod regina eodem modo nominaretur, ne offenderēt eam, non auſos fuiſſe uti nomine vulgato leporis, quod est λαγὸς; ſed pro eo poſuiſſe צְעִירַת רַגְלַיִם. Idſonat, *parvos pedes habens*. Sed puto mendum eſſe, legendumq; שְׂעִירַת רַגְלַיִם unius literæ immutatione. Nihil dico, ſi non leporem Deut. 14. 7. δασύποδα reddūt. Quid δασὺς? Lexica exponunt, *lepus ab hirtis pedibus*. Nam δασὺς hirtus ſive hirſutus, piloſus, hiſpidus, villoſus. Idem שְׂעִיר Ebræis ſignifi cat. Locum illum, de quo dixi, reperies in compendio Ioſephi Gorionis filii: item in libello qui continet res geſtas regum templi ſecundi. Verba hujus libelli hæc ſunt: *Leporem interpretati ſunt* צְעִירַת רַגְלַיִם *eo quod uxor regis Arnabeth .i. Lagoe nominaretur, ne illa ſe ludibrio habitam eſſe à Iudæis putaret.*

a Apud Iosephum Ant. hist. l. 12. c. 2. in epistola Eleazari pontificis ad Ptolemęum regem scripta, nominatur Arsinoe. Alibi reperies, *Arsinoe Lagi.* subintelligitur autem filia an neptis? Si non fallunt nos Onomastica, erat Ptolemęi non solùm conjunx, sed etiam soror. Quæramus aliquid certius.

CAP. XVIII.

Habacuc novè illustratus.

HAbac. 2. 6. *Aggravat super se densum lutum.* Ioseph Kimchi exponit de sepulchro, ac si diceret, reddit sibi terram gravem & onerosam. Apud Romanos olim consuetudinis erat ut imprecantes alicui, ei terram gravem imprecarentur: contrà cui bene precabantur, ei terram levem optabant. Iulianus in epistolis ἐκείνῳ μὲν δὴ (Constantium intelligit) ἐπειδὴ μακαρίτης ἐγένετο, κούφη γῆ, καθάπερ ὁ λόγος. i. *Verùm illi, quandoquidem è vivis jam excessit, terra, ut aiunt, sit levis.*

Videndus Brisso. de for. lat. ling pag. 88.

CAP. XIX.

Quid differant inter se tuba & buccina.

TVbam voco, quam Ebręi הצצרה: buccinam quam iidem שופר appellant. Quæ sic inter se differunt; teste Hieronymo, *Buccina pastoralis est & cornu recurvo efficitur: unde propriè Ebraicè* SOPHAR *& Græcè* κερατινὴ *appellatur. Tuba autem de ære efficitur vel argento, qua in bellis & solemnitatibus concrepabant.* Hæc ille. Quibus non dissentanea scribit Nathan Iustus in eo libro ubi vocum Thalmudicarũ sensa explicavit. Siquidem tubam rectam esse ait, & eam quę buccina vocatur, curvã. Si tamen rectè capio ipsius verba[a]. Nam פסול

Hos. 5. 8.

licet

licet ibi pro curvo poni videatur, tamen eo significatu nondum legere memini. Quærat is cui plus otii est quàm mihi. Interim observo interpretes hæc nomina sæpe confundere. Nam & שופר tubam reddunt, & חצצרה buccinam. Quibus favet Iosephus Orig. Iud. lib. 3. ca. 11. si modò βυκάνη est buccina. Nam Rufinus interpres Iosephi vetus tubam reddit. Sic autem eam describit, εὗρε δὲ καὶ βυκάνης τρόπον ἐξ ἀργυρίου ποιησάμενος· ἔστι δὲ ταύτη· μήκος μὲν ἔχει πηχηαῖον ὀλίγῳ λεῖπον. τενὴ δ' ἔστι σύριγξ αὐλοῦ βραχὺ παχυτέρα, παρέχουσα δὲ εὖρος ἀρκοῦν ἐπὶ τῷ στόματι, πρὸς ὑποδοχὴν πνεύματος, εἰς κώδωνα τοῖς σάλπιγξι παραπλησίως τελοῦν. Ἀσωρὰ καλεῖται κατὰ τὴν ἑβραΐων γλῶσσαν: quæ sic latinè convertit Gelenius: *Invenit & buccinæ speciem ex argento factæ talem. Canna erat tibia paullò crassior, longitudine paullò minus cubitali, cujus os tantum patebat, quantum ad inflandum sufficeret, desinebatq; in extremitatem campanulæ similem, quemadmodum tuba. Asosra vocatur hoc genus apud Ebræos.* Dixi has voces ab interpretibus confundi. Hoc probandum restat. Ergo שופר Amos 3. 6. Hiero. tuba & Hos. 5. 8. l x x. σαλπὶγξ. Similiter Iesa. 58. 1. ubi Aquila & Symmachus κερατινὴ, quã interpres Psalmorum corneam tubam vocat. Iam verò ex nuperis quidam חֲצֹצְרָה perpetuò buccinam interpretantur. Sed hi veteres contra se habent. Nam præter unum Iosephum non legi adhuc qui sic interpretaretur.

a Clarè commentator in tractatu de Tabernaculo, capite לולב הגזול qui locus citatur in lexico Thalmudico, ut

mihi posteà indicavit F. Raphelengius, שנפורא כפוף חצוצרתא פשוט *buccina curva est*, inquit, *tuba recta*.

CAP. XX.

Etymon nominis ארץ *terram significantis.*

ארץ unde dicta sit adhuc in quæstione est, & erit quamdiu hęc lingua erit. Quidam appellatam censent παρὰ τὸ רצה volo, delector: propterea quòd ejus aspectu maximè delectentur terricolæ. Alii deducunt παρὰ τὸ רוץ curro. Suavis iste ingeniorum lusus est. Cur non potiùs statuunt compositum esse ex אי non & רץ curro. Nam terra in perpetuum stat, ut ait Salomo: hoc est, nunquam movetur, ut alii explicant. Sed illi contrà moveri asserunt. Quæ opinio fuit veterum quorundam, ut liquet ex Diogene Laertio. Hodie Copernicus eam renovavit. Quærant alia argumenta. Argumentum ab etymo non est magni momenti. Prætereà non potest esse: רוץ à ארץ. Primùm enim Aleph infrequens est in eo ordine, nec unquam reperitur cum segol, quod sciam. Deinde media Vau vel Ioth non quiescit in segol, nisi admodum rarò. In formis nominum illius ordinis nunquam. Vtinam doctores harum litterarũ meliùs discerent artem grammaticam, nec ita spernerent Ebræos aut antiquos, hoc est eos qui avorũ memoria scripserunt. Qui secuti sunt nimis nimisque multa immutarunt, ne dicam perverterunt. Nunc suppositum ibo alienum laborem mihi, sine dolo malo tamen: quia ista, ut ita dicam

cam, ſuppoſitio, permittente amico noſtro ſit atque adeò volente Raphelengio. Apud Arabas א in hoc nomine pronuntiatur ut ה, uti etiam in ipſo verbo אלה quod puncto ſupraſcripto indicatur. Nam duplex apud eos eſt א. Alterum cum puncto, ſine puncto alterum. Similiter geminum habent ה, & duplex ו, & י quoque: quorum alterum pronuntiant ut gh: & alterum ut Aleph.

CAP. XXI.

Diſputatum contra interpretem Ebraum, de opido Berſabe.

DE Berſabe opido tribus Iuda, & uno è terminis Iſrael, qua Ægyptum attingit, diſcordant interpretes, pleriſque culta ibi idola aſſerentibus, aliis verò negantibus. Qui aſſerunt, numero ſuperant. In his eſt Nicolaus ita ſcribens, *Nolite colere idola quæ coluerunt in Bethel, Galgal & Berſabee.* Et R. David, cujus hæc ſunt, *quia Berſabe limes extremus erat Iſraelitica terræ, quemadmodum dicitur, à Dan uſque ad Berſabe, ideo Pſeudo-prophetæ docebunt populum aduſticare ibi aras diis falſis.* Sed & Hieronymus idem atteſtatur, inquiens, *In Berſabe, ſiquando errabat tribus Iuda, idola adorare conſuevere:* & poſt aliquanto: *De Iſrael longo itinere pergebant ad ultimos terminos Iuda, qui erant in Geraris, & ex Ægyptiæ ſolitudini jungebantur, ut idola colerent.* Negat unus R. Salomo Ebræus. Verba quibus hoc dicit, habentur Amos 5. 5. ad locum *Berſabe ne*

transeatis, *Non dicit*, inquit, *ne eatis, aut ne quaeratis: sed ne transeatis, Discimus ex eo non fuisse ibi culta idola.* Verba clara & perspicua. Propheta, inquit, cùm de Bersabe sermo est, utitur verbo transeundi. Ergo tantùm illac iter fecerunt, cùm Danem & Bethelem tenderent. Sic dico, non morati sunt ibi diu, ac proinde non coluerunt vitulos. Vtrum me animus fallit, an transire hîc sumitur pro simplici ire? Ita sanè sumi videtur Ierem. 2. 10. & alibi. Sic παρελθεῖν in novo fœdere, & *transeo* apud Terentium. Nam quod idem ait, eos qui Bethelem aut Danem proficiscebantur, illac transisse, non mihi persuadet, cùm Dan sita esset in termino Aquilonari, & Bethel in limitibus, qui decem tribus à reliquis duabus separabant. Iam verò quod locum attinet, qui habetur Amos 8. 14*. *Vivat via Bersabe*, eum alii aliter: ego sic exponi commodè posse existimo, *vivat via* religio *Bersabe*. ac si dicerent, bene sit cultui divino, qui exercetur eo loci.

* Rectius *vivit*. Nã est formula jurandi non bene precandi. Dicam de hoc loco aliàs, si Deus permittet.

CAP. XXII.

Erunt in carnem unam. Quid בשר *apud Thalmudistas.*

ERunt in carnem unam cùm ait Moses non id plànè dicit, quod quidam referunt, *erunt una caro*, sed *quasi una caro*. Nam non sunt revera una caro, sed ea conjunctio est inter maritum & uxorẽ ut quasi una caro. i. unum corpus esse videantur. Caro enim hîc pro corpore positum accipies ut

sæpè

sæpè alias. Sunt ergo duo corpora, sed quasi in unum coalita. Vnde matrimonium Thalmudica lingua טַבְּרוּ vocatur, nomine composito ex טַ corpore & רוּ duo. Sic utuntur hac voce Iurisconsulti Ebræi, ut cùm dicunt.

טב למיתב טברו מלמיתב ארמלו

id est, *præstat sedere* TANDV *quàm sedere in viduitate.* TANDV, id est, in conjugio sive in matrimonio, vel potiùs cum marito. Quod ita explicat Rabbenu Hãnanel, Satius est degere cum marito, quantumvis vili & abjecto, quàm viduam vivere. Vsus est Chaldæus paraphrastes.

טברו לבי קבורתא מהתן

bina corpora in sepulchrum descendunt. Vide Methurgeman Eliæ.

CAP. XXIII.

Sirachides Græcus è Latino codice castigatus.

APud Sirachidem cap. 50. vers. 30. legitur in codicibus Græcis, quos vidi, οἱ κατάμενοι ἐν ὄρει Σαμαρείας. Qui sequentia expendet, facilè intelliget aut vitium hîc esse aut tautologiam. In Latina vetere, quam vulgatam dicimus, *qui sedent in monte Seir.* legit haut dubiè οἱ κατοικοῦντες ἐν ὄρει Σαιείρ. Quæ lectio in omnes partes melior est, ut Idumæos innuat, quos Iudæi pessimè oderant. Nec minus sanè, quàm Samaritas: quos aliquanto post significat, cùm ait, καὶ ὁ λαὸς ὁ μωρὸς ὁ κατοικῶν ἐν Σικίμοις. Siquidem, ut Iosephus autor est, Alexandri Macedo-

nis ævo Sicima habitata fuit à Samaritis, quorum etiam metropolis erat, ut idem ait. Vide Orig. Iudaic. lib. 11. cap. 8.

CAP. XXIV.

Isacum nominatum fuisse à risu Abrahæ, & non à risu Saræ, ut vult Iosephus.

QVæri memini unde Isahac appellatus fuerit, utrum videlicet à risu Saræ, an à risu Abrahæ: nam uterque risisse legitur. Iosephus Ant. lib. 1. cap. 9. scribit ita nominatum fuisse à risu Saræ. Verba ejus clara hac de re sunt apud interpretem Gelenium: *Nec ita multo post Abrahamus filium è Sara suscepit, quem Isacũ nominavit. Sic risus Ebræis significatur. Siquidem risus Saræ, dum proles ei jam natu grandi præter exspectationem promittitur, in causa fuit hujus appellationis.* Quæ cùm legerem his diebus, succurrebat locus ille Hiero. è Quæstionibus Ebraicis; ubi hæc sententia falsi damnatur: *Diversa opinio, sed una etymologia, quare appellatus sit Isahac. interpretatur enim Isahac risus. Alii dicunt quod Sara risit, ideo eum risum vocatum esse, quod falsum est. Alii verò quod riserit Abraham, quod & nos probamus. Postquam enim ad risum Abrahæ vocatus est filius ejus Isahac, tum legimus risisse Saram.* Ecce ait prius nomen Isaco impositũ fuisse, quàm Sara riserit. Id verum est. Deus enim statim post risum Abrahæ, sic eum allocutus est: *Sara uxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Isahac.* Vide si vacat, Gen. 17. 17. & 19. Nihil liquidius. Addã tamen

Græca adduximus Animad. l. 1. c. 9.

men rei firmandæ teſtimonium Eucherii. Commentario in Geneſin lib. 2. cap. 26. *Riſus Abrahæ*, inquit, *exultatio eſt gratulantis, non irriſio diffidentis. Verba quoq; ejus illa in animo ſuo, Si mihi centenario naſcetur filius, & ſi Sara nonagenaria pariet, non ſunt dubitantis, ſed admirantis. Ideo pro gaudio ridentis Abrahæ, filius dictus eſt Iſaac, id eſt, riſus.* Et in libello ubi nomina Ebraica interpretatur: *Iſaac, riſus, non tamen, ut quidam putant, ideo ſic appellatus eſt quia Sara riſerit: ſed quod Abraham, qui tunc utiq; prior riſiſſe indicatur.* Hæc Eucherius.

CAP. XXV.

De una Berſabe contra ſententiam Nicolai.

BErſabee, licet ſorte obtigiſſet Simeone natis, tamen opidum perhibetur tribus Iudæ. Nam tribus olim inter ſe permixtæ erant, præſertim Simeonis & Iudæ. Vide ſis Ioſ. 19. 1. Ideo ſanè legitur 1. Reg. 19. 3, *Berſabe Iudæ*, ſive, *quæ eſt Iudæ*, nempe quod accidiſſet inter poſſeſsionem filiorum Iudæ. Quo fit ut halucinari credam Nicolaũ ſcribentem duo eſſe opida ejus nominis: unum in tribu Iudæ, & alibi alterum. Scribit hoc in commentariis ſuper prophetam Amos capite 8. ad locum, *vivit via Berſabe.* Verba hæc ſunt: *Sciendum*, inquit, *quod iſta Berſabee eſt alia ab illa quæ eſt in termino auſtrali terræ promiſsionis, quæ eſt in tribu Iuda; de qua dicitur* 3. Reg. 19. *quod Elias venit in Berſabee Iuda, ad differentiam iſtius, quæ non eſt in Iudæa.* Hæc Nicolaus: ſed non perſuadet.

Primùm propter ea quæ jam dicta ſunt. Deinde quia nuſquam mentio alterius Berſabe. Poſtremò additum videtur nomen *Iuda* non diſcriminis, ſed declarationis cauſſa, quaſi diceret, venit Berſabeam, quæ ſub ditione ac imperio regum Iudæ. Nam cùm Achabum fugeret, ſignificat ipſum egreſſum fines terræ Iſrael, hoc eſt, regni decem tribuum: cui Achabus ille cum ſummo imperio præerat. Hujus ſententiæ meæ approbatorem habeo Iohannem Mercerum, cujus viri judicium ſemper feci plurimi: qui unus inter eos, qui hæc ſtudia tractarunt, & litteras ſacras explicarunt, tantum eminet, quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

I. DRVSII OBSERVATIONVM LIBER DECIMVS SEXTVS.

CAP. I.

Cum baculo meo. Moſes explicatus.

GEn. 32. 10. *cum baculo meo tranſivi Iordanem.* Explicant[a], ſolus tranſivi Iordanem, hoc eſt, ſine comitatu. Non culpo: tamen exiſtimo Iacobum, cùm Iordanē trajiceret in Meſopotamiam proficiſcens, baculum habuiſſe. Sic dico, geſtabat baculum vel ut paſtor, vel ut viator. Si ut paſtor, erit ſenſus, Cùm Iordanem fluvium tranſirem, nihil præter pedum paſtorale habebam, quaſi diceret, nullas pecudes antè me agebam. Si ut viator, ſignificat ſe planè inopem tum fuiſſe, utpote qui cum ſolo baculo inceſſerit, nec comitatum ullum aut jumentorum, aut liberorum, aut denique famulorum habuerit. Medici docent evitari fatigationem, ſi quis cum baculo incedat. Nam per declivem locum præmiſſus, corpus, quod præceps quaſi ruere videtur, ceu conto cuidam innixum retinet. Rurſus quum aſcendendum eſt, ipſi innitentes baculo faciliùs in acclivia corpus promovemus. Vide ſis Paulum Æginetam lib. 1. cap. 55. Sunt è gram-

Bacchius.

maticis quì βάδον dictam inde putant, nempe παρὰ τὸ ῥᾳδίως βαδίζειν, eo quod faciat viatorem facilè incedere, iter levius ei reddens.

a In quicis Iosephus Ant. histo. lib. 2. cap. 4. ubi Deus ad Iacobum, *Cùm solus*, inquit, *ad Mesopotamiam profectus esses.* Sed & paraphrastes Chaldæus vertit, יחידאי quod solũ denotat; non inopem, ut quidam volunt.

CAP. II.

Explicatum quid sit in editione Onkeli, capite retecto.

Illi autem Israël egressi sunt capite retecto. Verba sunt interpretis Chaldæi quibus elucidat id quod in Ebræo *manu elatâ*, Exod. 14. 4. Valent autem proverbiali quodam dicendi genere palam & sine metu. Nam qui clam alios discedere vult, aut sibi metuit, caput velare solet, ne agnitus deprehendatur. Hoc modo explicat Elias præfatione in lexicon Chaldaicum, quod Methurgeman appellat, aitque Chaldæos ita loqui consuevisse, quoties aliquid propalam faciunt, nihil sibi metuentes. Sciendum verò capite tecto significari non tam metum, quàm pudorem. Erat & signum subjectionis. Egressi ergo sunt *capite retecto*, hoc est confidenter, utpote nullius facinoris sibi conscii: quietiam jugum AEgyptiorum jam tum à se depulerant.

CAP. III.

De vario significatu verbi cado.

Cadere

CAdere prætet notam significationem est castra ponere. Iud. 7. 12. *ceciderunt in valle.* Et deficere. Ierem. 37. 13. *ad Chaldæos tu cadis.* Et irruere. Psal. 11. 10. *cadit validis suis in turbam attritorum.* Et in calamitates incidere. Amos 5. 2. *cecidit, non addet amplius surgere, virgo Israel.* Et peccare. Proverb. 24. 16. *Sexties cadit justus & surgit.* Huc referri posset, *Qui stat, videat ne cadat.* Significat etiam inferiorem esse. Iob. 12. 3. *Nam cado ego à vobis.* Et abjectum. Nehem. 6. 17. *ceciderunt admodũ in oculis suis.* Hujus loci est Esth. 6. 3. *cadẽdo cades ante eum*, q. d. inferior eo evades. Et cadere in prælio. Psal. 91. 7. *cadent à latere tuo mille.* Et mori simpliciter, ut ibi, *cecidit ante omnes fratres suos:* quod interpretantur *mortuus fuit.* Rectè an secus, videro. Cadere etiam id dicitur quod irritum fit nec effectum fortitur. 1. Reg. 8. 56. *Ne unum quidem verbum* *cecidit *ex omnibus bonis quæ locutus est Dominus per Mosem servum suum.*

* vel ne una quidem res.

CAP. IV.

Antipatri uxorem Cyprin alibi, & alibi Cypron dici.

IDumæis amicus erat, *de quibus & uxorem nobilissimam nomine Cyprin sibi conjunxit.* Verba sunt Flavii Iosephi Orig. lib. 14. cap. 13. ex interpretatione Ruffini, quę sic leguntur in Græco exẽplari: παρ' ὧν ἄγεται γυναῖκα τῶν ἐπιστήμων, κύπρον ὄνομα. Ecce Cypron vocat, quam Ruffinus Cyprin. Vtrà verò lectio melior sit, difficile est statuere, cùm in hi-

ſtoria Ebraica, quæ Gorionis filio adſcribitur קפרון legatur: ubi tamen mendum eſſe puto, reſcribendumque קפרון Capron ſive Cipron, vel, ſi placet, Cypron. Sed hoc poſtremum potiùs קמרון ſcriberetur. Vt ut ſit, κύπρος legitur etiam in codice Græco apud Ioſephum de bello Iudaico lib. 1. cap. 6. circa finem.

CAP. V.

Virgo Iſrael.

VIrgo *Iſrael* cùm dixerunt prophetæ, non reſpexerunt ad cultum unius Dei, ut quidam putant: ſed virgo erat Iſrael antè captivitatem; poſt eſſe deſiit, cùm jam exterorum jugum ſubiiſſet. Hic mos loquendi manavit ad Belgas meos, qui *virginem* appellant eam civitatem, quæ in poteſtatem hoſtium nondum venit, nec adhuc vi expugnata fuit. Dixi prophetas, cùm ita loquerentur, non in mente habuiſſe cultum unius Dei. Hoc ita eſſe probo duabus rationibus. Vna eſt quia Dei reſpectu Iſraelem potius uxorem appellant, ut, cùm ab eo deſciverunt ad alios Deos, meretricem. Hoc ita notum ut nihil magis. Altera eſt, quia ſic vocat Iſraelem etiam cùm Deos falſos coleret, ut Amos 5. 2. *Cecidit, non addet ſurgere virgo Iſrael.* Similiter Ierem. 18. 13. *a rem valde turpem ac fœdam fecit virgo Iſrael.* Eſt ubi occurrat, *virgo filia Ieruſalem*: in quo videtur, eſſe pleonaſmus. Sed nō eſt. Nam *filia Ieruſalem* eſt ipſa Eccleſia Ieroſolymitana, quam virginem dicit, quia nondum deporta-

portata erat in Babyloniam. Aliter accipio virginis vocabulum 2. Corinth. 11. Nam ibi per virgines intelligit apostolus omnes eos, qui incorrupta doctrina & morum integritate præstant, animosque gerunt sincera fide præditos.

a Hic locus me dubium facit. Nam Ieremias prophetavit post deportatum Israelem. i. decem tribus. Quin eo laborat oredam idem esse *virgo Israel*, & *filia Israel*; quod exponunt *Ecclesia Israel*. Cui sententiæ firmãdę Ionathã est, referẽs Amos 5. 2. בתולת ישראל *Synagoga Israel*: sive, ut alia exemplaria habent, בתולת ישראל *filia Israel*. Quod autem alibi legitur, *virgo filia Ierusalem*, dictum accipies ἐν παραλλήλῳ. Qualia sunt *lavum cœni: terra pulveris*: & quæ præterea à grammatici annotarunt.

CAP. VI.

Non amplius, non addet amplius. Vtrunq; de tempore finito, sed longo: prius etiam de brevi tempore dici.

NOn *amplius* & pro nunquam accipitur, & pro longo tempore. Interdum etiam usurpatur[a] de brevi tempore, ut Gen. 32. 28. *non dicetur nomen tuum amplius Iacob.* Siquidem statim post ita nominatur. *Non addet amplius* an de spatio exiguo dicatur, nescio. Longum tempus significat 2. Reg. 6. 23. *non addent amplius turmæ Syrorum venire in terram Israel.* Nam non hoc dicit, nunquã amplius venient; sed longo tempore non venient. Scriptum enim ecce 2. Reg. 24. 7. *postea congregavit Ben-hadad rex Syriæ omnem exercitum suum* &c. Sic accipies 1. Sam. 7. *non addent amplius Philistæi*

venire in terminum Israel: & Ierem. 37. 5. *non addidit amplius rex Ægypti egredi è terra sua*. Hanc aliubi habetur, *& exercitus Pharaonis egressus est ex Ægypto*. Huc referunt locum qui est Amos 5. 2. *cecidit, non addet surgere virgo Israel*: sed Iudæi, quibus persuasum Israelitas aliquando in patriam terram redituros, nempe cùm [illegible] ipsorum advenerit, hoc est ad calendas Græcas. O cæcas hominum mentes, ó pectora cæca. At prophetæ hoc prædixerunt. Quasi verò non multa prædixerint, quæ secundum spiritum, & non secundum historiam accipienda sunt. Fatemur ergo Israelem restituti iri suo tempore, atque adeò jam restitutum esse: sed alio modo, quàm Iudæi somniant, hoc est spiritualiter, non carnaliter, ut loquuntur.

a. Hoc accommodant illud Iesa. 2. *non elevabit gens contra gentem gladium, neq; discent amplius bellum*. Quod Iudæi nobis hodie obiiciunt, cum de Messia sermo est. Sed respondemus Christum natum fuisse sub principatu Augusti: quo tempore pax erat per universum orbem Romanum: pax, inquam, erat aliquantò spatiò, & hoc fatis est, cum particula *amplius* non semper perpetuitatem denotet.

CAP. VII.

De vocabulis quibusdam contrariam significationem habentibus.

VErba quædam sunt apud Ebræos, quæ res contrarias significant: idque vel in una eademque conjugatione, vel in duabus. In una ut בָּרַךְ benedixit & maledixit: קָלַס laudavit & vituperavit. In duabus ut אָבָה appetivit, אָבָה aver-

aversatus est. שֹׁרֶשׁ eradicavit, id est, radicem extraxit: הִשְׁרִישׁ radicavit, id est, radicem egit.

CAP. VIII.

De ellipsi nominis adiectivi.

SVbstantivum quandoque ita ponitur ut commodum subintelligatur adjectivum, ut Esa. 1. 18. *sicut lana erunt.* subintelligitur enim lana alba, ita postulante sententia. Alioqui cùm lana etiam nigra sit, quare diceret *sicut lana erunt*, cùm significare velit candida & alba. Sic 1. Reg. 22. 10. *sedebant, super solium suum induti vestibus.* sensus poscit ut subaudiamus *pretiosis* aut *regiis*. Similiter Amos 6. 4. *comedentes agnos è grege*, R. David exponit, *agnos pingues*. Hujus loci est apud Salomonem, *Qui invenit uxorem, invenit bonum.* Nam intelligitur, *uxorem bonam.*

CAP. IX.

Deos gentium non esse deos revera, immò ne esse quidem: ibidemq; de etymo nominis Elohim, quo idola significant.

DEos gentium nomine tenus duntaxat esse quod audiunt, cùm unus tantùm verus Deus sit, testis est Clemens Alexandrinus in Protrepta scribens. τοὺς οὖν ὄντας ὡς οὐκ ὄντας νομίζοντες, καὶ θεοὺς τούτους ὀνομάζοντες τοὺς οὐκ ὄντως ὄντας, μᾶλλον δὲ οὐδ' ὄντας, ἀλλὰ μόνον τῷ ὀνόματι τετυχηκότας, i. eos qui non sunt eo loco habent ac si essent, & deos vocant qui verè non sunt, vel magis qui non sunt omnino: sed tantùm nomen

obtinent. Quæ optimè congruunt cum ritualibus libris Ebræorũ; in quib. idola vocantur אֱלִילִים ELILIM, nomine compoſito, ut volunt, ex אַל negandi particula, & אֱלֹהִים dii. Nam revera unus tantùm eſt Deus: ceteri, licet nomen cùm vero Deo commune habeant, tamen dii non ſunt, ac ne ſunt quidem. Idolum enim, ut ait Apoſtolus, nihil eſt. Quocirca Iuſtinus ſcriptor antiquus, nec non theologus doctiſsimus deaſtros vocat τὰς μὴ ὄντας: & Ionas prophetes eoſdem haud obſcurè innuit, cùm ait, *Qui obſervant vaniſsimas vanitates, benignitatem ſuam deſerunt.* Nam quid vanius, quàm Deos eſſe putare, qui ne ſunt quidem in rerum natura?

a Interpretantur vulgo *Dei nihili.* dubito an benè. Nam hominem nihili dicimus, qui tamen homo ſit. Elilim autẽ magis ſonat eos, qui dii non ſunt, hoc eſt τὰς μὴ ὄντας θεούς.

CAP. X.

Cur Deus appelletur Qui eſt?

QVemadmodum Dii falſi non eſſe dicuntur, ſic contrà de Deo vero legimus, *Ego ſum qui ſum. Sic dices filiis Iſrael, Qui eſt miſit me ad vos.* Quę verba ſunt Dei ad Moſem, quibus naturã ſibi peculiarẽ ac propriã explicat. Nã ei ſoli cõvenit illud *qui eſt.* Excludit aũt nõ Deos falſos tantũ, ut quidam volunt: ſed omnes res creatas. Quocirca & Iova vocatur nomine à verbo הָיָה deducto .i. fuit. A quo & אהיה Eheje .i. ero, & ſum. Plato expreſsit cùm ipſum appellaret τὸ ὄν vel αὐτὸ τὸ ὄν.

Plu-

Plures autem caussæ sunt cur Deus ita nominetur. Primùm enim esse dicitur propriè quod per se subsistit. Id soli Deo competit. Reliqua enim id quod sunt, in ipso & per ipsum sunt. Deinde id solum est quod æternum est. Solus autem Deus æternus est. Solus ergo Deus est. Postremò esse tribuitur propriè ei, quod nulli mutationi subjacet. Hoc sensu etiam Deus solus est. Ideò ait apud prophetam, *Ego Deus non mutor*. Sanè creata omnia hujusmodi sunt ut mutationem recipiãt. Ideo verè non sunt. Augustinus hoc vidit, cùm ita scriberet: *Omnia quæ mutantur, desinunt esse quod erant, & incipiunt esse quod non erant. Esse verum, esse sincerum, esse germanum non habet, nisi qui non mutatur: ille habet esse, cui dicitur, mutabis ea & mutabuntur: tu autem idem ipse es. Quid est, ego sum qui sum, nisi æternus sum?* Rursum Augustinus: *Ego sum qui sum. Sic dices filiis Israel, Qui est misit me ad vos: tanquam in ejus cõparatione, qui verè est, quia incommutabilis est, ea quæ mutabilia facta sunt, non sint.* Excludit ergo hæc appellatio, ut diximus, non solùm idola, sed creaturas omnes, ad quarum cõparationẽ Deus verè ac solus est, cùm sit ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος. Ne longum faciam, vide sis dictum Augustinum de civit. Dei lib. 8. cap. 11. & de Trinitate lib. 5. cap. 2. item lib. 15. cap. 23. & de Genesi ad litteram lib. 5. ca. 16. Huc etiam facit definitio Dei apud Iustinum in dialogo cum Tryphone habito:

Θεὸν δὲ σὺ τί καλεῖς; ἔφη, Τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἀεὶ ἔχον, καὶ τοῦ εἶναι πᾶσι τοῖς ἀλλοῖς αἴτιον τοῦτο δὲ ἐστιν ὁ Θεός.

CAP. XI.

De usu & constructione verbi עבר, *id est, transeo.*

VErbum *transeo*, inquit Hieronymus, *maximè quando de Deo dicitur semper plagas & adversa significat.* Hoc verum est, si cum Beth construatur, ut Amos 5. 17. כי אעבור בקרבך *quia transibo per medium tui.* Subintelligitur autem puniendi animo, ut Exod. 12. *transibo per terram Ægygti.* Sic alibi, *non transibunt per eum amplius*, nempe lædendi animo. Quod si idem verbum cum ל construatur, in bonam partem sumitur pro dissimulare, non punire[a], ut Amos 7. 8. לא אוסיף עוד עבור לו, *non addam amplius transire ei*, vult dicere transire super scelera ejus, hoc est, connivere ad ea. Sic locutus est Michas in fine prophetiæ suæ: *Quis similis tui Domine remittēs iniquitatem & transiens super scelus?* & Salomo Prov. 19. 11. *Eiq; decori est transire super scelus*, sive quod idem, *præterire scelus.*

a Vulgò exponunt, condonare, remittere. Sed aliud condonare, aliud transire. Nam qui transit aut præterit, non quidem punit, sed tamen idem non semper condonat. Præterire autem scelus dicitur qui illud non punit, sive condonet sive non, nihil refert. Adhæc condonare סלח dicitur, aut נשא: quorum, quod postremo loco posui, nusquam non obvium est.

CAP. XII.

Nomen servi Christo competere multis de causis.

NOmen servi veriti olim sunt religionis nostræ antistites Christo tribuere. Sed non veretur

veretur propheta Ieſaias, cùm Deum ita loquentem facit, *Ecce ſervus meus quem ſuſtento.* Plures autem cauſſę ſunt cur ſic appellari poſsit Chriſtus. Primò enim ſervire eſt colere: unde *ſervus Dei* vocatur, qui piè ac religiosè ipſum colit. Secundò filius patri etiam ſervire dicitur Malach. 3. 17. Tertiò munus & officium declarat, idem videlicet quod עבד, id eſt, miniſter. Quo fit ut *ſervi Dei* vocentur, qui munus aliquod publicum adminiſtrant, cujuſmodi ſunt reges, prophetę, ſacerdotes. Ex hac conſuetudine loquendi Paulus ſe appellat δοῦλον τοῦ θεοῦ: &, *ſervum Ieſu Chriſti.* Quartò ſervi ſumus Dei reſpectu quotquot homines ſumus. Ipſe enim eſt dominus noſter, dicente propheta, *Si Dominus ego ſum, ubi timor mei?* Hiero. Hag. 2. 24. *Servus dicitur propter corpus humanum quia unus & ipſe filius ſubiicietur ei, qui ſubiecta ſibi omnia, & in ſubjectis omnibus videbitur & ipſe ſubjectus.* Quintò ac poſtremò nomine ſervi ſignificant interdum abjectam hominis conditionem. Hoc ſenſu legimus apud apoſtolū in ea epiſtola, quam ad Philippenſes ſcripſit capite ſecundo, commate ſeptimo: *Sed ipſe ſe exinanivit forma ſervi accepta ſimilis hominibus factus.* Iſa. 42. 1. Malach. 1. 6.

a Græci. Quorum fuit Chryſoſtomus. Vide, ſi vacat, Eraſmum, Matth. 12. 10.

CAP. XIII.

Ignis flamma & flamma ignis promiſcuè dici. Varia lectio notata.

2. Theſſ. 1. 8. ἐν πυρὶ φλογὸς : *in igne flammæ* i. flammante ſive inflammato. Atque ita legit Ambroſius. Scire autem licet apud vulgatum interpretem eſſe *in flamma ignis* : ἐν φλογὶ πυρὸς. Quomodo ſanè Tertullianus legit adverſus Marcionem lib. 5. cap. 16. Ego parum referre arbitror utro modo legatur. Nam ſive illud ſive hoc dicas, ſententia in idem recidit. *Ignis flammæ* אֵשׁ לְהַבַת *flamma ignis* לְהַבַת אֵשׁ. Prius legitur Ieſa. 4. 5. & Thren. 2. 3. Poſterius Ieſa. 29. 6. & Ioël. 2. 8.

CAP. XII.

Quot modis aliquis dicatur nobis amicus.

AMicus aliquis trifariam dicitur, Preſsè, latè & latiſsimè. Preſsè ac propriè amicus dicitur qui eſt quaſi alter idem, quicum omnia noſtra æquè ac nobiſcum communicare poſſumus. Prov. 18. 24. Latè amicum dicimus ex vulgi conſuetudine quicum aliqua nobis vel levis neceſsitudo intercedit. Hoc ſenſu capies Proverbi. 14. 20. *Amici divitis multi.* Vtrobique eſt אוֹהֵב in Ebræo. Hinc intelligentiam habet illud Socratis, ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος : *ô amici, nemo amicus.* Quo ſignificat plurimos eſſe communes ac vulgares amicos, paucos veros. Idem atteſtatur Sophus cùm ait, *Virum fidum quis inveniat?* quaſi diceret, difficulter admodum inveniri poſſet. Interdum amicum dicimus alium quemvis, ac tum latiſsimè ſumitur, fereque in Ebræo eſt רֵעַ quod ſocium alii, & alii propinquum reddunt. Sed propinquus קָרוֹב dicitur:

citur: רֵעַ autem interpretatione antiqua ſonat amicum cùm alibi tum Levit. 19.18. Sed & Deut. 19.5. Nec aliter accipies legem, *Si intraveris ſegetem amici tui*, quæ exſtat apud Moſem Deut. 23.25.

CAP. XV.

Linum pro ellychnio.

VT lignum, id eſt, ξύλον pro numella, & ferrum pro compede ferreo, & aurum pro ſtatua aurea, & argentum pro pecunia argentea: ſic linum ponitur pro ellychnio, Ieſa. 42. 2. in illo proverbio, *linum fumigans non extinguet.* Eadem figura lina dicuntur retia ex lino tenui ſive plagæ lineæ. Huc referunt lapis pro pondere. Nam pondera ex lapidibus fiebant. Figura hæc grammaticis notiſsima eſt. Ea qui utuntur, materiam ponunt pro eo quod factum ex illa materia.

CAP. XVI.

Familia, cognatio, gens. familia pro gente.

FAmilia, cognatio, gens hoc modo differunt. Familia propriè eorum eſt, qui una eademq; domo continentur. Cognatio eſt multarum familiarum. Gens ex pluribus cognationibus conſtat. Ergo in cognatione familia, & in gente cognatio. Vbi gens, ibi cognatio, & ubi cognatio, ibi familia. Quæ ſi invertere velis, non perinde ſucceſſerit. Nam familia eſſe poteſt abſque cognatione, & cognatio abſque gente. Familia Ebraicè מִשְׁפָּחָה dicitur. eam vocem interpres cognatio-

nionem reddit sùm alibi, tum Gen. 12. 3. Sed & pro gente ponitur, i. יהוה. Amos. 3. 1. *contra totam familiam, quam eduxi è terra Ægypti.* Mich. 2. 3. *ecce ego cogito contra familiam istam malum.* Zach. 14. 18. *Quod si familia Ægyptia non ascenderit.* Nah. 3. 5. *& familias maleficiis suis.* Ierem. 10. 25. *Effunde indignationem tuam super gentes, quæ non noverunt te, & super familias, quæ non invocarunt te.* Vide quoque Ierem. 8. 3.

CAP. XVII.

Clavis David. ivit ad Pompeium. mons Domini. primores Iacobi. ellipsis nominis Domus.

DOmum Ebræi vocabulo בית appellant. id in oratione interdum desideratur, ut Apocalyp. 1. 31. ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαυίδ: *qui habet clavem David.* vult dicere domus David, hoc est Ecclesiæ. Vide Luc. 1. 31. Similis defectus est in illo *ivit ad Pompeium*, pro ad domum Pompei. Nec alienũ quod occurrit Mich. 4. 2. *mons Domini* vice ejus quod paullò antè erat, *mons domus Domini.* Alibi est *mons domus* pro eodem. Huc referri posset ex Mich. 3. 1. *Audite primores Iacob*, ut plenum sit, domus Iacob: quod sic lectum integrè in eodem capite vers. 9. Non malè tamen expones *Iacob*, id est Iacobæorum, ut Deut. 33. 10. *docebunt judicia tua Iacobum.* Quanquam & hoc illustrari posset per hanc figuram, ut dicat, docebunt judicia tua domum Iacobi.

CAP.

CAP. XVIII.

Perperam confundi à Nicolao Lachis cum Lais.

LAchis civitas est in tribu Iuda Ios. 15. 39. cujus meminit Michaias propheta, cùm ait: *Junge currum dromedariis habitatrix Lachis.* Ad hunc locum Nicolaus, *Nomen est civitatis quæ alio nomine dicitur Dan.* Scribit eadem ferè Borchardus Monachus. Sed apud Borchardum legendum fortasse Lais pro Lachis. Nam Lais alio nomine Dan vocabatur, nempe cùm à tribu Danica capta esset, quæ historia refertur, Iud. 8. Mihi dubium non est, quin ea nominum vicinitas imposuerit Nicolao. Ego autem de eo vos admonere volui, ne cum illo pariter erretis. Mich. 1. 13.

CAP. XIX.

Israel pro Iuda. Varia lectio indicata in codicibus Græcis.

SVb nomine Israel, quando latè sumitur, etiam Iuda continetur. Primùm post scisma, quod accidit Roboami tempore, cœpit dici Israel de 10. tribubus: Iudæ autem appellatio hæsit in duabus, videlicet in tribu Iuda & Benjamin. Itaque reges Iudæ vocantur, qui duabus illis familiis imperabant: Israel autem, qui decem reliquis. Est tamen ubi aliter fiat, ut 2. Paralip. 12. 6. *humiliaverunt se principes Israel & rex*: ubi Græca exemplaria variant. Nam alia οἱ ἄρχοντες Ἰσραὴλ, habent, & alia οἱ ἄρχοντες Ἰούδα. Ego vix dubito, quin hæc posterior le-

ctio ex ſcholio marginali, ut fit, in contextum ir repſerit. Sed tamen nihil affirmo. Eodem ſignificatu ſumitur ibi, *omnes iſti filii Ioſaphat regis Iſrael*, & in illo, *propter Achaz regem Iſrael*. Achaz enim & Ioſaphat ex regibus erant Iudæ. Sic etiam explanabis cum ſcholiaſte Ebræo altero, qui Camius cognominatur, Mich. 1. 14. *Domus Achzib mendacium eſt regibus Iſrael*, id eſt Iudæ. Nam Achzib ex opidis tribus Iudæ, ut videre licet Ioſ. 15. 44.

CAP. XX.

Virtutes cœlorum. κύριος δυνάμεων. *δύναμις pro exercitu.*

Matt. 24. 29. *Virtutes cœlorum* interpres vulgatus appellat צבאות השמים: quod ita reddit ex ambiguo Græco δυνάμεις τῶν οὐρανῶν. Nam δύναμις potentia, virtus. Recentior interpretatio, *poteſtates cœlorum*. puto melius eſſe, *exercitus cœlorum*. Nam δύναμις etiã exercitũ deſignat. Vide ſis Obſervat. lib. 10. cap. 14. Sic κύριος δυνάμεων, quod vertunt, *Dominus virtutũ*. & alii, *Dominus exercituum*, noli ambigere quin melius omnino ſit *Dominus exercituum*. Sanè quidem virtus eo ſenſu Latinum non eſt: δυνάμεις autem copię militares dicũtur, non ſolùm in ſermone ſacro, ſed etiam apud autores profanos. Probatur hoc primùm ex voce Ebraica צבאות, quæ exercitum abſque ullo dubio ſignificat. Deinde autoritate Theodoreti, viri doctiſſimi, qui ſcribit à Græcis exercitus vocari δυνάμεις. Scribit hoc in epitoma

epitoma divinarum dogmatum, usus ad eam rem exprimendam his verbis: τὸ δὲ κύριος Σαβαὼθ, κύριος δυνάμεων ἑρμηνεύεται, ἢ κύριος στρατιῶν, καὶ γὰρ παρ' Ἕλλησι τὰ στρατιωτικὰ τάγματα δυνάμεις καλοῦνται: *Dominus Sabaoth interpretatur Dominus exercituum, aut Dominus copiarum. Siquidem apud Græcos ordines militares δυνάμεις vocantur.* Postremò ex testimonio autorum classicorum, cujusmodi sunt Diodorus Siculus, Nazianzenus & alii, qui proexercitu hãc vocem sæpè usurpãt, ut dubitare de eo ne Carneades quidem, qui tamen de omnibus dubitare solebat, possit aut debeat. Adi observationes meas, loco modò allegato.

CAP. XXI.

Examinatus & correctus locus quidam Theodoreti.

THeodoretus in epitoma divinarum dogmatum fol. 116. edit. Rom. qua usus sum à Cl. v. Francisco Nansio:

τὸ ἰλὼθ τοίνυν ὄνομα θεὸς ἑρμηνεύεται.

legendum suspicor τὸ ἰλωᾶ, id est, אֱלוֹהַּ. nam ἰλωθ nihili vox est.

τὸ δὲ ἰλωᾶ ὁ θεός μου.

id est אֱלֹהַי vel certè אֱלָהַי. Nam vocalem ה veteres quandoq; per ω exprimebant. Dicimus etiam אֱלֹהַי: sed hoc scriberetur ἰλωαῖ. Est enim pluralis אלהים cum pronomine affixo.

τὸ δὲ ἦλ ψιλούμενον μὴ καὶ αὐτὸ δηλοῖ τὸν θεὸν, δασυνόμενον δὲ τὸν ἰσχυρόν.

Quid hîc velit, nescio: nisi fortè Græci hoc modo

ſcripſerunt has voces διαφόρως ἐιπεῖν. Nam apud Ebræos nullum tale diſcrimen. אל enim ſemper exiliter ſcribitur, id eſt, cum Aleph in capite. Quin eo modo ſcriptum Aquila interpres reddit ἰσχυρέ μου ἰσχυρέ μου. Fortſan in mente habuit חל quod tamen potẽtiam ſignificat aut exercitum; non fortem. i. ἰσχυρον. Sequitur in Theodoreto:

τὸ δ' ἀΐὰ, τὸν ὄντα. τοῦτο καὶ ἀνεκφώνητον ἐν παρ' Ἑβραίοις.

Alibi eſt apud eundem ιω pro Αἰὰ, videlicet Quæſt. 15. in Exodum. Sed hoc non erat ἀνεκφώνητον. Vtrum ergo legendum ἰαὼ? Vide Obſervat. lib. 1. cap. 1. An ἰαὶὰ? Certè Hieronym. ſcribit nomen τετράγραμμον ex duobus IA compoſitum eſſe. Aut ἀΐὰ .i. היה fuit. Nam ut יהיה nominatur, ſic fortè etiam חָיָה dicebatur: nihil affirmo. Hoc tantùm. Vtrunque Deo rectè competere, qui fuit, eſt & erit: tum etiam Chriſto; de quo legimus, *Chriſtus heri & hodie*, &c.

CAP. XXII.

Cur Ægyptus vocetur domus ſervorum.

MIch. 6. 4. *è domo ſervorum redemite.* Alibi eſt videlicet Exod. 20. 2. *eduxi te è terra Ægypti, è domo ſervorum.* Hic quæro cur Ægyptus vocetur domus ſervorum? & opinor quia Iſraelitæ olim ſervierant Ægyptiis. Domum autem accipio pro loco, quod tralatitium Ebræis, tamẽ etſi locus propriè מקום dicatur. Ergo *è domo ſervorum.* i. è loco, ubi quondã ſerviebas. Fuit tempus cùm exiſtimarem *ſervorum* dici pro Ægyptiorũ, alluſione facta

facta ad illud, *ſervus ſervorum erit fratribus ſuis*. Nam ſermo ibi eſt de Chamo [a], cujus poſteri fuerunt Ægyptii. Vnde Ægyptus, teſte Hieronymo, antiquitus Ham nominabatur. Olim ita: nunc accedo magis ad priorem ſententiam; cui firmandæ eſt locus qui habetur Levit. 26. 13. *eduxi vos è terra Ægypti, ne eſſetis ſervi.* quaſi diceret, non eſt vulgare meum beneficium quod eduxerim vos ex Ægypto. Nam ſimul vos è ſervitute, quam ibi ſerviebatis, vindicavi, dediſque libertatem, quam etiamnum habetis.

a Fallor & fallo. Nam non ſermo ibi de patre, ſed de filio. Verba ſunt Gen. 9. 25. *maledictus Chanaan: ſervus ſervorum erit fratribus ſuis.* & mox: *Benedictus Dominus Deus Sem, ſitq; Chanaan ſervus ejus.* Dicam de hac re plura alio tempore, ſi Deus volet.

CAP. XXIII.

De viris ſynagogæ majoris.

VIros magnæ ſynagogæ recenſet Elias præfatione in Maſſoreth Hammaſſoreth, quos aut fuiſſe Haggæum, Zachariam, Malachiam, Danielem, Hananiam, Miſaelem, Azariam, Ezram, Nehemiam, Mardochæum, Zorobabelem, & alios numero 120. Abraham Davidis filius Levita in libro Cabbalæ fol. 25. col. 4. enumerat Zorobabelem & eos qui cum eo redierunt Ioſuam, Nehemiam, Realiam, Mardochæum &c. Excluditautem Prophetas Haggæum, Zachariam & Malachiam. Qua in ſententia fuit & is, qui compoſuit librum præceptorum majorem, quem vocant Se-

pher Misvoth Hagadol. Nam fol. 2. col. 1. ita scribit: *Seniores tradiderunt eam (legem) prophetis prioribus. Hi posterioribus, qui sunt Haggæus, Zacharias & Malachias. Propheta posteriores tradiderunt eam viris synagogæ magnæ.* Petrus Galatinus in eo libro quem conscripsit de arcanis catholicæ veritatis sub hoc nomine comprehēdit omnes eos qui à Babylonica transmigratione usque ad primam Thalmudis scriptionem floruerunt. Vide sis lib. 1. cap. 1. Idem cap. 3. synagogam magnam defecisse ait in Simeone Iusto, Hillelis filio, qui Christum in ulnis suscepit.

CAP. XXIV.

Locus quidam Iesaiæ à mendo vindicatus.

IEsa. 49. 24.

וְאִם שְׁבִי צַדִּיק יִמָּלֵט

Et an captura * *justa eripietur?* Locus iste quibusdam suspectus est de mēdo: & sanè videtur legendum potiùs שְׁבִי עָרִיץ *captura robusti.* Primùm ex interprete antiquo, qui vertit, *quod captū fuerit à robusto.* Deinde ex versu proximo sequēte, ubi eadē verba repetūtur, respōdente Domino, *Etiam captura potentis auferetur*, &c. His duabus rationibus opponi possūt aliæ duæ, meo judicio, haut paullò validiores. Vna est cōsensus codicum Ebræorum, qui sine exceptione omnes צַדִּיק præferunt, quam lectionem etiam agnoscit Paraphrastes Chaldæus. Altera est ex Eusebio desumpta, cui fidem derogare minimè debemus scribenti ad hunc locum,

* Alias justi

Anti

Ἀντὶ τοῦ ἀδίκως (sic habet Græca editio vulgata) ἡ ἑβραϊκὴ λέξις, δικαίως περιέχει: id est, *pro injustè, lectio Ebraica, justè habet.*

CAP. XXV.

Ad ventum diei. τὸ δειλινόν. *ad quietem diei.*

GEn. 3. 8. לְרוּחַ הַיּוֹם vertunt, *ad auram diei.* malim, *ad ventum diei.* Hoc quid esset, quæsitum aliquando ex me fuit. Respondi ferè in hāc sententiam. Sunt interpretes qui locum determinari putant, sunt qui tempus. Priores enarrant de loco horti, unde ventus flabat. ventus, inquam, illius diei, quem arbitrantur fuisse Libonotum. nugæ. Posteriores asserunt significari tempus pomeridianum, vel certè vespertinum. Nam in eo variant. Proinde in antiquis codicibus plerisque, teste Hieronymo *post meridiē* legitur, pro eo quod in aliis quibusdam *ad vesperam.* Varietas hæc manavit non tam ex Ebræo, quàm ex Græco interpretamēto τὸ δειλινόν. Nam id reddunt *post meridiem* alii, & alii *vesperi.* Quomodo sanè sumi videtur, Exod. 28. 29. cùm in opposito ibi habeat τὸ πρωῒ i. manè. Sed verior interpretatio prior, si vera sunt, quę Nicolaus refert de Ebręis, qui dicūt hęc gesta esse hora decima diei, quę in quartam post meridiem incidit. Siquidem hora nona Ebræorū respōdet tertiæ pomeridianæ apud nos. Obiter dicam. In glossario veteri habetur δειλινὸν *meridie.* Suspicari libet leg. *à meridie.* Sed nihil affirmo. Redeo ad locum Geneseōs. Editio Chaldaica Onkeli למנח

לרוח היום *ad quietem diei.* Intelligit opinor vespe-ram. Nam eo tempore quiescere solent venti, solent homines fessi laboribus diurnis. Æstus quoque tunc se remittit & aura frigidior fit. Fuit aliquando tempus cùm putarem interpretem hûc legisse aliis punctis לְרִיחַ הַיּוֹם. Quam lectionem Theodotio expressit his verbis ἐν τῷ πνεύματι πρὸς καταψυξιν τῆς ἡμέρας, ut meridiano calore transacto, refrigerium auræ spirantis ostenderet. Ceterum Aquila interpretatus est ἐν τῷ ἀνέμῳ τῆς ἡμέρας, id est ברוח היום *in vento diei.* Symmachus verò διὰ πνεύματος ἡμέρας *per spiritum sive ventum diei.* Expendamus has interpretationes. Nam non sunt contemnendæ, meo judicio. Præcedit in eodē versu, *Et audiverunt vocem Domini Dei obambulantis in horto.* Sed verba Ebræa diversam interpretationem admittunt, videlicet hanc, *Et audiverunt vocem Domini Dei perambulantem in horto*: ut dicat delatam fuisse vocem Dei per ventum, qui tunc flabat, in aures primorum parentum nostrorum. Harum variarum expositionum ea, quā postremo loco posui, valde se mihi nunc probat. an semper probabit, nescio. Fit enim ut cum ætate judicium mutetur. Præterea dies diem docet, & quæ aliquando probavimus, post edocti meliora, improbamus. Hîc finiam τῷ θεῷ. cui gratias ago meritò maximas, quum ejus ope hucusque hæc opera perducta sit.

FINIS.

APPENDIX

ADDENDA ET MVTANDA.

LIB. 2. CAP. 16.

Mos deoſculandi regem recens creatum, quem ibi noto, firmari poterit autoritate Nicolai, ad locum Davidis ibi citatum ita ſcribentis: *In tranſlatione Hieron. juxta Ebraicum habetur, Adorate purè. Antiqui Ebrai dicunt hoc, Oſculamini filium,* id eſt, *facite Chriſto debitum homagium. Nam facientes homagium fidelitatis alicui, ipſum oſculantur.* Hucuſq; Nicolaus.

LIB. 3. CAP. 4.

In titulo dele, *apud Davidem*: aut repone ejus loco, *apud Ebraeos.*

LIB. 4. CAP. 22.

Adde in fine, *Bellus Deo, Ioſephus dixit* μορφῇ θεῖος i. *divina pulchritudine praditus aut excellens, Ant. hiſto.* lib. 2. cap. 5. pag. 50.

LIB. 6. CAP. 9.

Quod aio editionem Græcam, qua vulgo utimur, lxx. interpretum non eſſe, benignè intelligendum. Nam non nego veteres habuiſſe verſionem lxx. ſed eam, quæ ad nos pervenit, corruptã eſſe dico, ſic adeo ut viris illis, ſine maxima ipſorum infamia, tribui non poſsit.

LIB. EOD. CAP. 23.

Vbi reprehendo Theodoretum, vereor ut ipſe reprehendẽdus ſim. Si tamen ab Edem putavit ap-

pellatum Adamum, errat. Sed fortè non hoc voluit. Verba ejus sunt, καὶ Ἀδὰμ ἐκ τοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἐν Ἐδὲμ γεγενῆσθαι προσηγορεύθη .i. *Adam dictus ex eo quod sit factus è terra quæ in Edem.* Id verum est, si commodè intelligatur. Factus enim è terra illius loci, quę rufa erat, inde appellationem accepit. Quippe Adam rufum significat. Ceterùm non illius loci tantùm, sed quævis alia terra, genuina modò sit, teste Iosepho, hunc colorem exhibet. Quapropter Adama vocatur. Hinc Adam. Sic homo ab humo, ut censet Quintilianus.

LIB. 9. CAP. 17.

Ad intelligentiam hujus capitis scire oportet *fluvium Ægypti* duplicitur dici. Vno modo dicitur Ebraicè יְאֹר מִצְרַיִם *rivus Ægypti*, & tunc Nilum designat. Alio modo vocatur נְהַר מִצְרַיִם *flumen Ægypti*, & tunc significat fluvium illum; qui Palæstinam ab AEgypto disterminat, quem prophetæ נחל ערבה id est, *torrentem campestrium*, sive, ut vetus interpretatio habet, *torrentem deserti* nominant. A Plinio vocatur Rhinocorura, nisi fallor. Neq; Gehon Paradisi alius est, quàm Rhinocorura, si credimus Beroaldo. Ceterũ hæc ambiguitas imposuit haut dubiè antiquis, qui per *fluvium Ægypti* Nilum semper intellexerunt. In quo errore nos quoq; fuimus, cùm primũ Observationes nostras ederemus. Quocirca si quid in his libris aut alibi, quod errorem illum sapit, ex hac nota corrigi emendari volumus, imò jubemus.

LIB.

Post verba illa, *Na ubi talis cœtus, ibi angeli sunt*, adde si placet, *aut, coram angelis*, i. *coram sacerdotib. Nam sacerdotes etiam angeli vocantur, ut in illo versu, Labia sacerdotis custodiunt scientiam. Nam sequitur ecce, quia angelus Domini exercituum est. Vide infrà lib. x. cap. ix.*

LIB. 10. CAP. 14.

Muta titulũ hujus capitis, *De Ebraismo vocabuli* δύναμις. Nam non est Ebraismus. Sic autẽ rescribes, δύναμις *pro exercitu:* aut, *De significatu quodam vocabuli* δύναμις. *Virtus pro exercitu.* Dele etiam quod in fine capitis, *Hoc tam certum mihi, quàm certum bis duo quatuor esse.* Nam fortè *Dominus virtutum*. i. potentiarum. Sic Græci aliquando κύριος παντοκράτωρ. *Dominus potentiarum*, id est, potentissimus.

LIB. EOD. CAP. 18.

Post verba illa, ESBA *index*, addi velim ad finem: *propriè digitum significat; sed pro indice usurpatur* κατ' ἐξοχήν. Elias Levita in Thesbite. *Nomẽ* אצבע *quãdo absolutè ponitur, significat digitũ pollici proximum.*

LIB. 14. CAP. 5.

Eradi velim, quæ in fine hujus capitis, *Quam posteriorem sententiam firmat R. Nathan, &c.* Nam licet dæmones angeli sint, tamen non hîc quæritur an angeli comedant quatenus angeli sunt; sed an comederint olim cùm induti corpus humanum apparuerunt hominibus. Ad hoc probandũ nihil facit locus ille. Quamobrem aliud agebam, cùm eum adducerem in castigationibus meis ad

Tobiam, ubi ſimiliter eradendus erit.

LIB. EODEM CAP. 21.

Poſt locum illum, *civitas David*: adde, ſis, rei firmandæ. 2. Sam. 5. 7. *cepit aũt David arcem Sion. hæc eſt civitas David.* Cui adjunges teſtimonium aliud ex eodem capite, *habitavit David in arce: & vocavit eam civitatem David.* Teſtimonium iſtud exſtat v. 9. David Kimchi ſub hoc nomine etiam Ieroſolymam comprehendi ſcribit Pſal. 2. 6. *Arcem Sion*, inquit, *David primus cepit: propterea Sion & Ieruſalem vocatur civitas David.*

Errata corriges hoc modo.

Pag. 8. lin. 17. ſtultus hominũ. *10. 12.* homo nihili. *19. 29.* ἐπισκέπτȣ. *33. 44.* veſter. *36. 17.* teth. *50. 17.* obſervaſſe. *130. 19.* ſeptuaginta. *141. 20.* multitudinis faciat. *44.* loqui. *147. 27.* tanquam. *149. 21. dele comma poſt*, & recte. *190. 22.* ac civitatib. *197. 20.* κληδονισμῶν. *228. 8.* ad verba illa. *240. 14* novem decimas. *264. 8.* ἱμάτιον. *25.* καταχέαμενος. *278. 8.* φαρθεμίν. *281. 6.* convivium Eſtheræ. *29.* in, De varia hiſto. *296. 4.* de his & aliis meis notis iudicium. *306. 13.* דאסיא. *20* ἔκτισεν. *321. 4* Baba Metſia. *323, 13.* in comment. *15.* ordo ut. *331. 6.* Quibus. *347. 18.* Hrabanus. *349. 22.* μερόλω *25.* Meroẽ. *362. 18. dele duo puncta poſt*, poteſt eſſe. *378. 28. poſt* antiſtites *ponenda littera a, cui reſpondet nota, quæ ad illum locum.* *382. 15.* ὁ ἔχων. *157. 25. Aquiba.*

VERBORVM ET RERVM INDEX LOCVPLETISSIMVS.

Prior numerus librum, posterior caput indicat.

A antiquè lectum pro I. 18. 24. & 12.2.
A principio idem quod ab æterno. 6.18.
Abanet, cingulũ sacerdotale 9 5. perperam Abanem in Isidoro. ibid.
Abdiam prophetam alium esse ab eo qui in libris regum memoratur. 2.19.
ætaneum fuisse Iesaiæ, Ieremiæ & Amosi. ibid.
Abel in libris Græcis pro Habel: ex quo error quem Iosephus & alij errarunt Abel luctus. 6.12.
Abietes domus eius pro in abietibus, 6.24.
Abimelech lectum in libris pro Elimelech. 2.21.
Accaron, sterilitas, eradicatio. 6.8.
Acra. ἄκρα civitas superior. 14.21. etiam arx. 13.7. Rufinus in hac voce correctus. ibid.
Ἀκροπόλις, idem. 14.21.
Ἀκρὰ τοῦ Ἰησοῦ. 2.24.
Ad manum dexteram esse quid significet Ebræis. 1.8.
Ad quietem diei quid significet. 16.25.
Ad ventum diei. ibid.
Ad manum pro iuxta, secundum, secus, ad latus. 6.6.
Adam unde dictus sit. 6.23. Vide appendicem qui ad hoc caput in fine libri.
Adar mensis duodecimus in anno sacro, & undecimus in anno Hyrcani. 7.4.
Adeps terræ, tritici, musti, olei, frumenti pro eo quod optimum est in his rebus 10.1.
Ægyptii à Cham oriundi. 16.22.
Ægyptus olim Ham dicta per Hæduplex. ibid. cur domus servorum appelletur 16.22.
Æneas Gazæus. 3.20.
Æthiops de homine improbo. 6.20.
Agag, unde nomen gentilitium Agagi. i. Agagæus 8.16.
Aggari antiquè pro angari. 12.19.
Ἀγγαρεύειν ibid.
Aggelus pro Angelus 12.19.
Aggravat super se densum lutũ, quo sensu dixerit Habacuc de Nabuchodonosoro. 15.18.
Agon legi apud Ambrosium pro Siagon. 14.6.
Agni pro agni pingues 16,8.
AHAS, magnus. Persicum 12.13.
Ahasdarphanim, satrapæ. & hoc vocabulum Persicum est. ibid.
A i cum u permutari 9.3.
Aja ex nominibus Dei. 16.21.
Ain littera elidi solita non in media

dio solum, sed etiam in fine. 4.10.
Αινγαδδι pro Engaddi ibid. & 15.9.
Αινρώγηλ, fons Rogel. 4.10
Αινγαλλιμ. ibid.
AIELTHA, lucifer, 10.3.
AIL איל campus. 14.25.
Alienigenæ qui & allophyli. i. Philistæi. 9.14.
ALION, pollex. 10.18.
Alius qui serit, alius qui metit proverbium,
Allus. 10.18.
Allophyli quinam 9.14.
Alloqui quid propriè significet. 8.1.
Almuth quid apud Davidem. 5.7.
Aman. vide Haman.
Amasias rex frater Amosi, patris Iesaiæ. 11.5.
Ambrosius emendatus 14.6
Ambubajæ. 2.10.
Amicus quot modis aliquis dicatur. 16.14.
Amicus alius quilibet ibid. & 7.13.
AMMA, digitus medius. 10.18.
AMMI pro AMMIM id est populi. 10.52.
Αμφιλύκην νύκτα cur dixerit Homerus. 13.1.
Amos pater Iesaiæ prophetæ 11.5. frater Amasiæ regis. ibid. Alius ab eo qui Ebraicè Amos dicitur per Ain in prima & Samech in ultima. 4.21.
Αμνηστία. 2.14.
ANA ענה verbi varius usus 5.6.
Ανέψιοι. 8.14.
Angeli actionum nostrarum testes. 10.9. præsunt cœtibus piorum ibid. alis pingũtur, et cur. 4.19. An olim verè comederint & biberint. 14.5. Hominibus in custodiam delegati 10.9. usurpari hanc vocem de Episcopis & prophetantibus in Ecclesia ibid.
Angelos malos non dici simpliciter angelos. 10.9.
Angari Persarum nuncii. 12.19. ut differant à veredariis, quos Postas hodie vocamus. ibid. utebantur camelis dromedariis, aut mulis, aut equis cursu valentibus. ibid.
Anhelare pro festinare et avidè appetere. 15.5.
Anima pro homine ꝑ cadavere. 2.2. pro vita. 5.10.
Animam in manu ponere. 2.18.
Animam tradere. 3.17.
Anima mea laudabit Dominum. 7.10.
Anima quo sensu Deo tribuatur. 7.11.
Αννίβας ex Annibal. 9.9.
Annulus pro orbe podicis. 9.2.
Annus vulgaris, sacer, civilis, Ægyptius, solaris, lunaris. 1.13. Annum duplicem esse tam apud Iudæos quàm apud Christianos. ibid.
Annus Hyrcani 7.4.
Annus Iobilæus. 7.2.
Antigonus Sochus successor Simeonis Iusti 13.4. Ex eius quodam dicto perperam intellecto na-

nata haresis Saducaeorum ibid.
Ante tunc. 6.18.
Antipater Ascalonita Idumaeus.
Aperire, declarare, explicare 8.15.
Apertura sive apertio. ibid.
Apharsamon. 10.23.
Αφὴ, plaga, lepra. 11.6.
Apocryphis scriptis non nimium tribuendum. 8.16.
ex iis locus quidam falsi convictus. 12.16.
Apollinarius à Hiero. notatus. 2 20.
Apollinaris in carnis nomen incurrit, qui eo corpus tantum, non etiam animam aut certè corpus anima tantùm sentiente non etiam intelligente praeditum, intelligendum existimavit ab eo Haresis Apollinistarum. 7.6.
Appellationum tria genera, nominis, rei, nominis & rei simul. 13 14.
Αποστάσιον. 4.10.
Aquam coctam Persis ad potum fuisse. 12.15. sumebatur ex Choaspe fluvio. ibid. in mensa initio poni solita. ibid.
Aquila contētiosus interpres 9.15.
duas versiones edidit 9.15.
eius interpretatio adducta et expensa. 16.25.
Ar עד Areopolis. 9 25.
Ara inscripta Deo ignoto apud Athenienses. 3.25.
Arabes Heth in Chaph mutare. 12.17. quasdam literas duplices habere quoad sonum: quem significant puncto suprascripto. 15.20.
ARAH quid. 7.5.
Arabs pro latrone. 11.15.
Aramaeorum mos elidendi Heth & Ain litteras. 4 10.
Arati Phanomena. 5.1.
Arare malum 1 12
Arare mendacium. ibid.
Arbores Domini, 3.9.
Arca Dei nomine afficitur. 6.11.
quando desiderata & ubi reperta fuerit. ibid.
Arcarii. 12 10.
Ardens à coquente. 2,12.
Ara Atheniensium plures, in quib. singulis inscriptū erat Deo ignoto 3 25.
Αρεῖον ἀντὶ τοῦ καλοῦ 5.23.
Ares, sol, sive testa, id est, חרס 9.25.
Ares, terra unde dicta & an moveatur. 15.20.
Αρετή. 2.23.
ARI leo. 10.4.
Αρμα Αιγύπτου. 9.15.
Arneveth lepus · item uxor Ptolemaei Philadelphi, si credendum Ebraeis. 15 17.
Arrii sententia de loco quodam Salomonis refutata. 7.1.
Arsinoe. 15 17.
Arsicas. 12 3.
Arta Persicè magnus 12.15.
unde Artaxerxes & alia. 12.24.
ARVGA, area. 14.25.
Arx Sion. 14. 21.
Ascalon. 6. 8. civitas Idumaea superioris 14 13.

Asdar.

Asdarpan, satrapa. 12.13.
Asdod, Azotus. 6.8.
Ασδρύβας *factum ex Asdrubal.* 9.9.
Asellus è genere locustarum. 13.10.
ASOR *decachordon.* 10.2.
Asosra, tuba. 15.19.
Astandæ. 12.19.
Ασεῖος *quid sig.* 4.12.
Ασεῖος τῷ θεῷ. *ibid.*
Asteranes. 12.13.
Astutia in bonam partem pro prudentia. 1 19.
Asverus, Xerxes. 12.24.
Athenienses diem observasse inter duos occasus. 8.9.
Atrium regis Persarum duplex. 12.22.
Attho pro Attha. 8.24.
Auditio pro rumore: item pro eo quod Græci κήρυγμα vocant. 2.24.
Aven pro On, quæ & Onium: & pro Beth-aven: & pro אין *id est nihil.* 14 11.
Auri nomina septem. 4.15.
Aurora cerva, id est, pulchra 10.3.
Aurum pro statua aurea. 16.15.
Αὐλὼν *campus unde dictus.* 14.25.
Azotus. 1.25. & 6.8.

B.

B & μ *invicem permutari.* 10.17.
Baal vocis, varius usus. 10.22.
Baal Aruch à quo scriptus. 13.2.
Babel unde dicta. 11.23.
Baithos hæresiarcha. 13.4.
Baculo incedere. 16.1.
Baculo evitari fatigationem ibid. eo usos fuisse tam pastores quàm viatores. *ibid.*
BACARCAR. 5.8.
Balaam quid significet Ebræis. 8.4.
Balsamum Phannag dici. 10.23. *De hoc quædam obseruatu digna* 10.24.
Balsami vineæ 15.9.210.24.
Baltasar alio nomine Daniel dictus 12.3.
BAMA & BAMMA *ut differāt* 6.21.
BAR ARIEVAN *filius leonum* 10.5.
Barachiæ duo, quorum alter διώνυμος *fuit. Nam Iojada etiam dictus est.* 14.22. *uterq; filium habuit Zachariam nomine. ibid.*
Barbarus de Latinis & Barbaria Italia & Barbarè latinè. 3.3.
BARI *pro* BARIA *vectis.* 8.24.
BAR NAS *filius hominis & ipsus homo.* 10.5.
BASER, *genus auri.* 4.15.
Bathuel pro Phathuel in editione Græca. 2.21.
Behemtha sive Behamtha locus qui Ebræis Ham dicitur. 15 3.
Bel pro Beel. 4.10. *idolum Babylonium* 7.18.
BELAAZ *barbarè* 3.3. *usurpant cùm aliquid vernaculè interpretantur ac præsertim latinè aut Italicè.*
Belial, nequam. 1.7.
Bellus Deo pro eximiè bellus 4.12.
Belzebul 7.18.
Ben, nomen cantoris cuiusdā ætate Davidis. 5.8.
Benedicere in via pro salutare, 13.17.

13.17.
Benedicta in mulieribus 5.23.
Benedictus Domino. 3.9. & 4.12.
Bene precandi formula per viam. 13.17.
Benhadad non fuisse peculiare nomen regum Syriæ. 11.24.
Benhadar mendosè scriptum in libris Græcis, ut Benhadab in latinis. 8.21.
Ben Sira de quorundam sententia idem cum Sirachide. 13.25.
Bersabe una tantùm fuit, quæ vocatur Bersabe Iuda et cur. 15.25.
An ibi culta olim idola. 15.21.
BERECH ברך actiones contrarias sig. 16.7.
Bubel ubi locorũ sita fuerit. 15.21.
alio nomine Beth-aven vocabatur & Aven simpliciter. 14.11.
BETH HACCHISSE latrina. 9.2. sonat ad verbum ut si dicas, domus sedis aut cathedræ.
BETH HADIN, domus iudicii pro judicibus ipsis 9.2.
BETH HILLVLA. 5.3.
Beth-lem pro Beth-lehem 7.19.
Beth-leem Græca consuetudine scriptum pro Bethlehem. ibid.
BOGE evacuans. 10.25.
BOHEN, pollex. 10.18.
BOHV quid. 4.6.
Bonus eorum. 5.23.
Bonus, Deus. 13.16.
Buccina & tuba aut differant. 15.19
Buccinæ usus apud Iudæos. 14.18.
BVLA pro BEVLA. 10.22.

C.

Cadmus dictus quasi CADMON quod antiquum vel orientalem sonat. 9.9.
Cadere pro vinci 10.7. eius verbi alia significata notantur. 15.3.
Cain quid sig. 3.9.
Calamum & Cinnamomum differre. 4.16.
Calcaneus pro fine. 8.29.
Calidum pro periculoso. 4.18.
CALLES קלס verbum ambiguum. 11.19. & 16.7.
CANE, canna. 4.16.
Canem auribus tenet, proverbium 8.10.
Canes ad venandum. 5.19.
Canis vox convicii. 5.22.
Canella. 4.16.
Capillus numerosior. proverbiale. 5.20.
Capite retecto sive aperto. 16.2
Caput opertum sive tectum. 12.1. & 18. & 16.2.
Caput pro summa. 6.5.
Capsa vox Rabbinis usurpata, quã & Cupsa dicunt. 14.19.
Caput transcendere quo sensu dicantur iniquitates. 5.20.
Caritha pro Carjetha. 9.24.
Caro pro animante 7.6. pro cute 1.5. & 11 8. pro homine. 7.6.
CAROB, propinquus. 7.12.
CARTHA, civitas. 9.24.
Casia. 4.16.
CATON, minimus. epitheton sine re. subintelligitur enim digitus. 10.18.
Cedareni unde appellati. 6.20.

Ceday

Cedar, nigredo. ibid.
CEDDA, קדה 4.16.
Cedri Dei. 3.9.
CELES קלס nomen ambiguum. 11.19
CEMBSA קמיצה. 10.10
CEN קן nidus. 7.1.
Cerva aurora. 10.3.
Cervos serpentibus inimicos esse, ab iisdemq; vesci, et inde sivim contrahere. 15.6.
CESEPH קצף ira unde dicta. 11.24.
CH pro Heth. 12.17.
Chaldæi pro mathematicis. 8.12. sic dicti quasi Chasdæi à quodã Chased. 11.16.
Chaldaica Biblia à mendis aliquot repurgata. 10.6.
Chananæus pro mercatore. 8.12. & 11.15.
CHARES, sol. 12.17.
χάρις pro gaudio. 13.5.
CHEPHIR, juvenis leo. 10.3.
Cherubini τὰ χερουβὶμ vocantur genere neutro. 10.21.
Cherubim beata. ibid.
CHETHEM, genus auri. 4.15.
Choaspis fluvius. 12.18.
CHOHEN, sacerdos & princeps 6.2.
CHORES, Cyrus. 12.17. Persicè solem notat. ibid.
Christi sepulchrum an supra terrã exstiterit 6.7.
Christianorum nomen cum nomine septem millium ἰχθύος esse 5.14. eorum vetus consuetudo quadam notata. 5.12.
Christus ubi flevisse legatur. 7.2.
CHOB antiquè pro CHEOB. 8.24.
Chuthæi, qui & Samaritæ, religione Saducæi. 13.5.
Cidaris unde dicta. 12.12. eadem cum tiara ibid. ut differat à diademate. ibid.
Cidaris recta. ibid.
Cingulum pro robore. 4.14.
Cinnamomum. 4.16.
Circumcidendi vetus in nomine columba. 13.24.
CIRIATH villa. 9.24.
Civitas David. 14.21.
Civitas Dei, cur appelletur Ierosolyma. 6.15.
Civitas magna Deo. 3.9.
Civitas sancta. 11.3.
Civitas sancti. 13.19.
Civitas superior, inferior. 14.21.
Clavis David. 16.17.
Coactores. 11.10.
Cœlum pro Deo. 5.11.
Cœnacula Dei. 8.18.
Cognatio. 16.16.
Cognati regis, diadema gestabant. ibid.
Comestus an comesus dicendum sit ambigitur. 15.6.
Comparativus pro positivo. 5.23.
Contemptus in populis. 5.23.
Convivium vini. 12.15.
Coquus pro pistore. 2.12.
Coquens pro coquo. ibid.
Cor pro medio cuiusq; rei 6.7. pro nativo humore. 7.10
Cor Iovis pro ipso Iove. 7.10
Cor meum credidit, pro illo, ego credidi. ibid.

Cor terræ pro ſepulchro. 6.7.
Coram angelis. 10.9.
Coram Domino. 6.17.
Corvus de cornice & graculo. 11.15.
COSER *quid.* 7.5.
Credere Deo & in Deum non differre apud Ebræos. 3.1.
Credere in Moſen & in Eccleſiam rectè dici. *ibid.*
Criminum majorum apud Ebræos pœna. 3.23.
Crocus nominis origo. 9.9.
Cubitus & paſſus idem. 2.9.
Cubitus duplex. *ibid.*
Cum, particula pleonaſmus. 8.11.
Cum Deo. 9.7.
Cum baculo incedere. 16.1.
Cuſtodire, procuſtodire iram. 2.14.
Curia in Judæa quot olim fuerint. 14.7.
Cypris an Cypros dicendum ſit ambigitur. 16.4.

D.

DAR *alternare.* 1.25 & 4.7.
DAC. 8.25.
Dæmones qua cum Angelis communia habeant. 4.19.
cur iis ala tribuantur *ibid.*
non vocantur angeli ſimpliciter 10.9.
Dæmonium incorporeum. 4.22.
Δακτύλιος, *podex.* 9.2.
Daniel an ſacerdos dici poſſit. 6.2.
ex qua tribu fuerit. *ibid.*
Dan, opidum. 15.21.
Dare, docere. 1.23.
Darius, coercitor, 12.17.
Δαρεῖος, *idem.*
Δασὺς, *hirtus* 15.17.
Δασύπους, *lepus ab hirtis pedibus.* 15.17.
cur lxx. ea voce uſi ſint pro λαγὼς. *ibid.*
David pro domus David. 16.17.
DEBER, *peſtis* 7.25. *pro quavis morte.* *ibid.* *eius etymon* 14.3.
Decachordon. 10.2. *diverſum quid eſſe à Pſalterio videri.* *ibid.*
Deleri ex libro vitæ. 3.17.
Delilari 2.8.
Dentes improborum confringere quo ſenſu Deus dicatur. 3.5.
Deſcendit ad inferos. 4.23.
Deus pro arca. 6.11.
Deo ignoto quare Apoſtolus dixerit pro Dijs ignotis. 3.25.
Deus incertus. 3.25.
Deos gentium non eſſe Deos ac ne eſſe quidem 16.9.
Dei definitio. 16.10.
Deus ſolus eſt æternus nec mutationem recipit *ibid.*
Deus cur appelletur Qui eſt. *ibid.*
Deos nihili an rectè idola nominent. *ibid.*
Deus quomodo in templis manufactis habitare & non habitare dicatur. 6.11.
Dei laudes narrari non poſſe 6.11. *ibidem explicatum cur David dicat, narrabo omnes laudes tuas.*
Diadema. 12.2. *diverſumquid eſſe à tiara.* *ibid.* *cognati regis geſtabant apud Perſas.* 12.14.
DIBBER דבר *perdo, occido,*

extinguo. 14.8.
DIBON *quid.* 10.17.
Digitis docere. 1.14.
Digitorum nomina. 10.18.
Dii ELOHIM *judices, angeli, arca.* 9.23.
Dies omnipotentis 13.15.
Diis ignotis 3.25.
Δικαιότερον ἀντὶ τῦ δικαίου. 5.23.
Divortia ſapientiorib. Ebraïs ſemper improbata fuiſſe. 14.10. *in eam rem dictum Ben-Sira productum.* *ibid.*
Diuſ, menſis. 11.22.
DOD, *patruus.* 1.25.
Dolus pro doloſo. 4.3. *pro ignavo.* *ibid.*
Dominus exercituum. 10.14.
Dominus virtutum. *ibid.* & 16. 20.
Domino jurare quid ſignificet. 9. 10.
Domus Dei. 6.11.
Domus Ioſeph de decem tribubus. 9.19.
Domus judicii. 9.22.
Domus Iſrael. *ibid.*
Domus aliquando in oratione deſideratur. 16.17.
Domus ſervorum cur Ægyptus vocetur. 16.22.
Domus pro loco. *ibid.*
Domus pro nido. 6.2.
Domus Eliæ quid de mundi evo ſenſerit. 13.25.
DORA *quid.* 9.13.
Δύναμις *pro exercitu.* 10.14. & 16.20.
Dyſtrus, menſis. 7.4.

E.

E pro I 7.14. & *pro aj* 9.3.
H *pro aj.* 9.3.
Ebræa lingua cur ſancta vocetur. 15.12.
Ebræi noxios in profundum demergunt 3.23. *caput ungunt tam viri quàm fœmina* 3.10. *veſtes lacerant in luctu.* 12.1. *caput obvelant, & ſe cinere cõſpergunt, ibid. à Pontificatu excludũt mutilatum & filium captivæ.* 5.2. *diem naturalem à veſpera incipiunt.* 8.9. *hordeum ſerunt ante nuptias,* 13.23. *rei caput cinere opplent.* 15.5.
Ebræus ex Ebræis. 4.20.
ECEB, *calx & finis.* 8.29.
Edamus & bibamus cras enim moriemur. 3.26.
Ἐδίμ *malè lectum in Bibliis græcis pro* Ἐδώμ. 6.23 *quæ ſcriptura impoſuit, ut videtur Theodoreto: ſed vide ſis appendicem.*
Edoctus Domini 4.12.
Ἕδρα 9.2. & 12 15.
Εἰς τέλος. 3.18.
EL *nominis varia ſcriptura apud Ebræos* 5.15. & *Græcos* 16.21.
ELAI, *ad me.* 8.24.
ELE ARES *fortes terræ.* 7.25.
ELEMO, *ad eos & fortes eorum, ibidem.*
Eleemoſyna cur juſtitia vocabulo afficiatur, 4.11. *inanis eſt ſi fiat propter gloriam.* 4.7.
Ἐλίφας *unde.* 9.9.
Eliæ familia quid ſenſerit de ætate mundi. 13.25.

ELIM, *fortes.* 7.25
Ελλὴν *pro gentili vel ethnico.* 4.4.
Ellipsis nominis domus. 16.17
Ellipsis adjectivi. 16.8
Ellipsis substantivorum frequens apud Ebraos. 8.2.
Eloa, Deus. 16.21
Elocim & Elodim superstitiosè lectum pro Elohim. 14.1.
Eloi, quod scribendum Elohi, Deus mi. 16.21.
ELSECHON *quid.* 4.18.
Ημέρα ἐπαγωγῆς. 1.18.
EMETH *veritas unde dicta.* 1.9.
Emmanuel antiquè pro Immanuel 9.1.
Emphasis in nomine proprio. 5.8.
EMVNA, *fides & veritas.* 1.9.
Enallage numeri 1.3. & 14.16. *ejus vis.* 1.3.
Engaddi locus palmarum & balsami ferax. 15.9. *ubi situs ibid.*
Ην ὠκὴδ *lectum pro* ἦν νωκὴδ. 6.22.
Εν ἀκκαρεὶμ *pro* ἐν νακαρεὶμ. 6.22
Επαρχος. 9.13.
Epha vel Ephi. 11.4.
Ephrem pro Ephraim. 9.3.
Επιδεῖν *quid.* 3.21.
Επιούσιος. 2.11.
Epiphanius emendatus. 7.1. & 11.21.
Episcopi olim iidem cum presbyteris 4.13.
Equus regis Persarum gestabat in capite insigne regni, quo ab aliis omnibus equis distingueretur 12.12.
Εργοδιώκτης. 7.18.
Εργοεπιστάτης *quomodo Ebraicè dicatur.* *ibid.*
Es, ignis. 6.8.
ESBA *ultima Ain digitus quilibet, &* κατ' ἐξοχὴν *index* 10.18. *Vide Appendicem ad hoc caput.*
Esse, propriè de Deo dici. 16.10.
Esse verum non est nisi quod aeternum. *ibid.*
ESTARTIGIN στρατηγοὶ. 9.13.
ETH את *particula pleonasmus.* 8.11. *ejus ambiguitas.* 6.7.
Euangelium Matthaei authenticum 14.22.
Euangelium Nazaraeorum 4.22. *ex eo testimonium producit Ignatius. ibid. Hiero. in linguam Graecam convertit.* *ibid.*
Eunuchi 12.23. *quanto in pretio barbaris.* *ibid.*
Εὐθεῖς *id est recti, peculiariter vocātur Abraham, Isahac, et Iacob: unde liber* εὐθέων .1. *rectorum.*
Εὐφραθὰ *lectum pro* Σαφαραδὰ 2.21.
Εξαίρετος 2.11.
Excelsa idoli. 14.11.
Εξεστηκὼς οἶνος. 2.11.
Exime è dentibus tuis festucam, proverbium. 1.11.
Ex tunc quid significet 6.18.
Εως ἀφαραδ, *vitiosè pro* ἕως σαφαραδ: &
Εως ἀρεφθῶν *lectum pro* ἕως σαρεφθῶν. 6.22.

F.

Facere bonum pro benè. 2.11.
Facere pro exigere. 12.10.
Facere monetam. *ibid.*

Familia quid propriè 16. 16. *pro gente usurpari.* *ibid.*
Familiæ Elia quid de mundi ætate senserit. 13.25.
Ferrum pro compede ferreo. 16.15.
Festivus Deo. 4.12.
Filij Adam de infima plebe. 3.19.
Filij viri de honoratioribus. *ibid.*
Filij Græcorum & mediocrium pro ipsis Græcis & mediis. 10.5.
Firmamentum pro aëre. 8.18.
Flamma ignis. 16.13.
Flumen de mare. 9.20.
Framea quid prophanis, quid sacris scriptoribus significet. 14.2.
Frons pro pudore; unde infrunitus, quasi sine fronte. 14.3.
Frontem perfricuit. *ibid.*
Frontale. 15.6. *Ebraicè* צִיץ *dicitur, erat autem lamina in fronte pontificis.*
Funiculus Iacobi. 14.12.
Futurum pro præsenti. 3.16.

G.

GAA גַּעְהַ 7.5
GABER *non significare gallum, ut Hiero. prodidit.* 10.8.
Gadaris una ex quinque curiis Iudæa. 14.7.
GAMAL *Syrus camelum, non funem nauticum significare.* 1.11.
Gamatria quid 5.13.
GANZA, *gaza.* 12.2.
Gaza, quæ & Aza, cur Idumæa deputetur. 14.13.
Gaza, ararium lingua Persarum. 21.2. *hoc primum habet Gimel: illud Ain in scriptura Ebraica.*
GEBVL, *terminus,* 2.25.
Gehennam duplicem esse quod scripsit Hiero. unde hauserit. 2.4.
Gehon fluvius Ægypti quem alij Nilum, alij Rhinocoruram interpretantur. 9.17. *Vide Appendicem. item rivus, qui alio nomine Siloa vocatur* 9.18.
Gematria quid. 5.13.
Gematrica nomina esse quæ à Græcis ἰσόψηφα nominantur.
Gens, 16.16.
Γῆ καὶ ὕδωρ δίδοναι. 12.20.
GEPHEN BOCEC. 10.25.
GER, *proselytus.* 1.6.
GIBBOR. 6.19.
GIL גִּלְ *variè expositum.* 15,2.
Giora vel Gioras. 1.6. *vocem esse non Ebraicam, sed Syriacam* *ibid.*
Gloria Domini. 3.8.
Gloria Israel. *ibid.*
Gloria inanis quanam. 4.7.
Gloriare & ardere una tantùm litera differunt apud Græcos. 4.7.
GODER *quid.* 7.5.
Golias, ex Græca consuetudine Goliath. 9.9. *ejus genus.* 1.15.
Golgotha pro Golgolitha. 11.23.
Goral, sors 12.5.
Gorionides, vide Iosephus Gorionis F.
Græculus & cornix corvi nomine comprehensi. 11,15.
Græca biblia correcta 11.9. *& alibi.*
Græcam editionem, quæ nunc in manibus, non esse lxx. interpretum. 6.9. (*Vide quæ in Appendice*

pendice ad hoc caput:) gloſſemata multa continere. 6.19. *& errores ob concurſum earumdem litterarum.* 6.22.
Græcorum mos ultimam conſonantem in σιγμα mutandi, 9.9.
Græcus pro gentili. 4.4.
Grex tonſarum. 8.2.
GVDAL. 10.18.
Γυνη, *uxor & mulier: item ſponſa.* 4.5.
GVR, *catulus,* 10.4
גוז *quid.* 9.18.
Guſtare pro intelligere. 7.3.
Guſtus vel ſapor pro mente ac intelligentia *ibidem.*
Gynecium Regum Perſicorum duplex, concubinarum videlicet & puellarum virginum 12,21.

H.

Habel quid ſignificet 6.10.
Habita pro habitabis
Habitare cum tabernaculis Cedar, proverſari cum hominibus improbis, proverbiale 6,20.
Hacra חקרא *id eſt* ἄκρα *ſive arx* 13,7.
HADA *pro Hadath id eſt* חדת *nova* 7,8.
Hadaſſa qua & Eſther 8, 14. *&* 12, 3. *nomen Chaldaicum an Perſicum ſit obſcurum, ibidem. Hanc Atoſſam dixit Herodotus, ſi tamen Atoſſa eſt Eſther, nam meritò ambigitur.*
HADAS, *myrtus* *ibid.*
HAEL ὁ ἅγιος, *qui &* EL. *Nam* H A *articulus Ebraicus eſt* 6,16. *recenſetur inter Dei epitheta, propriè potentium ſig. ut quidam volunt.*
HAGEBVRA ὁ δυνατὸς *pro Deo uſurpatur* 6,16.
Halleluia majus ſive hymnus magnus quando cani ſolitus 7.15.
Ham, Ægyptus 16,22.
HAMA *pro Hamma* 11.25.
Haman cujus fuerit 8,16. *& ſedes collocata à rege ſupra cæteros* 12,25.
Hammonis cornua 8,23. *barba ibidem.*
HAPHAHOTH הפחות 9,13.
HARAD חרד *quid* 14,18.
HARDABLIN 11,22.
HARVS, *genus auri unde dictum* 4,15.
Haſidæus ex Haſidais 4,20.
HASIL, *aſellus* 13,10.
Haſaſonthamar civitas palmarum, alio nomine Engaddi dicta 15,9.
Hazaelem non fuiſſe filium Benhadadi 8,21.
Hebel vanitas 6,12.
Hebræi diem obſervant à veſpera in veſperam 8,9. *reliqua quare in Ebræi.*
Heliopolis 10,15.
Hellel antiquè lectum pro Hillel 9,1. *hic Pollio vocatur in Joſepho ibid. quando vixerit ibid.*
Hemian 9,5.
Herba Lapathi 9,21.
Herba ſolſtitialis 3,24.
Herba tectorum *ibid.*
Hennom pro Hinnom 9,1.
Herodias 15,10.
HESDA, *gratia* 9,13.

HEBED *vocabulum ambiguum* 11,19.
Heth aſpirativo eliſa 4,10. & 6,21
Hieronymus notatus 3,8. & 6,25.
auctus duabus vocibus 11,2. *correctus* 1,10. *et* 14. *et* 10.15 *et* 11,15 *manifeſti erroris convictus* 1,25. *ejuſdem erratum memoriæ* 8,3. *unde verſionem ſuam expreſſerit* 14,24. *Eius lectio defenſa* 5,16. & *tranſlatio* 10,23. & 15,1.
HILLVIA ἐπιθαλάμιος 5.3.
Hiſtoria Ebraica ſanata 15,18.
Hiramus rex 4,20.
HOMA, *murus* 9,16.
Homo filius 1,4. & 3,15
Homotimi 12, 14.
Honoris vocabulum dubium eſſe 11,19.
Hoſanna 9,15.
Hordeum in nuptiis ſerendi ritus 13,23. *citius provenit quàm alia fruges* *ibid.*
HOSEN הושן 9,5.
HOSI *pro* HOSIA 8,24.
Hoſtes circum aut circa 7,24.
Hoſtium metus 3,4.
Humilio 8.25
Hydraula pro Hydraules 11,12.
Hyparchus 9,13.

I.

Iabe, vel Ἰαβαῆ 1,1.
Iaddus pontifex 15,13.
IAMSVPH, *mare rubrum* 2,13.
Iam & Iamma, mare 9,12. *hoc Chaldaicum, illud Ebraicum eſt* 1,1.
Iao 1,1. *Scribi debet Iaho vel certè Iaoh, dicimus & Iavo.*
Iar, menſis, caput anni Hircanici 7,4.
IASIS ישריש *extrema ſenectutis vox* 6,13.
IAVO *apud Euſebium legitur Ievo, ἰεβὼ: ſed dubito an rectè Vide Iao.*
IDABER ידבר *ut Idathun* ידותון *quæ lectio antiqua eſt, recenti conſuetudine mutata in* IEDABBER *&c.* 11,25
Idumæi quondam Iudæis inviſi 15,23.
Idumæa duplex 14,13.
Iehiel nepos R. Nathan auctoris Aruch. 13,2.
Iehova cur ineffabile 1,1.
Iericho unde appellata 13,3. *cur civitas lunæ dicatur ibid. palmarum ferax* 15,9. *vide &* 10,24.
Ieroboam quid ſonet 11,2.
Ieruſalem pro Ieruſalaim 9,3.
Ieroſolyma cur dicta civitas Dei 6,5. & *civitas ſancta* 11,3. & *civitas Sancti* 13,19. *in duas civitates olim dividebatur* 14,21.
Ieſaias propheta ſerra diſſectus 10,19. *an patrem prophetam habuerit* 11,5.
Ieſaiæ locus quidam à mendo vindicatus 16,24.
Ieſſai 9,5.
Ieſu pro Ieſua 4,10. *hoc nomen compendio ſcribitur* $\overline{\text{IH}}$, *quod idē in numeris valet xviij. ex quo error in libris vulgatis Epiphanij, qui*

nij, qui notatur 11,21.
Ieſus à ſervando dictus nomine cũ re conveniente 13,14.
Ignatii laus 4,22. *teſtimonium citatum ex Euangelio Nazareorum* *ibid.*
Ignis flamma 16,13.
Ignis ſacer 15,16.
Immundus anima dicebatur qui tactu cadaveris pollutus erat 2,2.
Imprecandi conſuetudo apud Romanos 15,18.
In carnem unam eſſe, 13,22.
In lumbis ſedes virium 4,14.
In multitudine verborum non deeſt peccatum 6,25.
In ore gladii 15,7.
In ſermone gladii *ibid.*
In ſpumam efferveſcere 1,24.
Inaures in naribus gerunt fœmina Maurorum *ibid.*
Inauris ἐνώπιον 7,16.
Incaleſcere pro periclitari 4,18.
Inclinare ſenſu obſceno 5,5.
Incurvare, idem *ibid.*
Ineffabile nomen Dei tetragrammon cur dictum 1,1.
Ineffabile in Chriſto quid 11,21
Infantibus quinam olim nomina impoſuerint 13,9.
Infernus pro ſepulcro 4,23. *pro ſtatu mortuorum* *ibid.*
Infrunitus 14,3.
Iniquitates caput tranſcendere quo ſenſu dicantur 5.20
Injuria hoſpitis 3.4
Interiit à valentiore 2.12
Interitus è manu 7.24
Intelligens in viſionibus Dei 14.20.
Interpretes lxx. an tranſtulerint omnes libros antiqui fœderis. 13,12.
Interpretis officium 15.7
Invenito pro invenies 7.27
Ioas nominis declaratio 11.2
Iobus enarratus 13.15
IOCES, auceps 8.3.
Iohannes Baptiſta cur decollatus. 15,10. *quibus locuſtis veſci ſolitus* 13.10
Iohannem Theologum pleraque à veteribus prophetis expreſſiſſe. 3,6.
Iohannis Euangeliſta dictum pium 8.5
Iojada, qui & Barachias, pater Zachariæ ſenioris 14,22. *quid nomen hoc ſignificet* *ibid.*
ION *terminatio adjectivorum apud Arabes* 2.10
Ioſeph Ben Gorion ſive Gorionis filius correctus 9,8. *notatus,* 14,9. *non rejiciendus in rebus Iudaicis* 10.23. *eximiam habuit peritiam ſermonis Ebraici.* *ibid.*
Ioſeph cur de 10. tribubus dicatur 9,18.
Ioſephus quando natus 15.13. *ejus erratum non leve* 6.13 *emendatus* 11,22. *quid de lxx. interpretibus ſenſerit* 13. 12.
Ioſes pro Ioſeph 9.9
Iova pro Iehova 1.1
Irenæi locus expenſus 11.21

Is & ADAM ut differant 3.19
Isahacum appellatum à risu Abrahæ, & non à risu Saræ 15.24
Isidorus correctus 1.10 & 9.5
Isis unde appellata 11, 13 variæ hac de re auctorum sententiæ ibidem.
Israel Iuda 16.19
Israeli, Israelita 4.20
Israelitas credunt Iudæi redituros in terram patriam, sed falsò. 16, 6.
ISSA, mulier, uxor, sponsa 4.5
Ἰσχύων 6.19
Iter sabbathi. 2.9 & 3.12
Iuda pro Iehuda 1.1. de duabus tribubus dicitur 9.19. apud Græcos legitur pro Iehu. 2.21
Iudæa varia nomina 14.12
Iudæi nefas ducunt adere nomẽ tetragrãmon 1.1. antiqui moris parum gnari sunt 7, 14. eis non licet per legem patriam hominẽ adorare 12, 11 quam superstitiosi sint in legendis ac pronunciandis Dei nominibus 14.1
Iudæorum testimoniis veteres theologos sæpe usos fuisse 2.22
Iudas Machabæus natu maximus filiorum Matthathiæ 14.9. cur Machabæus appellatus sit. 11.14
Iudicium pro consuetudine & pro æquitate 1.17
Iuglans q. Iovis glans 3.9
Iurandum pro exsecratione 8.7
Iurare in aliquem, quid Ebræis significet ibid.
Iurare DOMINO & per DOMINUM ut differant 9.10
Iurare per sanctitatem suam quomodo dicatur Deus 14.15
Iuravit per animam suam quo sensu dictum de Deo 7.11
Iurandi per Deos falsa consuetudo damnata 3.7.
Iustitia, eleemosyna 1.18. unde dicta .14.11. inter eam & benignitatem discrimen. ibid
Iustitia, virtus. 14. 4. item iusta caussa. ibid.
Iustus coram DOMINO. 4.9.
Iustus quot modis aliquis dicatur. 14.4.

K.

Καινὴ πόλις 7.8.
KAKELTHA pro KALKELTHA. 11.23.
Κακότροπος. 1.7.
Κακόω. 6.19.
Καμηλὸς. 1.11.
Καμιλος. ibid.
KANANI. 7.1.
Kartha, oppidum. 7.8. & 9.24.
Karthago unde dicta. 7.8. prius Karthada dicebatur. ibid. & græcè Καρχηδὼν ibid. hanc Tharsis vocari putant in sacris literis, 6. 3.
Κασσία. 4.16.
KATI pro KATIA. 4.10.
KEN. nidus, 7.1.
Κέρας nominis origo. 9.9.
Κεχαριτωμένη participium an à Luca fabricatum sit. 13.6.
Κῆδαρ 6.20.
Κίῤῥον 1.10.
Κίταρις, cidaris. 12.12.
Κλέος vocabulum ambiguum. 11, 19.

11.19.
Κληρομαντεία. 12.9.
Κρόκος unde. 9.9.
Κυνώπης 1.22
Κυρβασία 9.9
Κύρος δυνάμεων 10.14. & 16 20.
Κῦρος ſol et Phrygum lingua prudens. 12.17.

L.

LABAN, albus, 9.22.
Laben. 5.8.
LABI, leo: & unde dictus. 10. 4. & 5.
Lagoe qua & Arſinoe, uxor Ptolemæi Philadelphi ſi credendum Hebræis. nam mihi aliter videtur. 15.17.
Lagus pater Ptolemæi ejus qui Alexandro ſucceſſit. idid.
Λαγος Λαγωος & Λαγὼς lepus. 15 17.
Lachus perperam confundi cum Lais, 16.18.
Lais nomen urbis, alias Dan dicta ibid.
LAIS Λαΐς, id eſt leo, 10,5.
LAMANASSEA quid apud Davidem 3.18
Lamina frontalis deſiderata templi ſecundi tempore 15.16
Λάμπας ex LAPPHID, 9.9
Lana pro lana candida 16.8
LANESACH לנצח quid 3. 18
Lapis pro pondere 16.15
Laudare pro epithalamio celebrare, 5.3
Laudatæ virgines ibid.
LEBANON, Libanus. 9.22
LEBATH in ſilvam 8.14
LEBIA, leæna. 10.4
LEBONIA, thus 9.22
Legulus, 7.5
Lethi nomen loci, 14.6
Leonum nomina ſecundum ætates, 10.4
Λεοντίδιὸς catulus leonum, 10.4
Λεοντίσκος, juvenis leo ibid.
Leporis nomina Græca & Ebraica 15.17
Levatus ſceleris, curarum, religionis, 5.4.
Lex Ebræorum quæ vetat uti venere cùm menſes profluunt. 3. 20. alia quæ excludit à Pontificatu mutilatum & filium captivæ. 5.2. & alia, qua libellum repudii concedit ob rem fœdam, 14.10
Lex Perſarum vetans ne alter alterum vocet ad bibendum 12. 7. alia per quam non licebat venire ad regem niſi quis vocatus eſſet, 12.22
Lex poſthumiæ 9.21
Lexici Thalmudici autor quis 13. 2.
Libanus mons à candore nivium dictus 9.22
λιβάνου thuri, ibid.
Libellus repudij ob quam cauſſam conceſſus fuerit, & a quo ſcriptus. ejuſdem formulæ recenſio 14.10
Liber vitæ id eſt, Rectorum 8,4
Liber vitæ 3.17

Lingua Ebræa cur ſancta vocetur. 15,12 *nihil obſceni continet ibid.*
Linum pro ellychnio, 16,15
Λόγιος 9.5
Locus pro Deo 6.11
Locuſta alata 13.10
Locuſta ſine alis Syris olim in cibus recepta ibidem
LOES, *barbarus,* 3,3
Loqui ad cor 8,1
Loqui ſecundum linguam populi ſui, 11,10
Lumen Dei de Meſſia 15,4
Luna in coitu ubi primum appareat, 13,3
Lupi etiam nocte quàm acutiſſimè vident, 13,1
Lupis veſpertinis acutior, ibid.
Lupum auribus tenet: proverbium, 8,10
Lux pro rebus latis: item pro victoria, 5,4
Lycophos cur nox appelletur, 13,1

M.

M in B & contra, 10,17
Maacha mulieribus ſacris Priapi initiatis præerat. 15,4
Machabi nominis ſcriptura & etymon. 11,14
MACHTHAB *antiquitas lectionis pro* MICHTHAB, 8.24
MACOM *Deus* 6,11. *item locus ubi alvum exonerant,* 9.2.
Magis particula ſubintellecta. 5.23
Magnificentia Iacobi quid 3,
Magnus quam ille, & magnus in illis, 5,23
Major pro maximus 5,13
Malmiſtras, 6,3
Malignus per antonomaſiã pro diabolo, 13,16
Malus pro eodem, ibid.
Mamzer 13.21
MANA *veſtis* 10.6
MANASSEA *qui operas urget, archimuſicus* 3.18
Manus oſculandi mos in cultu divino. 1.20
Manus pro latere, 6.6
Mappa verbum punicum 9,2 *pro mantelio. item involucro librorum legis, ibid.*
Mardochæum & Eſtheram patrueles fuiſſe 8,14
Mardochæus Hamanem adorare detrectat, & quare, 12.11
Mare pro meridie 10,13 *pro occidente ibid.*
Mare pro fluvio, 9,20
Mare rubrum 2.13
Marcheſvan, menſis ſecundus anni vulgaris, 1113
Mariam pro Miriam antiquè lectum 8,24 *unde Maria,* 13.14
Marſoane vel Marſuane, & in hoc nomine Ioſephus emendatus, 1,13
MASAC *quid* 7,5
MASSA *Prophetia* 9,15 *propriè onus vel pondus quod Aquila ἄχθος reddit ibid.*
Μαθήματα *pro diſciplinis altioribus.* 8,12
Mater de terra 8,6

Mat-

Matthathia Haſamæoni ſoboles 14,9
MATBEA מטבע *quid* 12,10
Maurorum fœmina inaures in naribus geſtant 7,16
Mazal planeta 15,2
MECAR *quid*, 4,6.
Mecum pro me 8,11
MEDDA, *menſura*, 5,21
Medici cur honorandi 13.11
Medicina è cælo delapſa, *ibid.*
MEDINA *provincia* 12,13
Medium pro corde 6,7
Medras antiquitus lectum pro midras 7,14
Megella liber Eſter 12,12
Μειζων *pro* μέγις@ 5.23
Mei, quis tantum interrogat de hominibus, 6,1
Melo, Nilus unde dictus 6,17
Melonis alba pagina *ibid.*
Menſura ex Ebræo dicta, 5,21
Menſium pro fluvio abſtinendum à venere 3,20
Mephleſeth vel Maphleſeth, Priapus, 15,1
Mercenis laudatus, 15,2
notatus. 14,19
Mercurio cur ala tributa 4,19
MERI 9,5.
Meroe, regia Æthiopum 15,8
MESCHEN, *pauper cur ſic dictus* 4,18
Meſech, 9,8
Meſraim Ægyptus 5,25
MESRI, *Ægyptius* *ibid.*
MESRITH, *Aegyptia* *ibid.*
Meſrem hodie Miſraim 9.3. *legebant & Meſraim*, 8,24
MESVRA *quid propriè* 5.21
Metatron quis? & cur nomen ejus nomini Saddai ἰσόψηφον 5,13
princeps faciei dictus *ibid.*
Metis ubi non ſeminaſti. 13.22
Metra, mitra, villa 9.2
METSVDA, *munitio, arx, acra* 13.6
Metus, malum quod metuimus. 7.24
Metus hoſtium, 3,4
Metus repente. 7.24
Μετονυμία, *tranſnominatio.* 5.11, *à Diomede grammatico tranſmutatio dicitur* *ibid.*
Mi, quis non diſcernit ſexum. 5.9
Μιαρος *mecum* 1.7
Mitra & mitrella 9.2
Μυστικωτέρον 2.14
Modius pro Ephi & pro ſato 11.4.
Mœrore multos occidi 13,22
Molere in ſenſu obſceno. 5.5
Monetam facere 12.10
Mons Domini pro domus Domini, 16.17
Mons eliveti quanto intervallo abfuerit ab urbe 3.12. *diffiſſus terræmotu & rurſum concluſus* 14.23
Mons Sabi. 11.18
Mor quid. 11.1. *pro Maor.* 8 24.
Moria mons 14.21
Mors, calamitas 1.18
Morere pro morieris. 7.23
Mos nomina commutandi. 12,3 *per ſortes divinandi.* 12.9. *oſculandi manum.* 1.20, *ſtatuas*

tuas deoſculandi 2. 15. Vngendi caput 3. 10. adorandi regem & viros honoratiores 12. 11. noxias in profundum demergendi, 3. 23. munera dandi die natali & in nuptiis. 12. 5. obnubendi caput ejus qui regem offenderit 12. 18. ſerendi hordeum 13. 23. circumcidendi in nomine columba. 13. 24. unicuique pro dignitate ſedem collocandi, 12. 25
MOSAB, ſedes 9. 2
MOSEC legulus 7. 5
MOZANEM, bilances 9. 3
Mulier à qua ſapor receſſit 7. 3
Mulieris nomine etiam ſponſa comprehendi. 4. 3
Mundi etas 13. 25
Munſteri lapſus, 13. 20
Munſteri lexicon Chaldaicum correctum. 13. 13
Munitio David 14. 21
Munitio Sion, ibid.
Mutatio literarum in antiquis monumentis obſervatu neceſſaria, 4. 7.

N.

N & M alternare 9. 17
AAR ad quotum annum quis dicatur 7. 17
NAAR נער vocis camelorū proprium. 7. 5.
NABACH נבח ululo ibid.
NAHAC נהק onagrorum proprium, ibid.
NAHAM leonum ibid. id eſt נהם quod & שאג & rugio.
NAIM, נעים jocundus, amœnus 9. 11
Nana columna. 8. 25
Nans ſpiritus, ibid.
Nani ſive nanni ibid.
NAS pro NAHAS, id eſt נחש ſerpens, 4. 10
NASIM vocis etymon. 2. 17
Nathan Iuſtus Iebielides autor libri Aruch, 13, 2
NATAR ſervo, unde Gracum τηρέω 2. 14
NEBEL, unde νάβλον 10. 2
NEGA נגע 11. 6
Negatio verbum afficit non particulam univerſalem in illo ſermone. Non juſtificabitur omnis caro 1. 7
Νεοσσός, pullus & Νεοττεύειν 7. 1.
Nephilim gigantes unde dicti 13. 18. quales fuerint. ibid.
Nephthalim lectum pro Nephthuim in Bibliis Gracis. 2. 21
Nequam quis & unde dictus, 1. 7.
Nequiſſimus de ſatana, 13. 16
NESEM נזם inauris ἐνώπιον 7. 16
NEURIM etas quanam, 7. 17
Nicolai error. 16. 18 hic eſt qui gloſſas ſcripſit in omnes libros veteris ac novi teſtamenti, & vulgo vocatur Nicolaus à lyra: de quo dictum illud celebratur, niſi Lyra liraſſet, totus mundus erraſſet.
Niſan, menſis Aprilis 7. 4. caput anni ſacri. 1. 13
Nitri uſus in lavando. 13. 8. & in

in medicina. ibid.
NOCHRIM. 9.14
Nomen Ioth, He, Vau, He. 1.1
tetragrammon 11. 21
Nomen notum pro minus noto 2. 21.
Nomina gematrica. 5.13
Nomina secundæ collationis excessum quandoque significare. 5. 23.
Nominũ appellationes quot. 13.14
Νόμος pro consuetudine. 12.7
Non est elephas qui intret per foramen acus, proverbium. 1.11
Non amplius quandoque finitum tempus, & quidem breve ad modum denotare. 16.6
Non addet amplius ibid.
Non omnis, non semper pro nullus, nunquam. 9 4
Non est inventus locus ejus. 3. 6
Νοσσεύειν *pro* Νεοσσεύειν 7.1
Nuditas pro pudendis. 3.20
Nudus vocabuli usus apud Ebræos. 14.14
Numeri faciles corruptu. 5.14
Nuncius DOMINI *de nunciis* DOMINI. 4 20
Nuptiæ convivii vocabulo significatæ. 12.15

O.

O & A inter se permutari 7.8
O pro a longo 8. 24.
Oartes prius Artaxerxes dictus. 12.3
Obrysum 1.10. & 4.15
Oculos effodere. 3.17
Odom pro Adam 8. 24
OLAM עלם *quid* 3.2
Oleum unctionis defuisse templi secundi tempore 15. 16
Omnes populi pro illo, omnes principes populi 2.16
Omnis debet pro, omnes debent 2. 11.
Omnis Israel, pro omnes Israelitæ 4.20
Omnis recessit. 2. 11
On, Onium vrbs Aegyti 10.15. & 16.
Ονειδὸς *in vtramque partem accipi apud Græcos* 11.19
Ονομάζεσθαι 3.7
Opera Dei nubes 7.20
OPHAZ 1.10. & 4.15
Ophir & Ophira. 11,9 *item* 4.15
ORAB, עורב *cornix.* 11.15
Οραμα Αιγύπτου 9.15
Oratio mea utroque versum dici, 3.4.
OREH אורה 7.5
Origenis Exapla. 6.19
Orosangæ qui 12.16. *Non semper munera acceperant à rege.* ibid.
Orsangæ. ibid.
Os pro naribus. 7.16
Osculi honor divinus 2.15. *civilis.* 2. 16
Ossa atque cutis sum 1.5
Ossa magnæ matris 8. 6
Ostium pro ingressu. 8. 15

P.

Paganus 4.4
Pagnini translatio defensa 6.1
Παῖς, *servus* 11.20
Palma Engaddi 15.9

Παῖς

Παὰ ἀνεψιὸν ξένος 10.7
Paratimi quinam 12.14.
Παρελθεῖν pro ἐλθεῖν 15.21
Παρηγορεῖν 8.2
Partem pro parte poni 11.8
Participia passiva quandoq; actionem denotare 1.2.
Participiorum enallage 1.3
Passionis sapor 6.3
Passus idem cum tubito 2.9
Pauperibus subveniendum 4.11 sunt enim rerum nostrarum domini, nos dispensatores ibidem.
Pauper sciens ambulare coram divitibus 14.17
Pellices multa apud Persas. & quare 12.21. aliquando nomine γύναικος comprehensa ibid. ad regem adibant per vices. ibid. extra ordinem vocabatur nonnunquam, quae regi praeteris arridebat ibidem.
Penna ventis attributa 4.19. item imaginibus quorundã Deorum ibid.
Peragrare circa saltus 7.24
Perurere maxillam 3.5
Perustere, urere. 7.10
Perdicis natura 4.24 ova colligit quae non peperit. ibid. ejus pulli alienam matrem consectantur. ibid.
Περιάσιον 3.11
Περιτομὴ. ibid.
Petere ab aliquo. 2.12
Περιστερὰ quid 7.7
Περιστερία ibid.
Persa regem ut numen adorant 12. 11. ab eodem cùm uxorem duceret aut natalem celebraret donis ornabantur 12.15. imperant uxoribus 11.16
Persarum longa nomina 12.24 terminatio in San. ibid. luctus qualis 12.1. rex tributa remittebat, & quando 12.6 optimates interdiu ad portam regis stabant, ut eorum opera rex, si vellet, uti posset. 12.16
Persicum regnum in quot provincias divisum olim fuerit 12.13
Persequi, sectari 8.19
Pestis pro qualibet morte 7.25 vocatur Dei donum à Belgis 14.8. à Deo decernitur ibid. nomen habet ab occidendo ibid.
Pestiferum fulgur. 7.25
Phama pro fama. 14.2
PHANNAG, balsamum. 10.23
Pharasim. 8.24
Pharisaei legem populo enarrabant. 1.2. eorum glossa una confutata, 7.13. & altera 14.10
Phathuel corruptum in Bathuel. 2.21
PHAZ, vide OPHAZ
PHELCA, provincia 12.13
Pheleseth, Palaestina. 9.14
Pherath, Euphrates 12.14 dictum & Phrath.
Philistaei cur Allophyli sive alienigenae dicti 9.14
Φουραίους legendum apud Iosephũ, ubi vulgo Φρουραίους. ibidemque declaratum, quid ea vox significet 12.5
PHRAM, perimo 15.2

Phramea. 14.2
Phuga ibid.
Φυλακὴ 10.19
Φυλὴ, *tribus* 9.14
PHUR, *sors dictio merè Persica* 12 5.
Pipi lectum pro Iova 1.1
Plis pro sing. 14.16
Pollio Pharisæus 9.1. & 11.22
Pollen quid propriè. 10.1
Ponere absolutè pro ponere castra. 3.5
Πονηρὸς *per antonomasiam de Satana* 13.16
Pontifex fieri non poterat homo mutilatus aut filius captivæ. 5.2. *semel in anno ingrediebatur sanctum sanctorum* ibid.
Ποταμὸς, *de mari.* 9.20.
Potentia pro Deo 6.15
Πρασιὰ *area. hinc verbum* ἐπρασιώθη 14.24
Precatio ad exultationem 5.19
Precatio mea utroque versum dici 3.4
Pretiosum pro raro 4.1
Presbyter idem olim cum Episcopo 4.13
Πριάμειο βίη 3.8
Priapi simulachrum quale, & quomodo Ebrai eum nominant 15.1
Primi ad manum regis 6.6
Princeps faciei dictus Metatron & cur 5.13
Prophetas minores non eo ordine legi apud Græcos quo leguntur apud Ebræos 5.24
Propinquus pro alter. 7.12.
Proximus pro eodem. ibid.
Psalmus ad memorandum 5.19 *ad laudandum, ad gratias agendum* ibid.
Psalterium an 10. chordas habuerit. 10.2. *ab Ebræis* NEBEL *appellatum* ibid.
Puer pro servo 11.20
Pugnare alicui & in aliquem 7.22
Pulvis in capite quid indicet 15.5
Pumilio 8.25

Q.

Qualis mater talis filia. proverbium 8.6
Quasi herba solstitialis 3.24
Qui non operatur nõ comedit, proverbium 2.1
Quis pro quæ 5.9. *pro, quis caussa* 6.1
Quotiens pro quoties 5.21

R.

RAAB. 6.8
RAAH *cum Beth constructum quid significet* 3.21
Ράβδος *unde* 16.1
RABREBANIM 12.23
RACIA *pro aere.* 8.18. *unde appellatum sit* ibid.
RAHAB *per Heth.* 4.8
Raneidus à cibis ad animum trãslatum 2.11
Rara cara proverb. 4.1
RASIM רצים *cursores* 12.19 *unde* cursores in equis .i. *veredarii.* ibid.
Rationale 9.5
REA *ultima Ain* 7.12
REAH *ultima Heth* 13.2
Recedendi verbum à vino ad animum translatum quid sig. 2.11

Rece-

Rotedere & sapere 7.3
Reges Israel & Iuda. 16.19
Rei amictus qualis 11.5
Reversus pulvere opplebant, unde lux facta Amoso. ibid.
Requiem facere pro eo quod est tributum remittere. 12.6
Requies DOMINI 14.12
Res voluptatum. 8.22. & 15.7
Respondere, exaudire, canere, loqui 5.6
Responsum malle ibid.
Revelare nuditatem. 3.20
Rex magnus de Perse. Assyrio & ipso Deo 12.4
Rhinocorura, fluvius qui Iudeam ab Ægypto distinguit. 9.17
Ρύδ ex ῥόδον 2.8
Rhipsacindyni ibid.
Ritu fluminis 4.14
Ritus circumcidendi in nomine columbæ 13.24
Ritus in canam inferendi vespertinas lumina 11.4
Ritus serendi hordeum in nuptiis 18.23
Rivus in Iudea septimo quoq; die siccari solitus 2.10
Robur DOMINI pronus 7.21
RODEPHE 8.19
Romanorum imprecandi formula quædam 13.18
Ρυπόφαγα 14.2
Ruffini sententia de sensu articuli, Descendit ad inferna 4.25
Ruffinus emendatus 13.7 & 14.7

S.

S, Sin littera sonus duplex 4.21
Dores Sin vocant 11.24
SAAG שׁאג rugio 3.8
SAB צב genus vehiculi 14.2
Saba Æthiopum Regia à Cambyse Meroe appellata. 11.8
SABA צבא exercitus 10.14. unde Sabaoth 16.20
Sabar, mensis 7.4
SABBA pro SABBATH. 1.8
Sabbathi iter quot stadia continent 3.12. quotve passus 2.7
Sabbation fluvius 2.10
SABI quid 11.18
SACAC שׂכך 7.3
Sac us quid 12.1. ejus variæ appellationes ibid. Persis etiam in usu ibid.
Sacerdos, princeps 6.2
Sacerdotes Chaldæorum Chaldæi dicti 6.22
SACHAN incalescere, periclitari. 4.18
Sacra Priapi 15.1
SAD lectum pro SED 14.1
Sadoc Antigoni discipulus auctor sectæ Saducæorum 13.4
Saducæorum hæresis quando primum coperit ibid.
SAHAL צהל 7.5
SAHAL שׁחל 10.4
SAGAL שׁגל quidnam obscenum quid proprie significet 15. 14. pro eo שׁכב legi solet. ibid.
SAIAD venator 1
Salomes filiæ nepotes neptesq; 13.18
Salome ultrix cui mater Herodias ibid.
Salus DOMINO 4.12
Samaus senex discipulus Pollionis 11.22.

Samaritani cur inviſi Iudæis 13.4
hæreſi Sadducæorum infecti ibid.
alias Chuthæi dicti ibid.
Sambation 2.10
Samſon pro Simſon 8.24
SAMMATHECH & SAMTHECH 3.18
Sanctitas DOMINI pro ipſo DOMINO 14.15
Sanctus per antonomaſiam Deus 13.19
Sapiens properito 8.13
Sapientes Mecar 4.6
Sapor pro intelligentia 7.3
SAR, tempeſtas 4.10
Saraceni 6.10
SARAH צרח luporum vocis proprium 7.5
SASA, tinea 10.6
SATHAN שׂטן fovea 4.10
SATHAM, claudo 14.23
SATHVOI, ſpurius 13.21
Satrapes nominis origo 12.13
Satrapa regii ibid.
SAVIA, cera 4.10
Scabellum pedum Dei 6.14
Scrutatores ſeculi 4.6
Scrutatores rerũ naturalium ibid.
SEBA media ſenectutis vocabulum 6.13
SECHORE & SECHIRE ut differant 9.16
SECHINA præſentia divinitatis 15.16
Secundus ad regem 12.11
Secundus à rege ibid.
SED, dæmon 14.1
Sedere, manere 3.14. ſitum eſſe ibid.
SEDIM, dæmones. 11.16
SEGOR genus auri 4.15
Segulah 3.11
SEIR, hirtus, hiſpidus, hirſutus 15.17
Seir mons 15.23
SEL צל umbra 10.20
Selenopolis .i. civitas lunæ cur appellata quondam Iericho 13.3
Sella familiæ ſive familiarica 9.2
SELSEL vocis varia declaratio 10.20
SEMVA pro rumore 2.24 pro ſermone ibidem.
Sennaar pro Sinnaar 7,14 pro Sennaab 2.21
Senectus triplex. 6.13
Separatio immunditiæ 3.20
SEPHAR quid 2.25
Sepharad, Hiſpania 2.25. Hiero. circa hanc vocem error ibid.
Sepulchrum pro ſtatu mortuorum 4.23
Sepulchrum Chriſti ſupra terram non fuiſſe 6.7
Seraphim beata 10.2
Serere fallaciam 3.12
Serere iniquitatem ibid.
Sermo gladij 15.7
Serratum Ieſaiam dixit Hiero. pro ſerra diſſectum 10.19
Servare abſolutè poſitum pro ſervare iram 2.14
Servire, colere. 16.12
Servi nomen Chriſto etiam tribui & quo ſenſu 16.12
Servi Dei quinam ibid.
Servus, miniſter 16.12. de abjecta hominis conditione ibid.

SES, byſſus 6.8. item ſex 12.8
Setta qualis arbor 11.17
Siagon, nomen loci 14.6
Sicſana, Saxonas 9.8
Sicima metropolis Samaritanorum 15.13
Sidon 8.3
Sidonia ibid.
Sihor, fluvius Ægypti, unde appellationem habeat 9.17
Siloe fontis aqua qualis 5.17. hunc fontem obſtruxit Ezechias rex ſub adventum Sennacheribi 9.18. alio noie Gehon dictus ibid.
Simulachris quibuſdam ala attributa & cur 4.19
SINIM qui, & unde appellati 11.7
Sion, mons 14.21
SIS, hirundo 11.13
Siſtrum unde dictum ibid.
Si quis tam de fœminis quàm de viris 5.9
SOAN, Tanis 10.16
Socius pro alter 7.12
SODA, munus 4.10 & 7.19
Sol ne occidat ſuper iracundiam veſtram 3.22
SOMERE HASARH. 12.23
Sopor DOMINI 3.9
Σοφὸς, peritus 8.13
Σοφία, ſcientia ibid.
SOPHAR, buccina 15.19
Soror unde dicta 2.17
Sors in urnam aut in ſinum conjecta 12.9. item in galeam ibid.
Sortes genus divinationis, unde ſortilegi ibid.
SOSANNA cur lilium dicatur. 12.8
Spadones quanto in pretio fuerint olim apud Perſas 12.23
Σπεῖρα cohors. Spiram, & Theophylactus ſcribit, poſterior atas νόμισμα dixit: eſtq; milium ducentorum, ut idem prodidit.
Sponſa nomen Belgicum honeſtum à verbo inhoneſto 15.15
Stare, manere 3.14. pugnare, vincere 10.7
Statuas, deoſculandi conſuetudo quàm vetus 2.15
Στῆθος καὶ καρδία 6.19
Στρατηγὸς τῦ ναῦ 9.13
Stultus hominum 1.4
Sub armis cernere 10.7
Subſtantiæ ſapor 6.3
Sumen Italiæ 10.1
SVPH, algam, non rubrum ſignificare 2.13
Superſtitio Iudæorum in legendis Dei nominibus 14.11
SVS, equus 11.13
Suſorum etymon 12.18
Suſanna lilium. ibid. à foliorum ſenario numero ibid.
SVTHA, fovea 4.10
Symmachi tralatio citata & expenſa. 16.25
Symethus fluvius ad tempus curſum ſuum intermittit 2.10
Synagoga magna quando defecerit 16.23
Syrachides caſtigatus 15.9 & 23. hunc quidam eumdem faciunt cum Ben Sira, quos juvat quod obſervatum 13.22
Syrorum mos abjiciendi Thau literam,